BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
24 A
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9.5.9
49
d
28
49
d
27

THESAVRVS NOVVS.

ENARRATIONVM Euangelicarum.

Ad Chriſtianæ decus pietatis ſummo ſtudio nunc recognitus.

PARS QVADRAGESIMALIS.

PETRO DE PALVDE AVTHORE.

Index rerum memorabilium.

del Colleg. Romano Soc: Jesu Cat: Inc:



VENETIIS, Apud Camillum Franciſchinum. 1575.

B. S. Francisci

ENARRATIONVM QVADRAGESIMALIVM THESAVRI NOVI.

Cuius indicio in prõptu eſt inuenire quamlibet, ſimulq; manifeſtum quæ & quot, quibus uel dominicis, uel ferijs ſint accommodandæ.

IN DIE CINERVM.

Conuertimini ad me. fol. 4
Cum ieiunatis. 11

Feria quinta poſt Cineres.

Aegrotauit Ezechias. 13
Domine nõ ſum dignus. 20

Feria ſexta.

Hoc eſt ieiunium quod elegi. 24
Diligite inimicos ueſtros. 27

Sabbatho.

Cùm effuderis eſurienti animam tuam. 32
Confidite, Ego ſum, nolite timere. 34

DOMINICA INVOCAVIT.

HOrtamur uos ne gratiam Dei. 38
Ductus eſt Ieſus in deſertu. 41

Cùm ieiunaſſet. 45

Feria ſecunda poſt inuocauit.

Ibunt hi in ſupplicium æternum. 47

Feria tertia poſt inuocauit.

Eiiciebat omnes uendentes. 53

Feria quarta.

Quicunque fecerit uoluntatem patris mei. 59

Viri Niniuitę conſurgent in iudicio. 65

Feria quinta.

Amen, amen dico uobis: Omnis qui. 66

Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. 69

Feria ſexta.

Ecce ſanus factus es. 71.& 76

Sabbatho.

Domine bonum eſt nos hic eſſe. 79

DOMINICA REMINISCERE.

MIſerere mei Fili Dauid. 85.90

Sanata eſt filia eius ex illa hora. 95

Dimitte eam. 49.95

Feria ſecunda poſt Reminiſcere.

Quæritis me & in peccato ueſtro. 130

Feria tertia.

Vnus eſt enim magiſter. 107

Feria quarta.

Neſcitis quid petatis. 100

Feria quinta.

Operamini non cibum qui perit. 114

Feria ſexta.

Hic eſt heres, uenite occidamus eum. 117

Audite ſomnium meum quod uidi. 121

Sabbatho.

Fili tu ſemper mecum es. 125

DOMINICA OCVLI.

ERat Ieſus eiiciens dæmon. 130

Tunc uadit & ſumit. 131

Beatus uenter qui te portauit. 132
Erat Ieſus eiicient dæmonium. 133
Si in digito Dei eiicio dæmonia. 141
Eſtote imitatores Dei. 146

Feria ſecunda poſt oculi.

Nulli leproſi erant in Iſrael. 150

Feria tertia.

Vbi duo uel tres congregati fuerint. 156

Feria quarta.

Quare uos tranſgredimini mandata Dei. 161

Feria quinta.

Omnes qui habebant infirmos. 167

Feria ſexta.

Domine da mihi hanc aquam ut non ſitiam. 172

Sabbatho.

Vade & iam amplius noli peccare. 177

DOMINICA LAETARE.

Accepit Ieſus panem & gratias agens. 180
Accepit Ieſus panes. 184
Eſt puer hic unus. 186
Illa autem Hieruſalem. 189
Hic eſt uerè propheta. 193

Feria ſecunda.

Nolite facere domum patris mei. 194

Feria tertia.

Aſcendit Ieſus in templum. 200

Feria quarta.

Vade ad natatoria Siloe. 207

Feria quinta.

Cùm audiſſent quidam de turba. 212

Feria ſexta.

Lazarus mortuus eſt. 215

Sabbatho.

Ego ſum lux mundi. 225

DOMINICA IN PASSIONE.

SI ueritatem dico, quare non creditis mihi. 225
Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. 226
Quis ex uobis arguet me de peccato. 222
Tulerunt lapides iudęi ut iacerent in eum. 232
Si ſanguis hircorum & taurorum. 233
Si ſanguis hircorum aut taurorum. 237
Feria ſecunda.
Quæretis me, & non inuenietis. 238
Si quis ſitit ueniat ad me. 241
Feria tertia.
Quærebant iudęi cum in die feſto. 243
Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. 247
Feria quarta.
Oues meæ uocem meam audiunt. 249.254
Sed uos non creditis. 254
Feria quinta.
Remittuntur ibi peccata multa. 256
Feria ſexta.
Expedit uobis ut unus moriatur homo. 257
Expedit uobis ut unus moriatur. 260
Sabbatho.
Sublenatis oculis in cœlum. 265
Sermonem meum ſeruauerunt. 268
Pro eis rogo non pro mundo. 270

DOMINICA PALMARVM.

TVrba multa quæ conuenerat ad diem. 273
Ecce rex tuus uenit. 274
Plurima autem turba. 275
Hoc ſentite in uobis. 278
Feria ſecunda.
Ante ſex dies paſchæ. 281
Si exaltatus fuero à terra. 288

Feria tertia.

Ego quaſi agnus manſuetus. 291

Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. 293

Feria quarta.

Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. 298

In cœna domini.

Probet autem ſeipſum homo. 302

Exemplum dedi uobis. 304

Surgit à cena & poſuit. 308

Surgit à cœna. 312

Homo quidam fecit cœnam. 315

In die Paraſceues.

Sciens Ieſus. 317

Secundum legem debet mori. 323

In uigilia Paſchæ.

Venit Maria Magdalene. 321

DOMINICA PASCHAE.

SVrrexit non eſt hic. 338

Feria ſecunda Paſchæ.

Surrexit dominus uerè. 341

Feria tertia Paſchæ.

Pax uobis, ego ſum. 345

DOMINICA I. POST PASCHA:

GAuiſi ſunt diſcipuli uiſo domino. 350

FINIS.

THESAVRVS NOVVS.

ENARRATIONVM Euangelicarum

PARS QVADRAGESIMALIS.

IN DIE CINERVM, de Epiſtola.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, &c. Ioel. 2.

Enarratio I.

Videmus:vbi Rex,vel Princeps vult inire bellum cõtra inimicos ſuos,ille ſolet facere vnam proclamationem per nuntios ſuos, promittens ſeruis & militibus ſuis larga ſtipendia, illis.ſ.qui legitimè certauerint. Spiritualiter,ſic Rex regnum,dominus dominantium, vult contra hoſtes ſuos certare,ſ. poteſtates dæmonum, ideo præmittit nuntium, ſ.Ioelem prophetam, qui proclamat curiam & litigium,vt omnes ad eũ properemus, promittens larga ſtipendia, ſ. dei miſericordiam & gloriam.Figuratur,1. Reg. 17. Saul promiſit largiflua dona ei,& eripi domum illius à tributo,qui vellet duellare cõtra Goliath. Spiritualiter,ſic dominus deus promiſit ꝙ velit nos eripere à tributo peccati,& ſtipendiũ piũ, ſ.miſericordiæ,vt pugnaremus contra diabolũ & eius ſuggeſtiones, De quo ſtipẽdio largo dicitur in introitu Miſſæ. Miſereris omniũ domine, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti,diſsimulãs peccata hominũ propter pœnitentiam.Sa-

pien. 11. Et vt iſtam militiā & pugnam ſalubriter incipere valeamus & finire, inuocat eccleſia diuinū auxiliū in Collecta di. Præſta quæſumus domine fidelibus tuis, vt ieiuniorū venerāda ſolēnia & congrua pietate ſuſcipiāt, & pia deuotione præcurrant. Ideo propheta Ioel, tanquā domini pcurſor in Epiſtola inuitat nos omnes in perſona dei ad curiam pœnitētiæ di. *Conuertimini ad me*, vt ſuprà. Et poſt hoc ſubdit rationē di. *Et conuertimini ad dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt.* Cōcordātia inter Epiſtolā & Euangeliū. Nā Epiſtola docet vt per ieiuniū cōuertamur ad deū. Euangeliū verò docet modū ieiunādi, quòd nō quæramus noſtram gloriā, ſed dei. In ſumma epiſtolæ propheta Ioel duo innuit. Primo hortatur peccatores ad pœnitētiā, ibi, *Conuertimini*. Secūdò promittit pœnitētibus indulgentiā, ibi. *Conuertimini ad dominum deum veſtrum, quoniam benignus, &c.* De primo nota hic quatuor. Primò, ad quem debemus cōuerti. Secūdò, qualiter. Tertiò, quare. Quartò, in quibus. De primo, ſ. ad quē debemus conuerti loquitur dominus di. *Conuertimini ad me.* Hiere. 4. Si reuerteris Iſrael ad me, dicit dominus, ad me cōuertere. Nā multi conuertuntur de vno peccato ad aliud. De quibus Hiere. 9. De malo ad malum egreſsi ſunt, & me nō cognouerunt, dicit dominus. Ratio, quia peccatum eſt auerſio à deo. Auguſt. Peccatum eſt ſpreto bono incōmutabili cōmutabilibus bonis inhærere. Modò deus eſt immutabilis. Malachiel. 3. Ego deus & nō mutor. Mundus eſt mutabilis. 1. Ioan. 2. Tranſit mundus & concupiſcentia eius. Caro etiā. Pſal. 89. Mane ſicut herba tranſeat &c. Incorruptibile bonum eſt Spiritusſanctus. Gal. 5. Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis. Bonum incommutabile eſt gloria dei. Cōmutabile, mundi gloria. 1. Pet. 1. Omnis caro vt fenū, & omnis gloria eius tanquam flos feni. In nullo horū ſatietas niſi in deo. Debemus autē ad dominū conuerti, ſicut ramus flexus ad locū ſuum. Locus noſter eſt ipſe dominus. Vnde Aug. Feciſti nos domine ad te: & inquietū eſt cor noſtrū donec quieſcat in te. A quiete rectitudinis huius flexerat nos manus diaboli, īclinādo nos ad tēporalia & caduca.

Item

Item debemus conuerti ad dominũ ſicut pullus perdicis ad genitricẽ ſuam, quãdo audit vocem illius. Natura huius auis eſt, quòd altera alteri furatur oua, & fouet ea. Sed poſtquã egrediuntur pulli quadã induſtria naturali mox vt audiũt vocẽ illius, quæ oua generauit, dimittũt nutricẽ ſequentes genitricẽ. Ita diabolus furatus eſt animas fideliũ, ſed nunc quãdo audiunt vocem creatoris, debent redire ad illũ. Hieremias 16. Perdix fouit quæ non peperit. Itẽ conuerti debemus ad dominũ, ſicut pullus aquilæ ad ſolẽ. Natura aquilæ eſt, vt omnes pullos ſuos ſoli exponat: & eos quos viderit ad ſolẽ cõuerti & irreuerberatis luminibus ſolis radios intueri vicinius, fouet & nutrit: alios verò tanquã degeneres de nido proijcit. Sic & pater cœleſtis faciet nobis niſi ad ſolẽ iuſtitiæ conuertamur. Ad hunc ſolẽ facies Moyſi glorificata fuit: ita quòd filij Iſrael nõ poſſent intendere in eũ præ claritate. Exo. 34. Gl. Item conuerti debemus, ſicut niſus ad manũ domini ſui, quando oſtendit ei cibum, ſ. fruſtum carniũ. Hoc modo dominus nos ad ſe vocat oſtẽdendo nobis carnem cruentatam & immolatam pro nobis in cruce: Vnde dicit Eſaiæ quadrageſimoquarto, Reuertere ad me quoniam ego redemi te. Non dicit quia creaui te, vel quia nutriui te, ſed ſolum beneficium redemptionis ad mentem reducit. Ideo Eſaiæ 46. Redite præuaricatores ad cor, ſcilicet meditando opus redemptionis. Ideo Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

Item qualiter autem conuerti debemus, nota cùm dicitur. *in toto corde veſtro.* Non dimidiato ſicut illi, qui vnã partem peccatorum deſerunt, & aliam partem retinere volunt. Eccleſiaſt. primo, Ne acceſſeris ad deum duplici corde. Quia dicitur Eccleſiaſt. 2. Væ duplici corde & labijs ſceleſtis, & manibus malefaciẽtibus & peccatori terram ingredienti duabus vijs: attamen mens diuiſa non impetrat. Oſeæ 10. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Propter hoc conuerti debemus in toto corde, ideſt, per omnes vires cordis.

Nota, beatus Bernardus ponit quatuor affectus cordis, ſcilicet timorem, amorem, gaudium, & triſtitiam. Et

his affectionibus conuerti debemus ad dominum.Primo timorem noſtrum à ſeculo auertamus,& in deum totum proijciamus.Lucæ 12.Dico vobis amicis meis,terreamini ab his qui occidunt corpus, nec habent amplius quid faciant. Sed potius timete eum, qui poſtquam occiderit corpus,poteſtatem habet animam mittere in gehennam. Et Eccleſiaſt.23.Nihil melius quàm timor domini.Ratio nē ponit Eccleſiaſtici primo,Timor domini expellit peccatum.Et ibidē,Timor domini eſt gloria,& corona exultationis.Et Eccleſiaſtici 2. Qui timent dominum præparabunt corda.Item ibidem 33.Timenti deum non occurrent mala,ſed in tentatione illum conſeruabit deus, & liberabit à malis.Item 32.Qui timet deum,accipiet doctrinam eius.Ibidem,Qui timent deum,inuenient iuſtum iudicium.Item 34.Timentis deum beata eſt anima eius.Secundò, vt noſtrum amorem à mundo retrahamus, & in deū proijciamus.1.Io.2.Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt: ſed diligamus deum,quoniam ipſe prior dilexit nos: quia ſine dilectione nihil eſt bonum, & cum dilectione nihil eſt malum.Greg.Antiquus hoſtis caſtitatem in nobis ſi ſine charitate fuerit nō timet:quia ipſe non carne premitur: nec mens eius luxuria diſſoluitur.Abſtinentiā non timet: quia ipſe cibo non vtitur, ergo ſola dilectione vincitur.Rom.8.Scimus quoniam diligentibus deū omnia cooperantur in bonum. Tertiò,gaudium noſtrū à mundo retrahamus, & in deum proijciamus: quia gaudiū huius ſeculi ſemper eſt mixtum,& triſtitia cōſequitur ipſum.Prouer.14.Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Ideo ad Philip.4. Gaudete in domino ſemper,quia gaudiū de deo eſt purū. Eſa.61.Gaudens gaudebo in domino,& exultabit anima mea in deo meo.Quartò,noſtrā triſtitiā à mundo auertamus.De nulla enim re perditā triſtari debemus,niſi de amiſſione gratiæ tēporis & gloriæ. & de his in quibus offendimus deū.Eccleſiaſt.30.Triſtitiā longe repelle à te,ſ. triſtitiā mundi.Ratio,quia multos occidit, & non eſt vtilitas in illa.Sed quæ ſecundū deum eſt triſtitia pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.2.Cor.7.Tunc ſubdit

in quibus debemus conuerti, dicens: *In ieiunio, & fletu, & planctu.* In ieiunio, quò ad carnis macerationem. Nã homo triplici concupiſcentia peccauit. Vnde 1. Io. 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ. Contra concupiſcentiã carnis debemus habere ieiunium. Eccleſiaſt. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps, ſ. à regimine animæ. Bernardus. Ieiunium nõ ſolùm delet peccata præterita, quæ cõmiſimus, ſed repellit futura, quæ committere poterimus. Contra concupiſcentiã oculorũ debemus habere fletum. Hiere. 9. Deducant oculi mei lachrymas, & palpebræ meæ defluant aquis, &c. Sic fleuit Dauid contra concupiſcentiæ peccatum, Pſal. 118. Exitus aquarum deduxerũt oculi mei, quia, &c. Ideo Bernardus. Purgatur lachrymis oculus ante caligans & acuitur viſus, vt intẽdere poſsit in ſereniſsimi luminis claritatem. Contra ſuperbiam vitæ dicit, *Et planctu.* Nota, quòd homo aſſueuit quatuor de cauſis flere & plangere. Primò, propter mortem patris, aut ſponſi. Talis pater aut ſponſus eſt Ieſus Chriſtus, qui tunc moritur animæ, cùm per peccatũ mortale recedit ab anima. Ioel 1. Plãge quaſi mulier amicta ſacco ſuper virum paupertatis tuæ. Vir iſte, ſcilicet Chriſtus deſponſatus eſt animæ in ſua paupertate, ſ. in baptiſmo. Super hunc virũ debet flere anima quaſi mulier quæ faciliùs plorat & vberius quàm vir. O quãtum plorat mulier virum ſuum, & amariſsima lamenta profert & ſuſpiria: quantò magis flendum eſt ſuper illum, qui eſt dulcior quàm mel & fauum. Ad hunc fletum inuitantur animæ, 2. & Reg. 1. Filiæ Syon ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos cocciro in delitijs. Spiritualiter. Filiæ Sion, i. animæ ſpeculantes æternam beatitudinem. Saul expetitus interpretatur, & ſignificat Chriſtum, quẽ ſancti expetebant ſuis precibus. Secundò pro amiſsione alicuius magni theſauri flendum eſt. Theſaurus eſt vita æterna. De quo Matt. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, &c. Sed hunc theſaurum pretioſum amittit anima peccando. Et ideo flendum eſt iuxta illud Eſaiæ. 32. Plangite ſuper regione deſiderabili ſuper

vinea fertili.Regio deſiderabilis Paradiſus eſt:Vnde Pſal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiſcit: quia deſiderabilis: & deficit anima mea, ſ. in iſtis carnalibus.Hæc eſt regio, de qua Matthæi 2.Per aliã regionem,vel viam reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.De iſto Paradiſo regione eijcitur homo per peccatum, ſicut Adã Gen.3.Sic etiam Lucifer,Eze.18.O Cherub peccaſti,& eieci te de monte ſancto Dei,&c.Hæc autem ſcripta ſunt ad correctionem noſtram,vt intelligamus quòd ille amittit cœleſtem beatitudinem qui peccat: & ideo flendum eſt, O quantum plorat mulier pro amiſsione annuli vel pepli: ſed multo plus pro veſte pretioſa, de mane vſque ad veſperam plorabit.Inſuper ille qui amiſit porcellum,aut aſinum,bouem vel equum: nonne facit præconizare per totam terram, vt ſi quis inuenit,reſtituat,& pretium aliquod promittit reſtituenti? Ex his omnibus conſidera, quantum plorare debet anima quæ theſaurum inefficientem perdidit,& ſanctorum ſocietatem,quæ deſignatur in vinea fertili.Ideo.1.Reg.30.Leuauerunt Dauid & populus qui cum eo erat vocem: & fleuerunt donec in eis deficerent lachrymæ.Iſte fletus fuit pro amiſsione vxorum & filiorum,& aliarum rerum quas perdiderunt auferentibus Amalechitis.Videtur ergo quòd multi chariores habent porcellos quàm animas.Tertiò,flet homo pro contumelia verborum & operum.Sicut legitur Thob.3. Zara cum lachrymis deprecabatur dominũ,vt ab iſto improperio liberaret eam.Simili modo anima flere debet propter improperium dæmonum.Nonne magnum improperium eſt,funem in collo portare, quod facit qui præ verecũdia non vult confiteri.Vndè.Thren.5.Ceruicibus noſtris minabamur,non dabatur laſsi requies. Sicut etiam Iudas fecit Mat.27.Abiens laqueo ſe ſuſpendit.Sic multi poſt peccatum laqueo verecundiæ ſuſpendunt collum.Nonne improperium eſt, manus ligatas habere ſicut vſurarij, quibus diabolus ligauit manus ne reſtituant aliena.Oſeæ 4. Ligauit eum ſpiritus in alijs ſuis, & confundetur à ſacrificijs ſuis.& Thren.1. Abierunt abſq; fortitudine ante faciem ſubſequẽtis.Sic miſeri vadunt, nec reſiſtere poſſunt diabolo,

diabolo, qui ligauit eis manus. Quartò, flet homo præ nimia lętitia. Sic Gen. 46. Ioſeph irruit ſuper collum patris, & inter amplexus fleuit. Debet enim homo plorare, non ſolùm pro malis amouendis, ſed & dulces lachrymas fundere pro bonis ſibi datis, conſiderando vnde Deus eruit eum, & quid illi conceſsit, ſ. gratiam, & quid ei dimiſit, ſ. debita multa. Sic fleuit Maria Magdalena, dum. n. ſtaret ad monumentum foris fleuit, Ioā. 20. Et conſolata eſt per Ieſum. Sic Anna fleuit. 1. Reg. 1. & datus eſt ei Samuel. Spiritualiter: ſic gratia Dei datur animæ flenti, & theſaurus amiſſus per fletum recuperatur. Ideo dicit: *Conuertimini ad me in fletu & planctu, &c.* Et tunc ſubdit, *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Scinditur cor doloris gladio vt virus peccati exeat, & nunc diuina lex homini appareat. In cuius figura verum templi ſciſſum eſt. Luc. 23. Præ dolore petræ ſciſſæ ſunt in paſsionem domini, vt habetur Matt. 27. Sic peccatorum corda ſecundum ſanctum Gregorium, duriora ſunt ſaxis, quæ ſcindi per pœnitentiam nolunt. Nota ſuper illo verbo, in ieiunio: quòd triplex eſt ieiunium. Primum corporis à cibo materiali. Secundum afflictionis à gaudio temporali. Tertium voluptatis à peccato mortali. De primo Eccl. 37. Qui abſtinēs eſt, adijciet vitam: & in multis eſcis erit infirmitas. De ſecundo ieiunio loquebatur Zara Tobi. 3. Mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia: nunquam cū ludentibus me miſcui: neque cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui. & ſic ieiunabat qui dicebat: Renuit conſolari anima mea. 1. Petri 2. Obſecro vos tanquā aduenas & peregrinos abſtinere à carnalibus deſiderijs. De tertio dicit Hierony. Tunc præclara eſt apud Deum abſtinentia corporis, cùm animus ieiunat à vitijs. Iſidorus: Qui à cibis abſtinent & prauè agunt, dæmones imitantur, quibus eſca non eſt, & nequitia ſemper eſt. Sciendum, ꝙ ieiunium dominus inſtituit in paradiſo ſed poſtea ſanctificauit ipſemet cùm ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus Matt. 4. & Luc. 4. Quæritur: vtrum ieiunare ſit ſemper laudabile: vel quando. Reſpondeo ſecūdum ſanctum Tho. in quarto, diſt. 12. In tribus

bus caſibus non eſt laudabile ieiunium, neque etiam licitum. Nã quidam per ieiunium primò ſubtrahunt, quod neceſſarium eſt vitæ, hoc non licet, ſicut nec ſeipſum interficere: ſed hoc valde rarum, quia natura modicis contenta eſt: vt dicit Boetius in De conſolatione philoſ. Secundò nec licet ſubtrahere quod eſt neceſſarium, ſecundũ ea quæ incumbunt facienda ex officio, vel ſocietate eorum, ad quos quis conuiuit. Hoc.n. eſſet de rapina hoſtiã offerre. Tertiò, nec licet eſſe tanta abſtinentia, quòd homo à validioribus operibus impediatur. Sed abſtinentia ſeu ieiunium laudabile eſt, quando per ipſum caro diminuitur à ſuo robore, ita quòd facilius ſpiritui ſubdatur. Item quæritur: vtrum ieiuniũ cadat ſub præceptum. Reſpondetur ſecundum Tho. primę, q. 147. art. 3. Dicendum quòd ieiunium in quantum pertinet ad neceſsitatem cohibitionis peccati, vel ſatisfactionis in pœnitentia, vel ad eleuationem mentis ad ſpiritualia, ſic cadit ſub præceptum legis naturæ. Sed determinatio temporis & modi ieiunandi cadit ſub præceptum iuris poſitiui, quod à prælatis eccleſiæ ſic eſt inſtitutum, & hoc eſt ieiunium eccleſiæ. Aliud naturæ. Nec tamen quilibet tranſgrediens; peccat mortaliter: ſed qui tranſgreditur contemnendo ſtatutum legislatoris, vel ſic quòd impediatur finis, quem intendit legislator. Sed qui ex cauſa rationabili frangit ieiunium, non peccat mortaliter. Nota de diuerſis intentionibus ieiunantium. Vnde verſus.

Abſtinet æger, egens, cupidus, gula, ſymea, virtus.

Abſtinet æger, qui nõ poteſt comedere, vel propter medicinam. Egens, non qui habet quod comedat. Cupidus, ne expendat. Gula, i. guloſus, vt poſtea auidius comedat. Symea, i. hypocrita, vt laudetur. Virtus, vt mereatur. Et ſic non debemus ieiunare: quia propheta proponit nobis magnitudinem diuinæ clementiæ. Dixi ſecundò, promittit dominus pœnitentibus indulgentiam; dicens: *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quoniam benignus eſt*, pœnitentiam inſpirando, & miſericors offenſa remittendo, *patiens*, ſententiam differendo, *& multæ miſericordiæ* veniam condonando, *& præſtabilis ſuper malitia*, pœnam

debi-

debitam relaxando. Malitia autem hic non ſumitur pro culpa, ſ. pro pœna, vt habetur Matt. 6. in fine, ſufficit diei malitia ſua. Hierony. in originali: *Præſtabilis eſt Deus*, ideſt patiens, *ſuper malitia*, quia pœnam debitam non infligit pœnitentibus, ſed eam relaxat: ſi tantùm gerimus pœnitentiam ſuper peccatis. Hiere. 18. Si egerit gens pœnitentiam ſuper malitia ſua: agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. Sequitur autem diuina clementia. *Quis ſcit ſi conuertatur?* ſcilicet Deus ab ira ad miſericordiam, quaſi diceret, nullus per certam ſcientiam, ad Rom. 11. Quis cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? aut qui prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, &c. Eze. 18. dicitur: Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & nõ morietur, omnium iniquitatum, quas operatus eſt, non recordabor. Et ſequitur ibidem: Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus, & non cõuertatur à vijs ſuis & viuat? Sed ſequitur cùm contradicitur, quòd hoc poſsit ſciri ex dictis Zach. 1. vbi dicit: Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Reſpondetur quòd verum eſt, quòd Deus conuertitur ad eũ, qui ſe perfectè conuertit ad ipſum. Sed quòd aliquis ſeipſum conuertat ad eum, certitudinaliter ſciri non poteſt, niſi fuerit alicui reuelatum. Sequitur: *Et ignoſcat*, ſ. Deus indulgendo ſibi culpam, quaſi diceret: Scire non poteſt, quià non fit remiſsio culpæ, ſine infuſione gratiæ. Nemo autẽ ſcit ſe eſſe in gratia Dei. Eccleſiaſt. 9. Neſcit homo, vtrũ amore, an odio dignus ſit. Sequitur: *Et relinquat prius ſe*, ideſt, pius flagellũ vltionis. *benedictionem*, ideſt, remiſsionem culpæ, & relaxationem pœnæ. quaſi dicat. Scire non poteſt, quia aliquando incipit Deus flagellare peccatores, nec ceſſat vſq; in ſempiternum, ſicut in Pharaone, Antiocho, & Herode. Itẽ per benedictionem intelligitur bonorum temporalium abundantia. Eſaiæ primo cap. Si aũdieritis me, bona terræ comedetis, Sequitur plenitudo placationis piæ ibi: *Sacrificium & libamen Domino Deo noſtro*,

ſtro, quaſi diceret, Non ſolùm oportet vos corpora ſcindere, ſed ſingultibus, ſuſpirijs, & ieiunijs corpus affligere: & vt perfecti poſsitis domino Deo ſeruire vel placere: oportet vos offerre ſacrificium & libamen. Sacrificium fiebat de ſolidis: vt de pane, & ſic de alijs. Libamen de liquidis, vt de oleo & vino.

Nota, quòd peccator debet Deum placare quadruplici ſacrificio; Primum eſt mentale, quod eſt contritio. Pſ. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Secundum ſacrificium eſt vocale, & dicitur oratio & Dei laudatio. Pſal. 49. Imola Deo ſacrificium laudis. Tertium ſacrificiũ eſt reale, quod eſt eleemoſynarum largitio. Matt. 9. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Quartum ſacrificium eſt corporale, quod eſt carnis afflictio, ad Rom. 12. Obſecro vos fratres vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, &c. Sequitur: poſtquam dominus per ſe ſuaſit pœnitentiam peccatoribus: hoc idem facit per prælatos ſuos, cùm dicit: *Canite tuba*, ideſt, apertè prædicatè, vt vos audiant & præparentur homines.

Nota quòd prædicatio comparatur tubæ, quia tuba eſt terribilis in prælijs, & eſt conſolatiua in nuptijs; Sic verbum Dei terret homines, quando eſt de Dei iuſtitia: & animat quando eſt de ſpirituali pugna: & ipſos conſolatur quando eſt de Dei clementia: delectat, quando eſt de æterna gloria. Item tuba eſt ſtricta in vna parte, & lata in alia. Sic prædicatio exigit, vt prædicator ſit auſterus circa vitam ſuam: & circa alios benignus, vt dicit Chryſo. Et dicit, *in Sion*. Sion eſt mons eminens toti ciuitati Hieruſalem, vbi erat domus regia, iuxta quam erat templum domini: & ſignificat eccleſiam, extra quam non prædicatur conuenienter verbum Dei: vt dicitur Eſa. 2. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem. Sequitur: *Sanctificate ieiunium*, quia ſanctum ieiunium eſt animæ languentis medicina.

¶ Notandum ad hoc quòd circa ieiunium ſanctũ multa cõcurrunt. Primum eſt cordis munditia. Chriſtus enim prius fuit baptizatus antequam ieiunauit. Secundum eſt intentio recta, vt ſcilicet ieiunaretur ſola intentione pla-

cendi

cendi Deo. Vnde Chriſtus fuit ductus ad ieiunium à Spiritu ſancto, & nõ habuit aliud motiuum. Tertium eſt perfecta abſtinentia, vt non ſolùm os à cibis abſtineat, ſed lingua à verbis inutilibus, oculus à vanis aſpectibus, manus ab impudicis tactibus, & ſic de alijs. Quartum eſt victoria hoſtium. Chriſtus enim poſt ieiunium tentationẽ vicit. Et certè tempore ieiunij homo debet ſe armare ſpiritualiter contra hoſtes inuiſibiles.

Sequitur: *Congregate populum, vocate cœtum*. Per cœtum intelliguntur maiores: de quibus fiebat congregatio. Vnde in lege dicebatur ſolemnitas cœtus. In menſe enim ſeptimo congregabantur maiores, vt congregarent & ordinarent de collecta pauperibus facienda, vt habetur Leui. 3. & Deutero. decimoſexto. Et certè iſti ſunt vocandi ad audiendum verbum Dei: quia forſitan plus indigent quàm alij. Per populum intelliguntur minores, quia etiam deberent vocari ad verbum Dei: vt patet 1. Eſdra 4. Congregatus eſt omnis populus quaſi vir vnus: & tunc Eſdra expoſuit legem. Auditores ergo verbi Dei ſunt omnes generaliter qui ſunt ex Deo: vt habetur Ioan. 8. cap. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

Sequitur: *Sanctificate Eccleſiam*, ideſt, indicite ſanctitatem eccleſiæ: vel facite veſtris ſermonibus vt ſanctificetur. De Moyſe enim, Exo. 19. quòd deſcendit de monte, & ſanctificauit populum. Et quia ſancta mater eccleſia multas perſonas continet, ideo additur: *Coadunate ſenes*. Dicit Gloſſ. Tam ætate, quàm ſapientia. Vnde dicitur Iob 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Et Sap. 4. Aetas ſenectutis, vita immaculata.

Sequitur: *Congregate paruulos, & ſuggentes vbera*, i. illos qui non habent annos diſcretionis, ſicut ſunt lactantes. Pſal. 8. Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt deſtruas, &c.

Sequitur in litera: *Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo, &c.* Vnde Ambroſius loquens de cõiugatis, ſic dicit. Fruſtra enim agit pœnitentiã, qui nõ ſeruat caſtitatẽ. Sed videtur quòd pueri, & qui nõ habent vſum liberi arbitrij, non debent vocari ad iſtã ſanctificationẽ.

Dicit

Dicit Ambroſius quòd ideo vocantur: quia eorum innõcentia placet domino: ac quòd per ipſos alij magis excitentur. Vnde 2. Paralip. 20. dicitur quòd omnis Iuda ſtabat coram domino cum paruulis, & vxoribus, & liberis ſuis. Per paruulos autem hic continentes & innocentes: per ſponſum & ſponſam coniugati intelliguntur.

Sequitur poſt prædicationem oratio: *Inter veſtibulum & altare*, ideſt inter duo altaria: ſcilicet holocauſtorum quod erat extra templum, & incenſorum quod erat interius. Erat quidam porticus, & in quadam parte illius erat quidam locus, vbi ſacerdotes induebantur & exuebantur. Et erat locus ſecretus vbi ſacerdotes orabant.

Sequitur: *Plorabunt Sacerdotes & Leuitæ*, pro ſuis, & ꝓ populi criminibus, vt, ſ. ſuo exemplo populum ad plorandum prouocent, & dicent: *Parce Domine, parce populo tuo.* Dicit bis, parce. Primò, nobis ſacerdotibus, & ſecũdò parce populo tuo. *Et ne des hæreditatem tuam*, id eſt, populum Iſrael, quem quaſi hæreditatem tuam tibi appropriaſti, *in opprobrium*, id eſt, in captionem hoſtium & ſeruitutem. *Et ne dominentur eis nationes*, id eſt, Chaldæi, & Perſi, & Medi. Deinde monet propheta allegare, & exauditionis cauſam, vt ſic dicatur domino. *Quare dicuntur in populis*, i. quare dicuntur nationes iſtæ prædictæ de filijs Iuda & Beniamin. *Vbi eſt Deus eorum?* De quo ſe tantum iactabat, in quo conſiderabant. Videtur quòd ſit impotens ad liberandum populum ſuum.

Tunc ſequitur: *Zelatus eſt Dominus terram*, i. populum ſuum zelo amoris, qui ſemper pungit. Iuxta illud Pſalmiſtæ, Pſ. 48. Zelus domus tuæ comedit me. *Et pepercit populo ſuo.* Vbi ponit euidens ſignum indulgentiæ. *Et reſpondit dominus.* Non verbo, ſed facto, vt dixit: *Ecce mittam vobis frumentum, vinum, & oleum: & replebimini in eis.* Quod poteſt intelligi non ſolum de abundantia bonorum temporalium, ſed etiam ſpiritualium. Per frumentum intelligitur fides, quia viuit anima & ſuſtentatur corpus, vt habetur Abac. 2. Iuſtus ex fide viuit. Per vinum autem ſpes intelligitur: quia ſicut vinum lætificat cor hominis, ſic illa animam. Apoſt. ad Roma. 12. Spe gaudentes. Per

oleum verò intelligitur charitas. 1. Corint. 13. Maior horum charitas. Sequitur. *Et non dabo vos vltra in opprobrium gentibus*. ideſt, non tradam vos vlterius in captiuitatem & ſeruitutem hoſtium veſtrorum.

De Euangelio. *Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Matth.6.* Enarratio II.

CVpiens inimicum fugare & à ſe repellere, deſtruit illi receptaculum. Exemplo de lupo & alijs feris, quarum foueæ ſi vaſtatæ fuerunt, procul fugiunt, reclinatorio non inuento. Spiritualiter, receptaculum diaboli, eſt humana caro. Vnde Ambroſius in quadam epiſtola: Quicunque ſe delitijs corporalibus dederit, in diaboli ſeruitute manebit. Debemus igitur per abſtinentiã & ieiunium corpus mortificare: vt diabolus, cuius à ſpiritu ſuperetur corporis præſidio deſtituto. Figuratur Daniel. 14. vbi legitur quòd ipſe Daniel, qui in abſtinentia vixit, deſtruxit idolum nomine Beel, qui interpretatur vẽtus, & poſt modum occidit draconem, qui latitabat ſub idolo. Spiritualiter, per Beel, qui interpretatur ventus, ſubaudi corpus humanum. Iob 7. Ventus eſt vita mea. Per Danielem, ſubaudi ſpiritum Deo coniunctum, qui debet ſemper impleri cœleſtibus deſiderijs. Qui igitur vult ſpiritualem draconem occidere, & à ſe procul repellere, corpus prius mortificet ieiunijs, & abſtinentia. Vnde Hieron. Ardentes, inquit, diaboli ſagittæ ieiuniorum & vigiliarum frigore reſtringendæ ſunt. Sed quale debet eſſe ieiunium, vt animæ & corpori proſit, oſtendit ſaluator, dicens. *Cùm ieiunatis nolite fieri, &c.* Aliud thema. *Exterminant enim facies ſuas. Matt. 6.* Medicina non debet retinere aliquid quod roborat infirmitatem. Sic ieiunium eſt medicina, data contra morbum gulæ, quo primus homo detentus vetitum pomum comedit. Gregorius. Arte medicinæ contraria contrarijs curantur. Sicut igitur à gaudijs paradiſi cecidimus per gulam: ita ſecundum Gregorium reuocamur per ieiunium. Vnde enim epiſtola Ioelis 2. Cõuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, &

planctu. Ecce medicina non ſicca, ſed madida debet eſſe cum fletu. Albertus Lib. 24. de animalibus: Aues Nili fluuij non tacent gementes dum illaqueantur. Sic tu non debes ceſſare à gemitu. Iob. 5. Naſcitur homo ad laborem, ſicut auis ad volandum. Ioel. 2. Egredietur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo, &c. Et ſi hoc fecerimus, dicet nobis Dominus: Ecce mittam vobis frumentum. Ecce ſacramentum, ſ. corporis Chriſti; vinum, ſ. ſanguinis: & oleum, ſ. miſericordiæ. De quo introitus: Miſereris omnium domine, & nihil odiſti, &c. Nota tres planctus, ſcilicet vnigeniti, draconis, & ſtrutionis. Quia peccator perdit primo animam: ideo Hieremiæ ſexto. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum: ſecundò Deum: & ſic planctu draconis. Micheæ. 1. Faciam plactū velut draconū. Quia legitur quòd elephas draconem inueniens, ſemitas cum plantis conteritur: & ſic diabolus Deum alienat. Tertiò, perdit omnia merita. Mich. 1. Faciam luctum quaſi ſtrutionum cum perdit oua.

¶In ſumma Euangelij innuuntur tria. Primò, docet cauere fictam ſimulationem: ibi: *Cùm ieiunatis.* Secundò, docet nos habere rectā intentionem: ibi: *Tu cùm ieiunas.* Tertiò, docet nos cauere periculoſam acquiſitionem, ibi: *Nolite theſaurizare, &c.* De primo dicitur: *In illo tempore*, ſcilicet, cùm dominus prædicauit in monte Thabor, dixit diſcipulis ſuis: *Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Chryſoſtomus: Sciebat dominus vanam gloriā ex omni opere bono procedere: igitur prohibet ſpinam vanæ gloriæ, & irradicat eam, cùm dicit: *Nolite fieri, &c.* Et non dicit eſſe; quia aliud eſt eſſe: & aliud fieri: quia triſtem eſſe, hoc eſt naturale in ieiunio: ſed fieri, hoc eſt in apparentia oſtendere, ac ſi eſſet ieiunans, & tamen nō eſt. Et ſic hypócrita dicitur ab hypo, quod eſt ſub, & criſis aurum, quaſi ſub auro bonæ apparentiæ gerens plumbū falſitatis. Ideò ſubdit: *Exterminant enim facies ſuas*, i. quādam triſtitiam alijs demonſtrant, vt religioſiores præ cæteris appareant. Gregorius. Simulata æquitas duplex eſt iniquitas. Aug. Iactantia eo periculoſior eſt, quo nomine eſt religioſior. Ideo ſubdit: *Amen dico vobis, receperunt mer-*

cedem

cedem ſuam. Chryſoſt. O hypocrita, quid à Deo recipies, cùm Deo nihil dediſti? Quod propter Deum fit, Deo datur: quod propter homines, in vĕtum ſpargitur, & nil inde ſperatur. Melius eſt non facere, quàm propter homines facere, quia perdit laborem & præmium. In Scolaſtica *hyſtoria* dicitur, quòd poma ſunt in arboribus iuxta mare mortuum, quæ creſcunt quaſi lucida: interius autem ſunt vermibus plena. Nā hypocrita habet ſe, vt ouis portans vellera, non ſibi, ſed alijs: & ſic ipſi in conuerſatione. Item eſt ſicut apis mellificans, & nō guſtans: & ſic hypocrita prædicando laborat, ſed fructum prædicationis non guſtat. Item hypocrita habet ſe, vt aratrum quod arat, & pro fructu laborat: ſed non comedit. Et ſic hypocrita in ieiunio & afflictione ſua nō accipit præmium à Deo, ſed ab hominibus, quia hypocritæ apparent hominibus ieiunantes: ideo eorum præmium vanum, & quaſi nihil eſt. Vnde Chryſoſtomus: Quid eſt laus hominum niſi verborum trāſeuntium ſonus? ceſſent homines, perdit hypocrita mercedem. Dixi ſecundò, docet dominus nos habere rectam intentionem, cùm dicit: Tu autem cùm ieiunas, ſcilicet rationaliter, vnge caput tuum, ſcilicet exhibe te feſtiuum & hilarem: & faciem tuam laua, i. ſigna lætitiæ prætēde. Nota, hic innuuntur duo, quæ ſunt nobis neceſſaria, ſi volumus quòd ieiunium quadrageſimale nobis proficiat, primum vngere caput mentis, & faciem lauare, ſecundum animæ. De primo nota, quòd quatuor genera hominum leguntur vncti, & ſunt vngēdi. Primò infirmi, vt ſanitatem recipiant. De quo Iacobi 5. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et ſic ſpiritualiter nunc ſacerdotes debent vngere populū oleo pœnitentiæ. Hoc oleum pœnitentiæ debet confici ex amaris herbis, ſ. contritionis & doloris, ſcilicet conſiderando maculas animæ, vulnera cordis, & tempus malè expenſum, Deum offenſum, & in pœnam eternam. Figuratur Thob. 11. Sic Thobiam Angelus inſtruxit: Inunge oculos patris felle piſcis & ſanabitur. Et ſic tu vngere oleo pœnitētiæ, & ſanaberis. O quot ſunt hodie imbecilles & infirmi, qui

non

non curantur, niſi vngantur oleo pœnitētiæ. Iſaiæ 1. Vulnus, liuor & plaga tumens, nō eſt circunligata, neq; fota oleo. i. contritionis vel pœnitētiæ: ideo fœtent talia vulnera. Et ſic peccatum ſuperbiæ ſine ligatura humilitatis, luxuria ſine faſcia caſtitatis, & ſic de alijs. Ideo præcepit Ioſeph, Gen. 50. ſeruis ſuis vt cōderēt corpus patris ne putreſceret. Et ſic Chriſtus prædicauit oleum pœnitentiæ & contritionis. Hoc oleo hodie omnes deberemus inungi: ne contingeret nobis, ſicut fatuis virginibus, Matth. 25. quæ oleo aruerunt, ſcilicet pœnitentiæ, ideo non intrauerunt in cœleſtes nuptias, ſed clauſa eſt ianua.

¶ Quæritur cur hodie, ſ. feria quarta incipimus ieiuniū & nō alio die. Reſpōdetur primò, quia feria quarta Chriſtus fuit venditus ad mortem, ad innuendum quòd per pœnitentiam emimus Chriſtum, & regnum eius. Matt. 4. Pœnitentiam agite. appropinquabit. &c. Secundò, quia feria 4. ſol & luna, & cætera luminaria creata ſunt. A principio. n. Deus quendam nubeculam lucidam fecit: cùm ait Gen. 1. Fiat lux, & facta eſt lux, ſcilicet tenuis quemadmodum diluculo fieri ſolet: ſed quarta feria ſequenti fecit duo luminaria magna. Sic per pœnitentiam nos peruenimus ad lucem æternam, & eripimur à tenebris: vt dicitur Eph. 5. Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. Et ideo, tempus pœnitentiæ incipit feria quarta. Secundò vngitur pugil ad pugnandum, & ſic nos pugnare debemus cū diabolo. Ergo neceſſaria eſt nobis unctio ſecundum robur Spiritus ſancti. Hanc vnctionem nō habuit Saul, 2. Reg. 1. Abiectus eſt clypeus Saul, quaſi nō eſſet vnctus. Et ſic peccator non habens gratiam Spiritus ſancti, non poteſt vincere inimicos pugnando. Ergo cum Chriſtus deberet pugnare cum diabolo, ductus fuit in deſertum à Spirituſancto, Matt. 4. Vnde Iſa. 61. Spiritus domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. Si homo hac vnctione vnctus fuerit securè poterit præliari. Et ſic beatus Stephanus plenus Spirituſancto Act. 7. vicit inimicos, vidēs cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris, ſecundum ſibi in adiutorium. Tertiò vnguntur nobiles dominæ ad decorem. Vnde Iudith, lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myrto optimo

optimo Iudit.10.Et ſic anima cum feruore orationis car nis deſideria interficit ut mirum. Et ſic Suſanna, Dan. 13.Afferte mihi oleũ & ſmigmata,& oſtia pomerii clau dite ut lauer.Spiritualiter,ſic anima deuota dicat.O uos ſancti angeli afferte. i. impetrate oleum deuotæ orationis,ut placeam ſaluatori. Sed heu aliqui ungunt corpus & non animam.Quod cõqueritur Ber.Cadit aſina,& eſt qui ſubleuat.i.corpus:perit anima,& non eſt qui recogi tat.Quartò ungũtur Reges,& ſic nos ungi debemus oleo lętitię ad regnandum cum Deo Pſal. Propterea unxit te deuś deus tuus oleo lętitiæ prę cõſortibus tuis. Pſ.44.Fi guratur.1.Reg.16.Vbi dicitur ꝙ Samuel tulit cornu olei & unxit Dauid in medio fratrũ in regẽ. Spiritualiter ſic Chriſtus pęnitentẽ unxit oleo lętitię in regno dei.Pſ.88. Inueni Dauid ſeruũ meũ.i.pęnitentẽ,& oleo ſancto meo unxi eũ.Tunc ſequitur: *Et faciẽ tuam laua.* Nota triplex eſt lauacrũ,ex quo debemus lauare faciẽ animæ. Primũ eſt effuſio lachrimarũ.Pſ.6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum:lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Ratio,quia tunc eſt ſilentium.Thr.2.Conſurge,lauda in nocte in principio uigiliarum tuarũ, & effunde ſicut aquã cor tuũ in cõſpectu domini.Eſa.26.Anima mea deſiderauit te in nocte.ſ. in ſpiritu meo, in præcordijs meis de mane uigilabo ad te. Itẽ tunc maximè infeſtant dæmones.Can.3. Vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum ꝑꝑ timores nocturnos.Glo.Enſis in fęmore,caſtitas in carme. Per noctẽ circunloquitur culpam:propter tenebras,frigiditatẽ,& periculoſitatem.Iob.11.Qui ambulat in nocte offendit.1.Thi.4. Qui dormiunt,nocte dormiũt.Ioel.2. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro,in ieiunio, & fletu,& plãctu.&c. Ecce contritio requiritur ad ieiuniũ. Iſido.Qui abſtinẽt à cibis & prauè agunt,dæmones imitantur.Volens autem mundè lauari,accipiat cineres.Vnde ſancta mater eccleſia hodie nobis illud proponit cum dicitur:Memento homo quia cinis es,& in cinerẽ reuerteris.Gen.3.Reuerteris in terrã de qua ſumptus es. Quaſi diceret interrogando hominem : Quid es? quid fers? quò uadis?Et reſpondet homo:Terra & cinis.&c.Ier.22.

Terra, terra, terra, audi uerbum domini. Recordare ergò te fore terram & cinerem. Nam talis memoria eſt utilis, ſi recorderis quòd es cinis.

Et hoc patet in cineris proprietatibus. Prima quia cinis terram fęcundat, & ſic memoria mortis facit hominem fructiferum in bonis operibus. Grego. Se ſollicitat in bono opere, qui frequenter cogitat de extremo fine. Secunda ꝓprietas, ſolus cinis ignē conſeruat, ſi eſt calidus: ſi frigidus, extinguit. Et ſic feruēs meditatio mortis cōſeruat gratiā ſpiritus ſancti. Tertia ꝓprietas, cinis maculas abluit: & ſic memoria mortis. Eccl. 7. Memorare nouiſsima, & in æternū nō peccabis. Primò abluit ſuperbiā, ut pauo reſpiciēs pedes, qui ſunt horribiles, deponit ornatum pennarum. Sic hō cogitās de extremo fine, qui eſt horibilis, deponit ſuperbiā. Eccl. 10. Quid ſperabis terra & cinis? Secundò abluit peccata luxuriæ: ſicut beſtia cum cauda expellit muſcas. Et ſic per mortis memoriā homò expellit cogitationes immūdas. Tertiò abluit auaritiam, quando cogitat ꝙ in morte nil ſecum defert. 1. Thi. 6. Nihil iutulimus in hūc mundum, neq; aliquid deportabimus: ideo habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus. Nā qui mortem recogitat, nil de terrenis bonis per ſuperabundantiā affectat. Iob. 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus reuertar illuc. Scd̄m lauacrum eſt confeſsio peccatorū. Figuratur Exo. 30. Facies labium æneum cum baſi ſua ad lauandū. Spiritualiter, ꝑ uas æneum, intelligitur confeſsio peccatorum: cum baſi. i. propoſito non peccādi: ibi laua manus & pedes. i. opera & affectus. Iere. 4. Laua à malitia cor tuum Hieruſalem, ut ſalua fias. Sed heu, aliqui faciūt ut porci, qui poſt lotionē ſtatim reuertuntur ad lutū, & ſic ipſi ad peccatum. Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid ꝓdeſt lauatio eius? Et ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, quid ꝓficit humiliando ſe, orationē illius quis exaudiet? Tertiū lauacrum eſt largitio eleemoſynarū. Luc. 11: Date eleemoſynā, & oīa munda uobis erunt. Et Dan 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Et Ambr. Illud ieiunium dominus approbat, ꝙđ

ad

ad eius oculos manus eleemoſynarum leuat. Nā qđ tibi ſubtrahis, alteri largire: unde caro tua affligitur, aliena reparetur. Itē nota duabus de cauſis hoīes lauantur. Primò ut cognoſcantur, & ſic nos lauari debemus ut cognoſcamur à Deo, ne dicatur nobis illud. Mat. 25. Amen dico uobis, neſcio uos. ſ. ꝑ turpitudinē peccatorum. Nec mirum, nā de peccatoribus dicitur. Thr. 4. Denigrata eſt ſuꝑ carbones facies eorū, & non ſunt cogniti in plateis. Ideo faciendum eſt, qđ legitur. 3. Reg. 20. Abſterſit puluerē de facie eius, & cognouit eum rex Iſrael ꝙ eſſet de prophetis. Spiritualiter, ſic nos puluerē peccati debemus abſtergere à facie animæ: ut cognoſcamus à Deo. Ioan. 10. Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Secundò ſolent hoīes lauari, ut cogniti diligantur & honorētur. & ſic Heſt. 2. q̄ unxit lauit ſe, & introducebatur in cubiculum regis, & ſic q̄libet fidelis anima. Quis. n. diligeret mulierem leproſam, cuius facies eſſet multis maculis fędata? certè nullus. Ideo de leproſis dicitur. Leui. 14. Poſt quā fuerunt mundati, lauerunt ueſtimenta ſua, & ingrediebantur caſtra. Spiritualiter ſic nos debemus lauari & mundari lauacro pœnitentiæ, ut poſsimus ingredi caſtrum cęli. Nam dicitur, Mat. 9. Beati mundo corde, quoniā ipſi deū uidebunt. Dixi tertiò, ꝙ Chriſtus docet nos cauere periculoſam acquiſitionē, ibi, Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi erugo & tinea demoliuntur, & ubi fures effodiunt & furātur. Chryſ. in hom. Poſt quam expulit uanæ glorię ægritudinē, nunc ꝓhibet auaritiā, dicens: Nolite theſaurizare. ſ. ex auaritia & ex amore diuitiarum indebitè. Nam ſecundum Hier. in epiſt. ad Paulinum, antiquum dictum eſt: Auaro deeſt tam quod habet, quàm quod non habet. Ideo Apoſto. 1. Thi. 6. dicit. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. Ideo de auaris diuitibus dicit dominus, Mat. 19. Diues difficile intrabit in regnum cœlorū. Ideo Pſal. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Non ergo eſt hic theſaurizandum, niſi ex honeſtis cauſis. Cuius cauſa eſt, quia hæ erugine & tinea diuitiæ congregatæ conſumuntur, & fures furantur. Omnis enim theſaurus

ſaurus, aut eſt de metallis, aut de ueſtibus, aut de lapidibus pretioſis: primum demolitur erugo, ſecūdum tinea, tertium fures. Ideo eſt theſaurizandum ubi prædicta nō ualēt nocere ſicut in cœlo. Ideo ſubditur *Theſaurizate nobis theſauros in cœlo*, i. præmia meritorum. Sciendum, theſaurus conſiſtit propriè in rebus pretioſis, ſicut in auro, & argēto, & lapidibus pretioſis, & ueſtibus pretioſis. Debemus ergo theſaurizare. Primò aurum, ſ. dilectionis. Nā ſicut aurū pcellit omnia metalla: ſic charitas omnes uirtutes. 1. Cor. 13. Maior horum charitas. Sed heu de aliquibus dicitur. Iac. 5. Aurū, & argētum ueſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimoniū uobis erit. i. amor diuitiarum in aliquibus inordinatus eſt. Propterea admiratur Iere Thr. 4. Quomodo obſcuratum eſt aurū, mutatus eſt color optimis. Secundò debemus theſaurizare argentum caſtitatis, quod his diebus nō habuiſti. Vnde Iſa. 1. Argētum tuum uerſum eſt in ſcoriā. Ideo Pro. 25. Aufer rubiginem de medio argēti. i. luxurioſas cogitationes de mēte. Tertiò ueſtes pretioſas duplicis munditiæ Eccl. 9. Omni tempore ueſtimēta tua ſint candida. ſ. interiora, & exteriora. De his ueſtibus prou. ult. Omnes domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus. Domeſtici eccleſiæ militātis debent eſſe induti pdicta duplici munditia. Sed iſtæ ueſtes ſunt diligēter cuſtodiēdæ ne auferātur. Apoc. 16. Beatus qui uigilat & cuſtodit ueſtimēta ſua, ne nudus ambulet. Quartò, debemus theſaurizare lapides pretioſos. i. opera uirtutū, ſ. Iaſpidē humilitatis. Apoc. 21. Fundamentū primū Iaſpis, id eſt humilitas, quæ eſt mater omniū uirtutū. Et Saphirum cœleſtis cōuerſationis, quia habet cœleſtem decorem. Sic & nos. Vnde ad Phil. 3. Cōuerſatio noſtra in cœlis eſt. Smaragdum pœnitentiæ. Sed heu de aliquibus cōqueritur Hier. Thr. 4. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. i. opera uirtutum plus curātes de theſauro corporis q̃ animæ. Et plus theſaurizant in terris q̃ in cœlis quod eſt incautum. Pſ. 38. Theſaurizat & ignorat cui cōgregabit ea. ideo dicit: Theſaurizate uobis theſauros in cœlo, ſ. ubi eſt ſecuritas, ubi nec erugo demolitur, quia ibi nulla uetuſtas.
Nec

Nec tinea corrodit: quia ibi nulla paſsibilitas. Ibi fures nõ effodiunt nec furantur, quia ibi nullã fraus uel uiolẽtia. Vnde canit eccleſia: Vbi nec languor, nec ſenium, nec fraus uel odiũ, nec terror hoſtiũ, nec cura ueſtiũ, &c. Et ſubdit. Vbi.n.theſaurus tuus eſt, ibi & cor tuũ. Vnde Hiero. Si in cœlo theſaurizaueris bona faciẽdo, in cœlo erit cor tuum.i.intentio cordis tui. Si autem in terra theſaurizaueris, non exponẽdo diuitias tuas in pauperes, *in* terra erit cor tuum. Et non ſolũ eſt. hoc in pecunia, ſed in luxuria, & guloſitate, quia qui eſt luxurioſus, in luxuria eſt cor eius. Et qui guloſus, deus uenter eſt illi. Hæc ille.

EERIA V. De Epiſtola

Aegrotauit Ezechias uſque ad mortem &c.
Iſai. 38. Enarratio. I.

CVm pauper & defectuoſus habet indigentiam diuitis alicuius: ut adiuuet eum ſupplere defectum ſuũ, ille petit cũ humilitate ut exaudiatur. Spiritualiter ſic nos ꝑꝑ iniquitates noſtras pauperes facti ſumus nimis. Rogemus ergo diuitem.i. Chriſtũ de quo Pſal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Et cum humilitate ut exaudiamur. Pſal. 101. Reſpexit in orationem humiliũ, & non ſpreuit preces eorum. Et hoc docet nos totum officium miſſæ, Introitus: Dum clamarem &c. Similiter Collecta: Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte Similiter in Euãgelio, ubi Cẽturio humiliter deprecatus eſt pro ſeruo ſuo. Similiter in epiſtola, ubi Ezechias rex ęgrotauit & orauit cũ lachrymis: & quindecim anni uitę eius ſunt additi. De quo thema: *Aegrotauit Ezechias uſque ad mortem &c.*

In ſumma epiſtolæ duo innuuntur. Primò ipſius Ezechiæ infirmitatis propoſitio, ibi: *Aegrotauit Ezechias:* Secũdo ſubditur ſanitatis reſtitutio, ibi, *Et factum eſt uerbũ Domini*. De primo dicit, *Aegrotauit Ezechias*. Nota, He-

ſterna die in capite ieiunij monuit dominus per Ioelem prophetam filios eccleſiæ, ut cōuerterentur ad ipſum, cū fletu, planctu, & ieiunio. Et monuit ſacerdotes & p̄latos ut plorarent & plorando orarent ꝓ ſe & pro populo. In hac autē epiſtola ſpiritus ſanctus explicās filijs eccleſię, quæ & quanta utilitas ex flebili oratione cōſequatur, ex eo quod regi Ezechiæ ad literam contigit, qui oratione & fletu meruit ſanitatem & ꝓlongationem uitæ. Et qđ Ezechias corporaliter meruit, hoc & peccatores ſpiritualiter merentur. Ideo dicit, *In diebus illis*. ſ. in quibus Deus ꝑ Angelum ſuum triumphum dedit, & uictoriā de Aſſyrijs, una nocte interfecit centum octuaginta quinq; milia hominum in caſtris Aſsyriorum. Et in quibus cępit regnare ſuper Aſſyrios, Aſſaradon filius Sennacherib. Nam ipſe Sennacherib à filijs ſuis proprijs. ſ. Aſdramelech & Saraſar in templo Idoli ſui occiſus fuit. Sicut dicitur, Eſa. 37. Et ſequitur: *Aegrotauit uſq; ad mortē.* Literaliter autem fuit iſta ægritudo ſecundum Hebræos apoſtema. i. ulcus. Aquila uerò Symachus, & Theodocion dicunt hoc fuiſſe morbum regium. Cauſa autem quare iſte Rex incurrit tam grauē ægritudinem; dicit magiſter in hiſtoria & gloſa fuiſſe elationē, quia poſt illum inopinabilē triumphum, quamuis ſcđm Ioſephum, cum populo ipſe rex hoſtias īmolauerit, animo tū elatus fuit, ſicut dicitur. 2. Paral. 33. Vnde nec dignè gratias egit, nec canticum cātauit, ſicut cōſueuerat facere Moyſes, & Dauid in multis locis, ꝑꝑ quod uſq; ad mortem ægrotauit. Ex quo euidenter elicitur ad literam, ꝙ ſæpe ꝑꝑ peccatum p̄cipuè ingratitudinis, incurrūt hoīes infirmitates corporis. Vnde Chriſtus dixit. Ioā. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Bern. dicit, Quòd ingratitudo eſt uētus urens, exiccās fontē miſericordiæ, & obſtruit fluēta gratiæ. Propterea ſubditur: *Et intrauit*, ſ. de mandato domini facto ꝑ internam inſpirationem & ꝓpheticam reuelationem ad eum, *Iſaias filius Amos Prophetæ, & dixit ei: Hæc dicit dominus*, ſ. uerbū ſtabile, qđ nec pōt reuocari. *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & nō uiues*. Dixit nanq; illi, ꝙ diſponeret de domo

regia,

regia,qui ſ.poſt eum regnare deberet: non.n.habebat fi lium.nondum.n.erat natus Manaſſes.Sed dicis,quare ex hoc fuit excitatus adorãdum,cum ſciret ꝓphetiam eſſe immobilem ueritatẽ?Dicendum ꝙ nõ orauit,nec patet ex litera ut eius ꝓlongaretur uita : nec ꝙ ei adderentur anni plures.Sed territus mortis iuditio,quo terrentur ſe cundũ gloſam & ſancti uiri qui orant, ut ꝑꝑ mala quæ fecerant,bona ſua non eſſent in obliuione apud Deum. Nota ſcd̃m ſenſum ſpiritualem.Hic tãgitur duplex mo tiuum,qđ debet excitare peccatorẽ ad orandum.Primũ eſt ꝑpetratio mortalis culpæ.Secundũ eſt cõminatio ge hennalis penę.Pro primo dicitur,ꝙ Ezechias in perſona peccatoris,*Aegrotauit uſq; ad mortem*.Sępe.n.in ſcriptura ſancti uiri gerunt typum peccatoris. Sic hic Ezechias,& Pet.Act.11.Iſta autem ęgrotatio uſq; ad mortem ẽt inclusiuè,eſt ipſa perpetratio culpæ mortalis,qua ægrotat corpus & moritur anima.Aegrotat quidem,quia uulneratur ĩ naturalibus.Moritur uerò,quia priuatur Dei gra tia,quæ eſt eius uita.Et obligatur ad mortem ęternam. Pro iſta ægritudine ut curetur.i.ut peccatũ remittatur, debet orare omnis homo cum propheta, qui poſtquam dixerat Deo:Tu remiſiſti iniquitatem peccati mei, ſubdit:Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, ut mereatur remiſsionẽ omnium peccatorum.Iſtã ægritudo eſt multiplex ſecũdum. S.Tho.*S*. Superbia,eſt ſicut phreneſis.Inuidia,ſicut epilepſia.Ira,ſicut furia.Auaritia,ſicut hydro piſis.Accidia,ſicut lethargia,& ſicut paralyſis. Gula, ſicut apoplexia.Luxuria,ſicut lepra.Pro his omnibus ęgri tudinibus debet peccator ægrotus orare cęleſtem medicum cũ propheta:Domine miſerere mei : ſana animam meam,quia peccaui tibi . Nota.quòd ſicut elatio iſtius regis,fuit cauſa ſuæ infirmitatis corporalis:ita ſuperbia fuit initium infirmitatis ſpiritualis , initium. n. omnis peccati eſt ſuperbia . Ergo cuilibet peccatori poteſt dici per inſpirationem,& per exteriorem exhortationem:Di ſpone domui tuæ,ideſt animæ tuæ,ſ. cogitando quid fe ceris,quem offendiſti,quid perdidiſti,quid incurriſti, di ſpone dolendo corde,cõfitendo ore,ſatisfaciẽdo opere,

proponendo uoluntatem.ſ.nunquam relabi in peccatũ: ut ſic poſsis dicere cum Propheta Pſ.25.Domine dilexi decorem domus tuæ.Anima.n.tua,nõ ſolum eſt domus tua,imò eſt & domus Dei.Diſpone ergo,quia tu morie ris & non uiues.i.qui mortuus es ſpiritualiter,morieris æternaliter niſi conuertaris.Ergo diſpone tu,Pſ.117.Nõ moriar,ſed uiuã,& narrabo opera tua. Et bene narrabo ſi uiuã,quia dicit Pſ.113.Nõ mortui laudabunt te domi ne.i.mortui in peccatis, neq; omnes qui deſcẽdũt in infernũ,ſed nos qui uiuimus in moribus,& uirtutibus, be nedicimus.i.laudamus dominũ.Sequitur modus oratio nis,& tãguntur tria. Primum reſpicit locum,ſecundũ re ſpicit uerbũ,tertium reſpicit ſignum. Propter primũ dicitur:*Et cõuertit Ezechias faciem ſuam ad parietẽ.*Contriſta tus.n.fuit cum audiuit uerba prophetę,credens ſe ſimpli citer mori.Cõtriſtatus ſecundum magiſtrum in hiſtoria, ne fruſtra uideretur ꝓmiſsio facta Dauid de Chriſto:eo ꝙ ipſe filium nõ habebat,& contriſtatus, ut oraret ſecre tius,ne aſsiſtentes eius uiderent lachrymas,conuertit fa ciem ſuã ad parietem iuxta quẽ iacebat:& certè orare ſe cretò in abſcõdito congruum eſt,iuxta uerbum Saluato ris Mat.6.Tu autẽ cum oraueris intra in cubiculum.Vel conuertit faciem ſuam ad parietem.ſ. porticum templi, iuxta quẽ cubabat,ut quia in porticu ſe abſcondere non poterat ad orandum,ſaltem faciẽ eius abſconderet Legi mus de Daniele,ꝙ exiſtens in terra Chaldæorum,tribus temporibus in die flectebat genua ſua, apertis feneſtis orabat contra Hieruſalem. Dan.6. Et certus locus bene conuenit orationi, quia domus mea domus orationis uocabitur. Luc. 19. *Et orauit ad dominum & dixit, obſecro domine memento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in ueritate,* ſcilicet religionis,dicit glo. interlinearis,& in cor de perfecto, non claudicans in duabus partibus, unã partem cordis mei dans Idolis. & alteram Deo. *Et quod bonum eſt,in oculis tuis,fecerim.* Ipſe eſt,qui ualuas templi aperuit, quas Achas pater ſuus clauſerat, qui ſtatuas contriuit, quas ille erexit: qui lucos, quos Dauid ſuccendit, ille nutriuerat; qui templum mundauit, quod ille

ille polluerat: qui holocauſta Deo obtulit, quę ille neglexerat: qui ſacerdotes honorauit, quos ille cōtempſerat: qui ſerpentem æneum confregit, quem diu populus adorauerat, & cui incenſum obtulerat, ſicut legitur 4. Reg. 19. Sequitur: *Et fleuit Ezechias fletu magno*, imitans patrē ſuum Dauid qui dicebat Pſal. 101. Poculum meum cum fletu miſcebam. Et certè fletus in oratione ſignū euidēs eſt, compunctionis & deuotionis. Exemplū de Anna. 1. Reg. 1. de Maria Magdalena. Luc. 7. Nota quòd duplex eſt actus memoriæ. Primus eſt productio uerbi, memóriæ & intelligentiæ; & hic eſt actus proximè. Actus propriiſsimè eſt, in Deo per actū memoriæ qui eſt dicere, pater producit uerbum æternū. De iſto actu memorię, loquuntur ſancti Doctores & Theologi. Secūdus eſt actus memoriæ, ſeu recordandi, de quo loquuntur Philoſophi, qui eſt iterata conſideratio alicuius rei. Tunc enim propriè homo memoratur aliquid, quādo illud primo actu aliter conſiderauit, & poſtea illud conſiderare deſiit, uel per obliuionem, uel per aliam alterius rei conſiderationem, & poſtmodum illud iterato cōſiderat. Et ille actus omnino non eſt in Deo, qui omnia facta, fienda, factibilia, & fieri poſsibilia, ſimul in unico actu cōſiderat. Vnde memorari in Deo non dicit aliquid in eo, ſed ab eo, ſ. affectū ſuæ bonitatis, uel æquitatis, ſicut dicitur memorari bonorum, quādo ea remunerat: & malorum, quādo ea punit. De primo Abacuch. 3. Miſericordiæ recordaberis. De ſecundo, Pſal. 136. Memor eſto filiorum Edom. Cum enim dixit Ezechias, *Memento quæſo domine*: Non petiuit. quòd Deus memoraretur, qui nihil obliuiſcitur, nec aliquid iterato conſiderat, ſ. petiuit affectum ſuę bonitatis, uidelicet remunerari bona ſua, & ne propter mala ſua, quæ fecerat periret. Nota quòd homo ex bona intentione aliqua, quæ ſunt ex genera ſuo bona, de quibus habet coniecturā probabilem quod ea quæ fecit in charitate licitè poteſt allegare corā domino in oratione, ſi ea humiliter proponit, & abſque elatione. Non ſicut fecit Phariſæus. Luc. 18. qui bona non allegabat recta intentione, nec exiſtens in charitate, nec humiliter:

ſed ſuperbiſsimè & alios contemnendo, qui non orauit: ſecundū Aug. ſed ſolùm ſeipſum laudauit. Si aūt aliquis homo multa bona benefecit, & cōmiſit aliqua mala: ſi in oratione tantum confiteatur mala, & nō allegat ſua bona, oratio illius melior eſt quia humilior: ſicut oratio Dauidis qui dicebat: Propitiaberis peccato meo, multū eſt enim. Pſal. 24. & Tobias. Ne reminiſcaris domine de licta mea. Tob. 3. Si aūt aliquis confitetur mala ſua: & non allegat propria bona ſua: ſed bona ſanctorū, tūc eſt oratio melior: quia talis ponit inter ſe & Deū talia merita, quæ ſuut exauditione digna. Talis fuit oratio triū puerorum. Dan. 3. qui dixerunt: Peccauimus, & iniquè egimus. & poſtea dicebant: Ne auferas miſericordiā tuā à nobis. Spiritualiter aūt ad pœnitentem requiruntur tria. Primò, ꝙ debet ſe conuertere ad parietem, ſecundò orare, tertiò flere. Primò penitens debet conuertere faciem ſuam ad parietem, ideſt ſuperiorem partē rationis cōuertere ad diuina beneficia: inter quæ principalis fuit incarnatio dominica, per quam fuit ædificatus paries ueræ humanitatis: poſt quem abſcondit & poſuit ſe dilectus Dei filius. Can. 2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrū reſpiciens per feneſtras: proſpiciens per cancellos. Tūc uerè Deus fuit abſconditus. Eſa. 45. In quē irruerāt Iudæi faciētes in eo multa uulnerū foramina, & cauernā, ideſt plagā, in qua poſſunt ſe animę fideles conſeruare. Vnde dictū eſt Iudæis. Pſal. 61. Quouſque irruitis in hominē, interficitis uniuerſi uos. Irruitis dico, tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ: tantum enim & tandiu irruerunt in hunc parietem, ꝙ fuit inclinatus, Ioā. 19. Inclinato capite emiſit ſpiritū. Sic primo orans dignè debet mentē ſuā cōuertere ad Dei filiū incarnatū & crucifixum: ad illū parietem perforatū & cauernatū. Secūdò pœnitēs debet orare. Vnde Ioan. Damaſ. Oratio eſt eleuatio mētis ad Deum. Nota ꝙ dicit beatus Greg. lib. 1. Dialog. Nō igitur preces noſtras Deo porrigimus, ut & ei noſtras indigētias manifeſtemus: ſed noſipſi cōſideremus in his ad diuinū auxiliū eſſe recurrendum.

Quæritur utrū aliqua oratio ſit dirigenda ad ſanctos.

Reſpon-

Reſpondetur ſecundum Tho.2.2.q.83. Sanctis porrigitur oratio non tanquam per ſeipſos implēda: ſed ut eorum meritis & precibus orationes ſortiantur, ideſt, poſſideant effectum. Nota ꝙ plures conditiones debet habere oratio ſecundū Raymundū & Hoſtien. Prima ꝙ ſit fidelis. Hebr.11. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Secundò debet eſſe humilis. Eccl.35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. Tertiò ꝙ ſit diſcreta. Iaco.4. Petitis & non accipietis, eo ꝙ male petiſtis. Quartò quòd ſit deuota. Auguſt. Quid prodeſt ſtrepitus labiorum ubi mutum eſt cor? Quintò, ut ſit uerecunda: ſicut in publicano, qui noluit in cœlum oculos leuare. Luc.18. Sextò, ut ſit ſecreta Matth.6. Intra in cubiculum, &c. Septimò, & octauò, ut fiat recta intentione, & ut ſit lachrymoſa ſicut patet in epiſtola.

Sequitur tertiū, quod pertinet ad pœnitentē, & eſt fletus, ſiue lachrymæ. Dicit Petrus Damianus, Lachrymæ quippe animā ab omni labe purificant: ſicut accidit Dauid, qui adulterium cōmiſit & homicidium. Lachrymæ enim profuerunt hic in epiſtola regi Ezechiæ. Item Moyſes impetrauit ſalutem populo Iſraeli per fletum. Item Iudith amputauit caput Holoferni per lachrymas. Item Suſanna ſuperauit ſenes per fletū. Ergo dicit Bernardi. Lachrymæ contritionis & pudor confeſsionis animam lauant, lauatam ſanctificant.

Dixi ſecundò, ſequitur ſanitatis reſtitutio, cùm dicitur: *Et factum eſt uerbum domini ad Iſaiam*. Iſtud uerbū fuit à ſpiritu ſancto inſpirante, Vade & dic Ezechieli, *Conuerte, hæc dicit dominus deus*: addidit *Dauid patris tui*: cuius, ſcilicet, promiſsionem tu times eſſe fruſtratā: *audiui orationem tuam*, ideſt, *audiui & uidi*, ideſt, *approbaui lachrymam tuam*, ideſt, *lachrymas tuas*, ſicut habet litera 4. Reg.20. *Ecce ego*, ſ. Deus, *adiiciā ſuper dies tuos*, in quibus. ſ. debebas mori ſecundū cauſas inferiores: *annos quindecim*, ſubintellige illud, quod dicitur 4. Reg.20. cap. Ecce ſanaui te die tertio aſcendens templum domini; & addā diebus tuis quindecim annos. Sequitur: De manu regis Aſſyriorum, cuius tu reditum times, eruam te. Nunquā

enim

enim aliquis reuertetur ad ciuitatem iſtam, ſcilicet Hieruſalem & protegam eam.

Nota hic quæſtiones diuerſas. Primò utrum Eſaias quando dixit, Morte morieris: fuit propheticè locutus: uidetur quòd nõ, quia hoc quod dicit non euenit. Quicquid autem prædicitur propheticè immutabiliter euenit, ſecundum Caſsiodorum ſuper Pſal. Prophetia eſt diuina reuelatio rerum, euentus immobili ueritate enuntians. Hæc autem non fuit prophetia: quia uel fuit deceptus uel mentitus: quod eſt contra prædictam diffinitionem. In contrariũ eſt, quòd fuit locutus in perſona Dei dicens, Hæc dicit dominus. Tunc autem prophetę nõ cõſueuerunt ſic loqui: niſi propheticè loquebantur. Secundò quæritur utrũ omnis prophetia ſit immutabilis ſimpliciter. Videtur quòd non, quia prophetia fuit, quando dixit Ionas: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur. Ionæ 3. Illud autem non euenit: ergo ſua prophetia mutabilis fuit. In contrarium eſt: quia a ſpiritu ſancto. 2. Petr. 1. Spiritus ſanctus cum ſit prima ueritas non põt prædicere, niſi quod eſt euenturũ. Tertiò quæritur utrum ſententia Dei ſit reuocabilis. Videtur quòd nõ, Eſa. 14. Dominus exercituũ decreuit: quis poterit immutare? quaſi diceret nullus. In contrarium eſt uerbũ Ambroſij, Nouit Deus mutare ſententiam, ſi noueris mutare delictum. Quartò, utrũ uita hominis poteſt augmentari ultra terminum: uidetur quòd ſic, ſicut dictũ eſt regi Ezechiæ: *Ecce adijciã ſuper dies tuos annos quindecim &c.* Ergo poſſunt augmentari dies hominis ultra terminũ. Pſal. 54. Viri ſanguinũ doloſi non dimidiabũt dies ſuos. Sapi. 4. dicitur de uiro iuſto, quòd raptus eſt: ne malitia mutaret intellectum eius. In cõtrarium dicitur Iob. 14. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Nunc reſtãt ſolutiones quæſtionum. Ad primam dico, quòd fuit locutus propheticè, ſicut patet ex gloſa Gregorii hic. Et cum dicitur quòd nõ euenit quod prædixerat: reſpondetur quòd illud, quod fuerat ſibi reuelatum dixit, & ſecundum quòd ei reuelatũ fuerat factum fuit. Reuelatum autem Eſaiæ fuerat Ezechiam tunc debere

mori

mori ſecundum cauſas inferiores, ſcilicet ſecũdum eius merita, & phyſicam, ideſt ſecundum naturam, dicit glo. Elatio enim ſua & ingratitudo merebantur ipſum debere mori ſecundum cauſas inferiores: & amplius uiuere non poterat ſecundum cauſas naturales: & ſic prædixit, quando dixit: Morte morieris, non autem fuit ſibi reuelatum, quòd deberet amplius uiuere ſecundũ cãm ſuperiorem. Nota quòd effectus qui contiugit in hoc mũdo, dependet ex duplici cauſa, ſ. ex cauſis inferioribus, & ex cauſa ſuperiori. Voco cauſas inferiores naturales & merita, quæ proueniunt ex libertate arbitrii, & cauſis agentibus à propoſito, Voco aũt cauſam ſuperiorem diuiuã præſcientiam, & præordinationem. Et habent ſe ſic iſtæ cauſæ, quòd inferiores non impediunt ſuperiorem, ſed magis econuerſo. Vnde ſi aliquid debet eſſe ſecundũ cauſas inferiores: non erit ſecundũ cauſam ſuperiorẽ. Si aũt debet eſſe ſecundũ cãm ſuperiorem erit neceſſariò: quãuis non debeat ſecundum cauſam iuferiorẽ. Aliquando aũt currunt ad eũdem effectum, tam ſuperior, quàm inferior. Et ſic propheta non fuit deceptus nec mentitus, quamuis nõ euenit quod prædixerat: quia utique euẽturũ erat ſecundum quod ipſe prædixit. Simile eſt de medicis, qui frequenter dicunt hominem mori, & non poſſe curari de infirmitate. Vel quod debet eſſe magnũ frigus, uel magnus calor, & huiuſmodi: quæ tamẽ aliquãdo nõ eueniunt: quia non erãt euentura ſecundum cauſam ſuperiorem, propter quod nõ mentiuntur, nec decipiũtur: loquuntur enim ſecundum cauſas naturales. Sic patet quòd in nullo eſt cõtra diffinitionẽ prophetiæ: quia quę eodem modo prophetizantur; immobiliter eueniunt. Ad ſecundam dicendum quòd prophetia, quę eſt de prędeſtinatione dei, eſt omnino immutabilis. Sed illa quæ eſt comminationis, cui admiſcetur liberum arbitrium eſt, mutabilis ſecundum quod hominis merita bona, uel mala mutantur. Vnde dicunt aliqui illud, quod dictum eſt Ezechiæ, uel Ionæ non fuit propheticæ prædeſtinationis: ſed ſolum comminationis, ut ſit ſenſus: Morte morieris, niſi ores & fleueris: & Niniue ſubuertetur, niſi

Nini-

Niniuitæ pœniteāt & cōuertantur. Ad tertiā dicendū licet diuinum conſilium ſit omnino immutabile iuxta illud Eſa.46. Conſilium meū ſtabit, & omnis uoluntas mea fiet: Tamen ſententia Dei eſt immutabilis: quia, ſecundum ꝙ merita hominis ſunt bona uel mala, mutatur. Qui enim ſaluari debet ſecundum præſentē iuſtitiā, damnabitur propter finalē iniuſtitiam. Et ecōuerſo qui debebat mori ſecundum demerita ſua, uixit amplius ꝑꝑ merita ſua bona, quod ſic æternaliter ordinatum eſt. Quamuis enim oratio ſua debilis non fuit cauſa diuinę ordinationis: fuit tamen cauſa meritoria uitæ lōgioris. Ad quartā dicendū ꝙ terminus uitę humanę à Deo cōſtitutus, nec pōt pertranſiri, nec ante illū terminum pōt homo mori. Secus aūt eſt de termino conſtituto ſecundum cauſas inferiores. Vnde qui debet mori in dimidio uitæ ſecundum inferiores cauſas: utpotè ſecundū merita & ſecundū phyſicam, ideſt, ſecundum naturalem modum: ſæpe amplius uiuit ſecundū ſuperiorem cauſam: ſicut fuit de iſto Rege Ezechia, qui debebat mori in dimidio dierū ſuorū: qui tamen amplius uixit quindecim annis. Sæpe tamē concurrit cauſa inferior cum cauſa ſuperiori in eodē termino uitæ: quia malus eſt, & ne aliis amplius noceat aufertur uita eius: iuxta illud Pſ.54. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Vel quia bonus eſt, ne fiat malus aufertur uita eius: iuxta illud Sapien.4. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ipſius. Patet cōcordia inter epiſtolā & euangeliū. In epiſtola agitur de curatione regis merito orationis: idem enim Deus eſt utriuſque teſtamēti. Idem in Euāgelio de curatione ſerui Centurionis ex merito orationis. Et nō ſolum reges & liberos curat: ſed & pauperes & ſeruos. Rogemus ergo dominum, ut nos in præſenti ſanet per gratiam, ut peruenire valeamus ad eius gloriam, &c.

De Euangelio. *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, &c.* *Matth.* 8. Enarratio. II.

VIdemus ꝙ in oriente exiſtens & in occidente, apertius uidetur & cernitur quàm in meridie: quia nūc

per

per radios ſolares obtenebratur uiſus hominis. Spiritua liter per ſolem intelligitur uita hominis. Nam ſicut ſol oritur & occidit,& eſt in continua mutatione & motu, ſic & uita hominis. Iob 13. Nunquam in eodem ſtatu permanet.Et iſte ſol,ideſt,uita hominis certiuscernitur, & conſideratur in oriente,i.in natiuitate & principio generationis,quia de uili materia.S militer & in fine.i. in morte quæ habet ſe ſicut occidens: quia tunc in priſtinã redibit materiam,ut dicit Chriſoſt.Omnis res per quaſcũque cãs naſcitur,ꝑ eaſdẽ diſſoluitur. Et hęc omnia.ſ. oriẽs & occidẽs,& mors & uita miſerabilis dãt nobis occaſionẽ humilitatis,ꝙ in huius ualle miſerię exorare debemus Deũ cum mentis humilitate. De quo Ambroſius in *libro* pręfationũ:Illam orationẽ Deus ſitit & appetit, quæ ex mente humili puraque procedit. Figuratur Gen.18.Abraham humiliauit ſe erga Deum dicẽs:Quid loquar ad dominum cùm ſim puluis & cinis? ideo meruit benedictionẽ à Deo.Spiritualiter Abrahã interpretatur pater multarũ gentiũ,& ſignificat quẽlibet fidelẽ; qui debet eſſe pater multarum uirtutum. Hic debet ſe humiliare in Dei conſpectu: tunc meretur eius benedictionẽ.Hoc fecit Centurio ſe humiliando orans pro ſanitate ſerui, diceñs: *Domine,non ſum dignus, ut intres,&c,* In ſumma Euangelij tria innuuntur. Primò ſerui Centurionis miſera conditio,ibi,Iacet paralyticus,&c.Secũdò Centurionis commendatio,ibi, Et ſequentibus ſe dixit: Amen dico uobis,&c. Tertiò Iudæorum digna reprobatio,ibi,Filii regni,&c.De primo dicitur: In illo tempore.ſ.poſtquam Chriſtus pędicauit in monte,& cum deſcendiſſet & leproſum ſanaſſet, tũc uenit in Capharnaũ, quæ eſt capitalis ciuitas in Galilæa,& acceſsit ad eũ Cẽturio.Et fuit talis,qui præfuit centum militibus poſitus à Romanis ad cuſtodiam prouincię,quia Iudæa tunc tẽporis tributaria erat Romanis. Hic habuit quendam ſeruũ ſibi pretioſum,q̃ erat paralyticus: ideo acceſsit. Sed diceres,tamen dicitur Luc.7. Miſit ad eũ ſeniores rogãs eum.Reſpondetur quod perſonaliter uenit,ſed Iudęis tã quã familiaribus Chriſti ſuũ uerbũ cõmiſit. Vnde Aug.

Re

Re uera magis acceſsit ad Chriſtū quàm Iudæi, q̃a plus credidit, quàm ſeniores miſsi: licet alienigena generatione, tamē domeſticus corde: licet militum princeps, tamen apoſtolorum in fide conſors, dicens. *Domine puer meus* id eſt ſeruus *iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Origen. Attende charitatem & bonitatem Cēturionis, qui tam inſtanter rogat pro ſeruo, ac ſi eſſet filius eius. q. d. Iſte eſt mihi ſeruus, & ego creatoris ſeruus. Iſte me habet dominum ſuper terram, & ego in cœlis habeo dominum. Si ei non miſercor, quomodo mei dominus miſerebitur? Si ei nō ſubuenio qūo mihi dominus ſubueniet? Rabanus, Omnia iſta cum dolore cōnumerauit: iacentem paralyticum & morbum malè torquentē: ut anguſtias demonſtraret, & dominum commoueret. Sic hodie domini, & dominæ debent ſeruis condolere, ut Cēturio qui dixit: Puer meus in domo iacet: non in hoſpitali ſeu ante porticum eccleſiæ proiectus, ut quidam ſer uilem conditionem ſpernentes: quod non eſt faciendū: quia recordari debemus, quod unum communem domi num habemus cum ſanctis. Nam domini cū ſeruis ſuis (uelint, nolint) quatuor habent communia. Primum eſt ex parte principii. quia omnes ab uno domino, & de eodem luto formati ſumus, & omnes nudi & pauperes nati. Iob 33. Ecce me ſicut & te fecit Deus. Et de eodem lu to, ego quoque formatus ſum. Sap. 7. Nemo ex regibus habet aliud natiuitatis initium. Secundum ex parte me dii: quia omnes mortales ſumus & breuis uitæ. Eccl. 10. Omnis potentatus breuis uita. Iob 14. Breues dies homi nis ſunt. Tertium eſt ex parte finis: quia omnes in terrā redibimus. Iob 17. Putredini dixi: pater meus & mater mea, & ſoror mea uermibus. Quartum eſt ex parte fori, quia omnes poſſumus emere uitam æternam: ſeruus ſicut eſt dominus. Er ſub eodem iudice omnes rationem reddere compellimur. 2. Cor. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Actu. 10. Nō eſt acceptor perſonarum Deus: ſed in omni gente qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Eph. 6. Vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à domino

ſiue ſeruus, ſiue liber. Et uos domini eadẽ facite illis: remittentes minas: ſcientes quia illorũ & ueſter dominus eſt in cęlis: Et ꝑſonarum acceptio apud Deum non eſt. Ideo remittetis iniurias. Eccl. 33. Si eſt tibi ſeruus fidelis ſit tibi, quaſi anima tua, & quaſi fratrem tuum tracta eũ. Ergo fac ut Centurio qui non ſpreuit ſeruum, ſed humiliter ꝓ eo rogauit, dicens, Malè torquetur, Attende, ipſe ſolã infirmitatem ꝓpoſuit. Sciebat.n. ut dicit Chriſo. quia Chriſtus potens eſt ad faciendũ; ſapiens ad intelligendum, & miſericors ad exaudiendum: ideo infirmitatẽ tãtùm propoſuit, & remedium ſanitatis in poteſtate miſericordię ſuæ dimiſit. Tunc ſubditur gratioſa Dei reſpõſio cum dicit: *Ait illi Ieſus*. ſ. Centurioni: ueniam. ſ. perſonaliter, nõ mittendo Petrum uel Andreã, & curabo eũ. ſ. miſericorditer. Ecce dominus fecit ultra affectum poſtulantis. Primò propter hoc ne deſpectui uideretur habere ſeruilem conditionem: ideo uoluit ire ad ſeruum Centurionis, & non ad filium Reguli: ut habetur Ioan. 4. Secundò ideo propter quatuor comites ſecum euntes. ſ. humilitatem, charitatem, fidem & prudentiam Centurionis. Et primò tangit humilitatem cùm ſubdit. *Reſpondens Centurio, ait: Domine nõ ſum dignus ut intres ſub tectum meũ: ſed tantum dic uerbo, &c.* Ecce humilitas. Gregorius, Non ſum dignus aſpectu, nec acceſſu, nec introitu. q. d. Moyſes reputauit ſe indignum in eloquentia uerborum tuorum: quomodo nunc ego ſum dignus tua præſentia? q. d. Hieremias in utero matris ſanctificatus dixit, A a a domine neſcio loqui: & qũo ego in peccatis induratus te ſuſcipiam? *Ego non ſum dignus ut intres ſub tectum meum*: quia alienigena ſum & gentilis: idolatra effuſor ſanguinis, & accinctus gladio: ſed tantum dic uerbo, quaſi dicat: Verbo domini cœli firmati ſunt. O beate miles ubi legiſti: Ipſe dixit & facta ſunt. Re uera ipſe habuit ex illuminatione ſpiritus ſancti. Io. 3. Spiritus ubi uult ſpirat. Ipſe nanq; habuit fidem: quia credidit eius potentiam ubiq; fore præſentem. Ideo ſubdit. *Et ſanabitur puer meus*. Ecce quanta fides. Sciebat enim Centurio ſecundum Chryſoſtomum, quòd angeli inuiſibiliter Chriſto aſſiſtunt:

& ad imperium eius uerbi uirtutes, & mirabilia operan tur. Et credidit illud Pſ.106.Miſit uerbum ſuum & ſana uit eos. Tanta fides non fuit in Regulo,qui ait: Domine deſcende priuſquam moriatur filius meus.Ioā.4. Nō in Nicodemo qui dixit: Quomodo poſſunt hæc fieri? Ioan.3. Non in Maria Magdalena, nec in Martha, quæ dixerunt,Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus.Ioan.11.Sic tu quando ſumis cibum & panem uitæ,in uera humilitate dicere debes: *Domine non ſum dignus,ut intres ſub tectum meum.* Nota in multiplicem domum non ſolent intrare magni domini. Primò in domum quæ minatur ruinam,& eſt propinqua caſui, ſcilicet per debilitatem ſpiritus, & uoluntatem pronam ad malum,ſcilicet in concupiſcentia praua.Iaco.1.Concupiſcentia parit peccatum.Secundò,quæ eſt immunda,& ſordibus plena.ſcilicet in mentem luxurioſam. Oſeæ.6. cap.In domo Iſrael uidi horrendum, ibi: Fornicationes Ephraim contaminatus eſt Iſrael. In tali domo non habitat rex Iſrael.Sapien,1.Non habitat in corpore ſubdito peccatis.quaſi dicat,ſed in domo munda.Pſal.21.Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael.Tertiò domini magni non habitant in domo quæ caret igne, ſcilicet charitatis.Lucæ 12.Ignē ueni mittere in terram. Et 1. Ioā.4. Qui in charitate manet in Deo manet, & Deus in eo. Qui aūt ignem charitatis non habuerit,Deū non habet, quia Deus charitas eſt. Quarto quæ non habet panē & aquam,panem ſcilicet eleemoſinæ,& aquam contritionis.Et ſic Luc.7.ait Ieſus Simoni Leproſo: Aquam pedibus meis non dediſti,& intraui domum tuam.Et de pane,Eſaiæ 58.Frange eſurienti panē tuū, egenos uagosq; induc in domū tuā, & orietur in tenebris lux tua, ideſt, Chriſtus. Quintò ubi latrones & homicidæ, ideſt, inuidia in corde inhabitat.1.Ioan.3.Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.Et 1.Cor.6. Homicida non habet partē in regno Dei,Ergo dicit: *Domine nō ſum dignus ut intres &c.* quaſi diceret: Tu humilis,ego ſuperbus, tu filius caſtæ uirginis,ego luxurioſus,tu pius & mitis, ego rācoroſus, tu liberalis,ego auarus,ideo non ſum dignus. 2.Cor.6.

Quæ

Quę participatio iuſtitiæ cũ iniquitate, quæ ſocietas lu cis ad tenebras, quæ aũt conuentio Chriſti ad Belial, ſic peccatoris ad Chriſtũ. Ideo peccator debet ſe dicere indignum, ut faciat ſe dignum. Chryſo. ſimiliter & Aug. In eo quod Centurio ſe indignum dixit ſuſcipiẽdo Chriſtum in domum ſuam, dignus factus eſt regno cœlorũ. Item reſpondit prudenter, dicens: *Nam ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites, & ego dico huic, uade & uadit, &c.* quaſi diceret ſecundum Aug. Si ego homo ſum & præcipere habeo, quantò magis tu qui Deus es? Et ſicut ego ſub poteſtate alterius ſum, tamen aliis mandare habeo, quanto magis tu qui ſub nullius poteſtate es, ſed omnes poteſtates tibi ſeruiunt ſecundum diuinitatem, & omnis poteſtas à te eſt, potes dicere huic infirmitati, recede & recedet, et ſanitati ut ueniat, & ſtatim ueniet. *Audiens hoc Ieſus miratus eſt.* i. ad modum mirantis ſe habuit.

Dixi ſecundò tangitur Centurionis commendatio ibi, Et ſequentibus ſe dixit: *Amen dico uobis: non inueni tantam fidem in Iſrael.* Sed diceres an fides iſtius maior fuit fide patriarcharum prophetarum, aut fide apoſtolorum? Reſpondetur ꝙ non, quia illi fuerunt noſtræ fidei principium? Sed debet intelligi ſecundum Chryſ. quantum ad originem credendi, quia alii pluribus ſignis & miraculis uiſis crediderunt, iſte uerò nullo ſigno uiſo, ſed ex auditu tantùm. Vel aliter ſecundum Chryſoſto. intelligitur in ſuo genere. ſ. gentili. Nam cùm aliquem ruſticum audimus aliquid ſapienter loquentem uel puerum, magis admiramur et laudamus, quàm ſi philoſophus aliquis illud diceret. Et ſic non erat æquale Iudęũ credere in Deum et gentilem Et ſic modica fides gentilis magis laudatur, quàm fides Iudæorum. Et ex quo tanta fides erat in Centurione gentili, ideo ex hoc prædicit futuram fidem gentilium, dicens; *Dico autem uobis, quòd multi* nõ omnes credent euãgelio *uenient ab oriente & occidente,* ideſt, ex omni parte mundi uenient ad unitatem eccleſiæ, *et recumbent,* ideſt, requieſcent *cum Abrahã, Iſaac & Iacob in regno cœlorum.* Vnde Origen. Tunc impletur

 illud

llud Matt.20.Multi ſunt uocati,pauci uerò electi. Dixi tertiò tangitur Iudæorum digna reprobatio. Ideo ſubdit: *Filij regni*, idęſt Iudæi,ſecundum Hieron.in quibus deus ante regnabat: *eijcientur in tenebras exteriores*, quia hic habuerunt tenebras interiores.ſ.cęcitatem fidei: igitur ibi habebunt tenebras infernales,quæ eſt terra tenebrarum,& umbra mortis: ubi nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat.Et hæc erit pœna dãni. Tunc ſubdit pœnam ſenſus: *Et ibi erit fletus.* Haymo: Lachrymabunt enim oculi,ex uehementi dolore ardoris: & fumo ignis inferni.Et ſubdit tertiam pœnam, quæ eſt remorſus conſcientiæ,dicens: *Et ſtridor dentium*.ſ.præ indignatione & ſtimulo conſcientiæ, uel præ frigore inferni. Tunc ponitur petitionis exauditio.Ait Ieſus Centurioni: *Vade fiat tibi ut credidiſti*, ſcilicet quòd abſque corporali preſentia poſſem ſanare filium tuum: quaſi diceret: Credidiſti, quia poſſum omnia: credidiſti, quia ſum dominus omnium: ideo fiat & metietur tibi ſecundum mẽſuram fidei. *Et ſanatus eſt puer ex illa hora*.ſ. qua Chriſtus ait: *Fiat tibi ſicut credidiſti.*

Myſticè per hũc paralyticum intelligitur peccator cõſtitutus in peccato mortali, qui habet huius paralytici conditiones. Primò, quia ille paralyticus ſeruus erat,& ſic peccator mortalis eſt ſeruus peccati diaboli, & omnium uitiorum. Ioan. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.Sicut ait Aug.Peccator eſt ſeruus tot dęmoniorũ quot uitiorũ. Non ſolùm peccati: imò ẽt diaboli.2.Pet. 2.A quo quis ſuꝑatus eſt,huius & ſeruus eſt.De quo Hiere.5.Seruietis dijs alienis.i.diabolis in terra non ueſtra. Et dicit dijs in plurali.quia peccator ſuperbus eſt ſeruus Luciferi; auarus eſt ſeruus Mammonæ; luxurioſus eſt ſeruus Aſmodei.Secundò iſte fuit paralyticus,& ſic peccator.Nam paralyſis eſt morbus qui reddit membra mollia & impotentia ad laborandum Ad hoc innuitur cum dicitur, Iacuit. Iacentes enim nihil laborant: & ſic iacentes in lecto auaritiæ, luxuriæ uel iracũdiæ in nullo poſſunt proficere ſaltem meritoriè. Ioan. 9. Scimus quia deus peccatores non exaudiuit.Et ſunt molles quia nul-

li tentationi reſiſtunt. Matth. 13. Facta autem tribulatio ne continuò propter uerbum ſcandalizantur. Tertiò paralyſis cauſat tremorem membrorū. Et ſic peccator mortalis tremet cum debet agere opera pœnitentiæ, ſcilicet aliena reſtituere, orare, uel ieiunare. Pſal. 23. Trepidauerunt timore, ubi nō erat timor. Et Iob. 6. Qui timet pruinam, cadet ſuper eum nix. Quartò malè torquetur, & ſic peccator. Torquetur enim inter proſpera per curam ſuperbam, uel ſuperfluam. Boethius. Humanæ fœlicitatis dulcedo multis amaritudinibus reſperſa eſt. Vnde refert Tullius: Cum quidam gloriam Dyoniſij tyranni laudaret & benediceret eum: iuſsit illum in throno aureo collocari, & menſam omnibus delitijs plenam ante ipſum collocari: gladium uerò acutiſsimum filo alligatum fecit ſuper caput eius appendi. Cumq; ille præ timore non comederet, dixit ei Dionyſius: Talis eſt uita mea, quam tu beatam putabas. Malè autem peccator torquetur inter aduerſa, propter impatientiā. Iſta. n. duo proſperitas, & aduerſitas omnes probant, ut dicit Boethius de Conſolatione, ꝙ philoſophi poſuerunt duo dolia in limine domus Iouis: unum uino plenum: aliud aceto: de quibus ingredientes bibere oportebat. Domus Iouis eſt iſte mūdus: dolium plenum uino eſt proſperitas, & dolium plenum aceto eſt aduerſitas: de quibus oportet guſtare omnes mundnm ingredientes. Peſsimè autem peccator torquetur inter peccata. Ambroſius: Quæ pœna grauior quàm interius uulnus conſcientiæ? Et hæc magis fugienda eſt, quàm mors. Et Auguſt. dicit de morſu conſcietię. Omnis inordinatus animus, eſt ſibijpſi pœna. Idcirco ſi uis ſanari oportet, ut Centurio roget dominum humiliter, ideſt ſpiritus, dicens: *Domine non ſum dignus*, nihil tibi attribuendo. Eccleſ. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat dantes pluuiam gratiæ. Iacob. 4. Humilibus dat gratiam. Et in tali oratione humili debet eſſe fides. Marc. 11. Quicquid orantes petitis credite, quia accipietis. Et Iac. 1. Si quis indiget poſtulet à deo in fide nihil hæſitans. Sed per quid ſanantur? Reſpondetur per uerbum doc. Sap. 16. Neque herba, neque malagma:

ſed ſermo tuus ſanat omnia.

Nota de pœna peccatoris. Primò peccatum fecit de libero ſerum. quod innuitur in ſeruili conditione. Pro quo ſciendum, quòd tres ſunt ſerui, nati, ſcilicet qui in ſeruitute ſunt nati. Et tales quaſi uiles multis ſubiacent legalibus pœnis, & à pluribus actibus excluduntur, ubi alii admittuntur, quia non poſſunt contrahere, nec teſtimonium ferre, etc. Et ſic nos omnes naſcimur ſerui peccati. Ex qua ſeruitute multa damna et pœnæ nobis eueniunt, ſecuudum iuſtitiam legis diuinæ, niſi per baptiſmum inde liberemur. Quarum pœnarũ maxima eſt diuinæ uiſionis carentia, quam omnes non baptizati ſuſtinent, etiam ſi puer moreretur in uia, quando ad baptiſmum baiulatur. Secundi ſunt ſerui emptitii, ut qui ab hoſtibus ſuut capti in bello, uel empti, iugo ſeruitutis ſunt aſtricti, et ſic homo efficitur ſeruus diaboli, quãdo capitur peccato actuali mortali. Eccleſiaſtes 9. Sicut aues capiuntur laqueo, piſces hamo, et ſic homines in tempore malo. Nam ſicut auceps ponit grana, etc. ſic diabolus transfigurat ſe in angelum lucis. 2. ad Corinth. 11. Et ſic capiuntur à diabolo, et uendimus noſipſos ſibi. Bernar. Noſtra uoluntas nos mancipat diabolo non eius poteſtas. Ideo 15. q. 1. cap. Non eſt, et eſt. Ambr. de uita beata: Neminem iugo ſeruitutis diabolus poſsidet, niſi ei ſe prius peccatorum ære uendiderit. De quo Iſaiæ. 50. Iniquitatibus ueſtris uenditi eſtis. Tertii conductitii ſunt, qui non ex neceſsitate, ſed ex uoluntate ſeruiunt ſpe lucri. Sic auaritia, et alia peccata maximè uſitata ſeruos faciunt. Epheſ. 5. Auaritia eſt idolorum ſeruitus. Et ſic patet quod omne peccatum mortale ex libero facit ſeruum. Secundò, peccatum facit hominem impotentem, et innuitur ibi: quia iacet in domo, quia opera peccatoris quãtuncunque magna non proſunt directè ad meritum uitæ. Prouerb. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, et funibus peccatorum coſtringitur. Vel ſecundum Hugonẽ de Sancto Victore, Peccator dicitur iacere, quia terrenis incumbit. Pſalm. Adhæſit in terra uenter noſter. etc.

FERIA VI. De Epiſtola.

Hoc eſt ieiunium, quod elegi: diſſolue colligationes impietatis. *Iſaia.* 58. Enarratio. I.

MEdicus ſolet uaria medicamēta adhibere uulnerato; nūc emplaſtrū, nūc ſyropū, nūc laxatiuū, nunc purgatiuū. Spiritualiter, Et ſicut uaria ſunt uulnera animę, ſic & uaria eorundē uulnerū ſunt medicamenta. Nā aliqui uulnerati ſunt ſpina auaritię, aliqui telo iracundię. Vnde ſicut dicit beatus Auguſt. Omne peccatū in ſeipſum eſt fornicatio. 1. Chor. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuū peccat. Et hoc uulnus animæ ſanatur per ieiuniū. De quo fecit eccleſia mentionē in capite ieiunij Sed peccatum in Deū eſt blaſphemia & inobediētia. Et hoc uulnus animę ſanatur per orationē. De hoc lectū eſt heri in epiſtola, Iſa. 38. de rege Ezechia: qui orauit cum lachrymis, & ſa natus eſt. Peccatū in proximum eſt rerū ablatio. Et hoc uulnus animę ſanatur per eleemoſynā. Thobię 12 Eleemoſyna à morte liberat. Et hanc uirtutē ſanandi per eleemoſynarum largitionem docet Iſaias propheta in perſona Dei, dicens. *Hoc eſt ieiunium, quod ego elegi, &c.*

In ſumma epiſtolę tria innuuntur. Primo ſalutaris ieiunij principium, ibi, Clama ne ceſſes. Secundò ſubditur ieiunii laudabilis finale ſtipendium, ibi, Tunc erumpet. Tertiò finalis ſtipendii fontale initium, ibi, Quia miſericos. De primo dicit: Hęc dicit dominus Deus, ſcilicet ipſis prædicatoribus. Clama ne ceſſes (ſcilicet) horis, & tēporibus opportunis. Nota ꝙ prędicator debet clamare hoc tempore propter quatuor. Primò ut peccator de uilitate peccatorum ſurgat, quia peccata faciunt hominem indignum prę̨mio uitę ęternę: ut dicit ſanctus Tho. Et ſic clamabat Apoſtolus Rom. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Secundò, ut uanitatē huius mundi nuntiet. Eccl. 12. Vanitas uanitatum, dixit Eccleſiaſtes, & omnia uanitas. Et ibidem primo capite: Vidi cuncta quę fiunt ſub Sole, & ecce uniuerſa uanitas &

afflictio ſpiritus. Tertiò iudicium ut timeant. Ioelis.1. Clamate ad dominum, A a a. prope eſt dies domini. Et meritò ter debet clamare,a: quia à tribus accuſabuntur peccatores in die iudicij.ſ.à peccatis propriis: ab infernalibus aduerſarijs:& ab oĩbus creaturis. Ergo clamare debet prædicator,& non debet eſſe canis mutus, qui neſcit latrare.Ideo ſubdit: *Et quaſi tuba exalta uocem tuã*.Nã ſicut tuba primò facit paruũ ſonũ: deinde procedit per augmentum.Sic prædicator primò debet dulciter prædicare,obſecrando ueniam, & gloriam promittendo: deinde ſi nõ aduertunt,eos arguendo, & poſt hoc ſi indurantur,fortiſsimè extremam ſententiam comminando. 2.Tim.4.Argue,obſecra,increpa. Ideò ſubdit: *Annuntia populo meo ſcelera eorum*, ideſt Chriſtianis, qui ſecundum Petrum Apoſtolum,ſunt populus acquiſitionis.

Nota ꝙ prædicator debet quatuor annũtiare. Primò peccantibus pœnitentiã, ut hic: Annuntia populo meo ſcelera eorum.i.peccata grauia,ut peccata mortalia. Secundò penitentibus indulgentiã:Eſa.61.Spiritus domini ſuper me,eo ꝙ unxerit me ad annuntiandũ mãſuetis miſit me,ut mederet cõtritis corde: & prædicarem captiuis indulgentiam.Tertiò malignãtibus uindictã. Pſ.49. Et annũtiabunt cœli,ideſt prædicatores iuſtitiam eius: quoniã Deus iudex eſt.Quartò,debet annuntiare prædicator triumphantibus coronã.1. Ioan.1. Annuntiamus uobis uitam æternam quæ erat apud patrẽ, & apparuit nobis.Ergo annũtient pręedicatores iſta quatuor. Sequitur: *Et domui Iacob peccata eorũ*.Glo.Per populum intelligũtur laici:per domũ Iacob uiri eccleſiaſtici.Ideo Greg. in Paſtorali: Aliter admonendi ſunt laici, aliter clerici: ſecundum exigentiã enim auditorũ moderandus eſt ſermo doctorũ.Annuntiet ergo prædicaror populo ſuo peccata eorũ,dicendo ei illud, Deut.32. Hęccine reddis domino popule ſtulte,& inſipiẽs,& ſi incipias eius legẽ,& cõtemnas eius crucẽ:nõ audis uocẽ,nec exhibes ei honorẽ,qui te peccatorũ populũ uocat, & inter multos hypocritas inuenit.Vnde ſubdit: *Me enim de die in diem quærunt*,ſ.fictè,corpore,& non corde: greſsibus corporis, &

non

nō paſsibus dilectionis, ſ. cōueniendo ad ſynagogā & eccleſiā omni die. *Et ſcire uias meas uolunt*, ſ. audiendo uerba ſcripturarum. ſcire, ſ. uolunt ſolum ſpeculatiuè, & nō practicè, uel ſcire non modo quo oportet. De quo Bern. in lib. meditationum: Sunt qui ſcire uolunt eo fine tantùm ut ſciāt, & turpis curioſitas eſt. Et ſunt qui ſcire uolunt ut ipſi ſciantur: & turpis uanitas eſt. Et ſunt qui ſcire uolunt ut ſuam ſcientiā aliis uendant: & turpis quęſtus eſt. Et ſunt qui ſcire uolunt ut ędificentur: & prudentia eſt. Et ſunt, qui ſcire uolūt ut alios ædificent: & charitas eſt. Et dicit, quaſi gens quæ iuſtitiā fecerit ſecundū Tullium. Iuſtitia eſt ius reddēs unicuiq; quod ſuum eſt. Et iudiciū Dei non derelinquerit, & tamē derelinquunt. De quorū numero ille Phariſæus fuit, Lucæ 18. ſeipſum laudans, & alios uituperans. Rogant me ore & nō corde iudicia iuſtitiæ, ut ſcilicet aliis pœnā infligam ſecundū iuſtū iudiciū ſibiipſis præmium gloriæ retribuendo. Pſ. 25. Iudica me domine, quoniā ego in innocētia mea ingreſſus ſum. Et appropinquare Deo uolunt non affectibus, ſed ſolùm pedibus, i. non corde, ſed uoce: iuxta illud Iſa. 29. Populus hic me labiis honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Nota, ꝙ triplex eſt ſpecies hypocriſis: Prima ſpecies hypocriſis eſt, ꝙ homo ſe ſimulat habere aliquid quod non habet; & bonum facere quod non facit. De illis dicitur Mat. 6. Exterminant aūt facies ſuas. Gregor. Simulata æquitas eſt duplex iniquitas. Secūda ſpecies eſt mali palliatio, qui opera ſua palliant conuerſatione bona. Matth. 7. Attendite à falſis prophetis, qui ueniūt ad uos in ueſtimētis ouiū, intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces: à fructibus eorū cognoſcetis eos. Tertia ſpecies eſt, quando aliquis ſe ſimulat uelle celare bona ſua, cùm tamē ea appetit eſſe manifeſta. Cōtra tales dicitur Matt. 6. Amāt hypocritæ orare in ſynagogis, & in angulis platearū, ut uideātur ab hominibus. Et ſic cōſiderātur hypocritę. Sequitur litera: *Quare ieiunauimus et nō aſpexiſti?* Hic propheta ponit quæſtionē ſuper ieiunio reprobabili, quaſi diceret: Tu Deus reprobaſti, nec ipſa, ſcilicet ieiunia noſtra, exaudiſti: nec poſtulata cōceſsiſti. Humi

C.. i lia-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

liauimus animas noſtras.i. uitam animalem,ſicut propheta dicit: Humiliabam in ieiunio animam meam, Pſ. 34. Et neſciſti.i.reprobaſti. Greg. ſuper illo uerbo, Matt. 25. Amen dico uobis, neſcio uos. Scire Dei, eſt approbare: neſcire, reprobare: Loquendo enim de ſcientia ſpeculatiua, nec poteſt eſſe aut fieri quòd Deus neſciat. Dicitur enim Pſal. 36. ꝙ Deus ſcit cogitationes hominum. Sed loquendo de ſcientia Dei approbata, Deus multa neſcit. ſ. quæ ex ſe mala ſunt. Nota, quòd Iudæi faciebãt quædam legalia ieiunia: ſicut in feſto propitiationis & alias. Quædam autẽ poſt legem inſtituta ſunt. Zach. 8. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniũ ſeptimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudium, & lętitiam. Item quædam alia uoluntariè aſſumpta: ſicut Iudith quæ ieiunauit oĩbus diebus uitæ ſuæ. Iudith. 8. Et Anna propheтiſſa, Luc. 2. Et multi ex eis non ſeruabant in ſuis ieiuniis debitas circunſtãtias ſicut Phariſæus. Luc. 19. Ieiunio bis in ſabbatho. Propter hoc eorum ieiunia non erant Deo accepta.

Nota, ꝙ tria faciunt ieiunium reprobabile. Primò, quando fit ſine debita abſtinentia: ita ꝙ homo eo magis comedat ut eò melius poſsit ſine eſurie ieiunare. Secundò, quando fit ſine debita miſericordia: quia ieiunium ſine eleemoſyna eſt ſicut lampas ſine oleo. Tertiò ſine humilitate uera, Nam Gregor. dicit: Qui cęteras uirtutes, ſcilicet ieiunia, eleemoſynas, & cætera congregat ſine humilitate, quaſi qui pulueres in uentum portat. Sed reſponſio Dei: Si quæritis, quare non aſpiciam ad ieiunia ueſtra? Ratio: Quia non reſpicio ad perſonas ueſtras. Prius enim reſpicio ad perſonam operantium quàm ad opera. Gen. 4. Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Sequitur: *Ecce in die ieiunÿ ueſtri inuenitur uoluntas ueſtra.* Glo. Incaſſum per pœnitentiam corpus atteritur, ſi inordinatis motibus mens uitiis diſcipetur: Et addit: *Et omnes debitores ueſtros repetitis,* ideſt iniurias illatas uobis impœnitentibus nõ remittitis: ſed uindictam expetitis. Cum Saluator dicit, Matth. 6. Quod niſi dimiſeritis hominibus debita: nec pater meus dimittet uobis

peccata

peccata ueſtra. Certe remittere talia debita, eſt ſpiritua lis eleemoſyna, ſecundum Aug. hunc in modum dicentem: Qui non facit mentitur cum dicit: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ſiue debita repetendo ab ipſo dicente ſoluere, quod ſecundum gloſam eſt, Deo uiolentiam facere. Item repetitis pluſquàm uobis debeatur exigendo uſuras. Et addit. *Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugnò impiè.* De numero iſtorum erat iſte ſeruus nequam, de quo Matt. 18. c. Qui tenens ſuffocabat conſeruum ſuum: quia non reddebat ei debitum. Sequitur. *Nolite ieiunare, ſicut uſque ad hanc diem, ut iam ſupra dictum eſt, ne forte audiatur in excelſo clamor.* i. tẽplo, quaſi diceret: Si uultis ꝙ orationes ueſtræ exaudiantur, nolite cum carentia debitę abſtinentiæ & debitæ miſericordię ieiunare, neque carentia humilitatis: Subdit, *Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam* .i. animalitatem ſuam. ſ. a cibis abſtinendo. *Nunquid hominem contorquere quaſi circulum caput ſuum*, ipſum declinando ad pedes, uel faciendo reuerentiã hoĩbus, in ſignũ debilitatis, experti ieiunii & ſaccũ & cinerẽ ſternere ſuper ſe. *Nunquid illud uocabis ieiunium: & diẽ acceptabilẽ domino?* Quaſi diceret non. Si hoc oſtendatur exterius, & interius non exiſtit ueritas ſanctitatis. Notandum, quòd hæc nõ ſunt de ſe reprobabilia quę bona ſunt, ſed de qua ſuperbiam & hypocriſin ſapiunt, & non ſunt niſi ſanctitatis oſtentatio, quam ſaluator ſummè reprobat. Mattæ. ſexto. Cũ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, &c. Cum enim bona fiunt, maximè cauenda eſt uana gloria. Quia ſecundum Chryſoſt. ſuper Matt. Glorioſa res agitur, facile locum inuenit glorificationis occaſus. Ieiunia multorum, ſine humilitate non ſunt uera, & Deo accepta. Deinde ponit ieiunium, Deo acceptabile. *Nonne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi.* Abſtinentia debita, miſericordia, & humilitas. Vnde Ambroſ. Summa Chriſtianę religionis eſt, miſericordia & pietate ſequi deum. Nonne hoc eſt magis ieiunium, ꝙ elegi, diſſolue, ideſt ſcinde colligationes impietatis, ideſt

falſa

falſas chartas, & chirographa, quibus fœneratores dicũt impiè pauperes eſſe obligatos, quod ualde impium eſt. Gloſa dicit: Sicut impiũ eſt exigere ab his qui non poſſunt ſoluere, multò magis qui non debent. Nõ præcepit enim repetere niſi ab impotẽtibus, ſed iubet falſa inſtrumenta reſcindere. Vnde Eſaias loquens apertius dicit, omnẽ ſcripturam iniquam conſcindite. Et addit ſecũdũ. *ſolue faſciculos deprimentes*, ideſt relaxa tributa & uectigalia & iniquas exactiones, quas inter Chriſtianos imponunt hominibus temporales domini. Et re uera ſunt deprimentes faſciculi, quia multum deprimunt homines & deducunt eos ad paupertatẽ magnam. Subdit tertiũ. *Et dimitte eos, qui cõfracti ſunt, liberos* iugo ſeruitutis: Glo. interlinearis: Eos qui ſe tibi per famen in ſeruitutem uẽdiderãt, non teneas ultra terminũ, ſed dimitte eos, ſuæ libertati reddens. Sed nũquid præcipitur dominis, ut omnes ſeruos ſuos manumittant? Dicendũ eſt, non de omnibus; ſed ſolum hoc hic præcipitur, ut ſcilicet nullatenũs ultra terminũ detineantur. Quamuis autem nõ præcipiatur: conſulitur tamen de omnibus. quia opus eſt miſericordiæ. Subdit quartum, *& omne onus diſrumpe*, ideſt omne grauamẽ, quodcũque ſit illud, amoue, quo innocentes opprimuntur. Sciendum, ꝙ per colligationes impietatis poſſunt intelligi omnia peccata, & hoc moraliter mortalia, quæ ſunt impia, quia impediunt cultũ Dei & ſunt quędam colligationes. unum enim quaſi ligatur cum alio, quia peccatũ quod per pœnitẽtiã nõ diluitur, mox ſuo pondere in aliud trahit, ait Greg. Ligat animã cũ diabolo, obligat ad gehennam. Ligat etiam potẽtias animæ, ut non poſsit liberè exire in actus ſuos. Non.n. peccator eſt dominus ſui, ſed ipſe ſeruus peccati. Ioã. 8. Secũdò per faſciculos deprimẽtes poſſunt intelligi peccandi aſſuefactiones quę ſic deprimunt animam peccatricẽ, ut nõ permittãt eã erigi, nec reſpicere ſurſum. Tertiò aũt per ſeruos qui debent dimitti liberi, intelliguntur quinque ſenſus hoĩs peccatoris, qui actus ſuos exercẽt, ſecũdũ impetũ cõcupiſcẽtię, nõ ſecundũ iudiciũ rationis, nec ſcd̃m imperiũ uoluntatis. Quartò, per omne

onus

onus intelliguntur, quęcunq; peccata grauia, tā mortalia, quā uenialia. Sicut aūt tp̄e ieiunii ſunt ſoluēda uincula peccati. i. ſoluēdę aſſuetactiones peccādi ſic ēt ſenſus ſunt reddēdi libertati, ut ſubſint rōnis iudicio & imperio uolūtatis. Sūt ēt utiliter diſſiūpēda oīa peccati ore ra ꝑ pœnitētiā, aliàs in caſſum eſt ieiuniū. Canit. n. his diebus eccleſia. Vtamur ergo parcius uerbis, cibis, & potibus, ſomnis, iocis, &c. Vitemus autē peſsima. Sequitur utilitas ieiunij: Frange eſuriēti panē tuū. Nota ꝙ durante libertate dare debet quilibet pauperibus abūndanter & non parcè. Vnde Thobias dixit filio ſuo cap. 4. Si multū tibi ſuerit abundāter tribue, ſi exiguū illud libēter impertiri ſtude. Dicit eſuriēti, ideſt neceſsitatem habēti. Sic dicitur de uiro iuſto. Pſ. 111. Diſperſit, dedit pauperibus &c. Et iudex in fine mundi dicet: Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Mat 25. Sed in hoc ꝙ dicit panē non lapidē, nomine panis intelligitur omnis cibus neceſſarius ad uictū hominis. Per hoc ꝙ dicit tuum, ideſt proprium non alienum. Thob. 4. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam; Quādo ieiunas, da pauperibus: ut ieiunium nō ſit lucrū marſupii, ſed animę ſecuritas. Et egenos, i. egentes hoſpitio: uagos, ideſt carentes domicilio induc in domū tuā. Cū uideris nudum, operi eum, ſicut fecit beatus Martin, in porta Ambienſiū. Et carnē tuā, ideſt proximū tuum, qui quodāmodo caro tua eſt, quia eſt tectum eiuſdē ſpeciei, ne deſpexeris. Iob. 5. Viſitans ſpeciē tuā non peccabis. Dixi ſecundò ſequitur fructus ieiunii. Primò pretioſum ſtipendiū, ubi dicit, *Tunc erumpet ſicut manè*, ideſt ſicut Sol in manè *lumen tuum*, ideſt lumē gratiæ tibi collatæ diuinitus. fugās erroris tenebras, & te dirigens in uiā ſalutis: Pſal. Exortū eſt in tenebris lumē rectis corde. Secundus fructus tangitur, cū dicit: *Et ſanitas tua*, ſ. ſpiritualis. Hier. 17. Sana me domine & ſanabor. Itē Pſ. 40. Sana animā meā, quia peccaui tibi. *Citius orietur*, ſ. curatis uulneribus uitiorum. Vnde Malach. ult. Vobis timentibus nomē meū orietur Sol iuſtitię, & ſanitas in pęnis. Sequitur tertius fructus cū dicit: *Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua* quocūq; ibis: et ubicūq; eris, iuſtitia p̄cedet te Et ſequitur:

quit:quia ſemper Deus in te continuauit merita bona, ut dicitur Prou. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit uſq; ad perfectam diem. Subditur quartus fructus: *Et gloria domini colliget te*, ideſt Chriſtus qui eſt in gloria Dei patris recipiet te. Aug. Vel gloria domini.i. beatitudo cœleſtis patriæ uerè penitentes recipit. Ideo dicit:Suſcipiet te.ſ.ſinus Abrahæ,per quem ſuſcepit mẽdicum.Luc.16.Dicitur Prou.29.q; humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Subditur quintus fructus. *Tunc inuocabis*.ſ. corde,ore & opere, *& dominus exaudiet*.ſ. preces tuas. Pſ. 9. Deſiderium pauperum exaudiuit dominus. Sequitur ſextus fructus.Clamabis.ſ.de periculis & in tribulatione,tam in morte,quàm in uita.*Et dicet* dominus per effectum: *Ecce adſum* ad defendendum,& liberandum te. Dixi tertiò, ſequitur fatalis ſtipendii fontale principiũ dicens: *Quia miſericors ſum dominus Deus tuus* Pſal.111. Miſericors & miſerator & iuſtus dominus. Concludit eccleſia *Hæc dicit dominus omnipotens*. Patet concordia epiſtolæ ad euangelium. Mat.5.Audiſtis quod dictum eſt antiquis. Ibi præcepit.n, dominus eleemoſynã cordis,cum dicit:Diligite inimicos ueſtros.Et hoc idem tangit epiſtola,tam de ſpirituali eleemoſyna, quàm de corporali.

De Euangelio. *Diligite inimicos ueſtros:& benefacite his,qui oderunt uos.Matth.5.* Enarratio. II.

ARbor debens fructus bonos facere,debet habere radicem uiridem & recentem.Spiritualiter,ſic homo uolens opera fructifera agere, debet habere radicẽ charitatis.Greg.quicquid præcipitur,ſola radice charitatis fundatur.Ideo omnia ueſtra opera.ſ. ieiunium, oratio,& eleemoſyna debent fieri in charitate. Et quicquid in charitate patierimus,in illo exaudiemur, ut patet in toto officio.Introitus:*Audiuit dominus & miſertus eſt mihi, &c.* Et quicquid fit in charitate hoc bene finitur. Et hunc finem bonum petit eccleſia in collecta. ſ. *Inchoata ieiunia quæſumus domine benigno fauore proſequere*,Et ipſi ſacerdotes

cerdotes incitare debent homines ad charitatem. Et hoc docemur in epiſtola. *Clama nec ceſſes, & quaſi tuba exalta uocem tuam &c.* Me etenim de die in diem quærunt: & uias meas ſcire uolũt. ſ. uiam charitatis. Ergo docet nos in epiſtola dilectionem habere charitattis ad proximũ, & ad Deum. Primo ad Deum cum ſubdit: Nunquid hoc eſt ieiunium quod elegi, ſolue colligationes impietatis, ideſt ligamina peccati. ſ. erga deum. Deinde docet dilectionem quo ad proximum, dicens: Frange eſurienti panem tuum, egenos uagoſq; induc in domum tuam. Cum uideris nudum, operi eum. Et non tantum iſta opera dilectionis exhibẽda ſunt amicis, ſed etiam inimicis. Ideo Euangelium dicit: *Diligite inimicos ueſtros, &c.* In ſumma Euangelii docentur tria genera hominum. Primò docentur perfecti, ibi: *Diligite inimicos ueſtros.* Secundò, actiui, ibi: *Cùm facis eleemoſynam.* Tertiò, contemplatiui, ibi: *Cũ oraueris.* Nam hæc eſt iuſtitia contemplatiuorum. De primo dicitur, *In illo tempore.* ſ. cùm Chriſtus docuit in monte Tabor, omnem perfectionem, tunc dicit: *Audiuiſtis, quia dictum eſt antiquis.* ſ. ex lege: *Dilige proximum tuũ.* Luc. 19. *Et odio habebis inimicum tuum.* Nota in tota ſerie ueteris legis non eſt ſcriptum: Et odio habebis inimicũ tuum, ſed dicitur hoc quantum ad traditionem ſeniorum. ſ. ſcribarum, quibus uiſum eſt addendum. ſ. à contrario ſenſu, ex quo debebant diligere amicum. Similiter cęperũt hoc ex Exo. 23. c. Inimicus ero inimicis tuis, & Deut. 7. Non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis eorum. Et 1. Reg. 15. Saul perdidit regnum, quia pepercit Agag. Quaſi poſſent eos odire, quod non eſt tenendum, quia Exod. 23. dicitur de aſino inimici iacente ſub onere, ꝙ deberet leuari, multò plus homo. De hoc Chryſoſt. Si iuſtum fuiſſet inimicos odire, deus te inimicum ex gẽtibus nunquam ſuſcepiſſet in ſuam dilectionem. Ergo ſubdit: *Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros.* Et hoc tripliciter. ſ. corde, ore, & opere. Primò corde, & hoc innuitur cum dicitur, *Diligite,* quia dilectio uera ex corde debet procedere. Nota quòd inimicis quatuor debemus oſtendere, ſcilicet amorem, odium, & compaſsionem & benefi-

beneficium. Nam inimici poſſunt quadrupliciter conſiderari, Primò, quantum ad naturam. Et ſic ſunt diligendi, quia ad imaginem Dei creati. Nam dicitur Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, quantò magis animal rationale? Nam diſcordia non reperitur inter columbas, ſed inter lupos & canes. Ergo tales rancoroſi ſunt ualde reprehenſibiles. Eccle.28. Homo homini reſeruat iram, & à deo quærit medelam, quaſi dicat, nullo modo inueniet. Secundò poſſunt inimici conſiderari quantum ad culpam. Et ſic non ſunt diligendi. Aug. Cùm dico homo malus, duo dico. ſ. homo, & malus. Inquantum homo diligendus, inquantum malus odiendus, quia ſic eos odit deus. Eccleſi.12. Altiſsimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus. Gre.22. Mor. Euenire pleruuque ſolet, ut non amiſſa charitate, etiam inimici ruina nos lętificet, & etiam ſine inuidia eius gloria nos contriſtet. Cùm. i. ruente eo quoſdam bene erigi credimus, & proficiente eo, pleroſque opprimi iniuſtè formidamus. Et ergo insmico poſſet optari malum pœnę temporalis, ut infirmitas, ut melioraretur: uel etiam mors ubi non eſt ſpes meliorationis, ſed cautè, ut nō in uindictam. Greg. Cùm inimicus punitur, tunc potius de liberatione aliorum, quàm de punitione eius condolendum eſt miſeriæ pereuntis, & gaudendum de iuſtitia iudicis. Tertiò poſſunt inimici conſiderari quantum ad pœnam, in hoc debemus eis dare compaſsionem. Pſal.118. Vidi præuaricātes & tabeſcebam. Greg. Vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa indignationem. Quartò quantum ad indigentiam, & tunc debemus eis impendere beneficium. Et hæc dilectio coſiſtit in opere. De qua ſubdit; benefacite his qui uos oderunt. Nota inimicus diligitur dupliciter, aliquando affectu: unde Greg.21. Mora. Tunc ueraciter inimicos diligimus, cum nec de ruina eorum lætamur: & de eorum profectu gratulamur, ſic quòd optamus eis bona gratiæ & gloriæ. Aliquando uerò inimicus diligitur effectu. ſ. quando in beneficio tantum temporali obligamur in articulo neceſsitatis, & tunc cadit ſub præcepto, alias ſub conſilio. Ideo Eccl.12. Benefac humili, & ne deris

deris implo.ſ.quando non dare ſibi prodeſſet ad ſalutẽ, uel quando dare ei præſtaret fulcimentum malitiæ. Nota, ſecundũ Tho.2.q.25.dicitur, ꝙ opera dilectionis poſſunt fieri dupliciter. Vno modo in generali, & ſic hoc præceptum eſt de neceſsitate ſalutis implendum, ut non excludat inimicum, quia excluſio procederet ex odio. Secundo in ſpeciali, & ſic non eſt de neceſsitate præcepti ſed conſilii actualiter inimicum diligere: & ſufficit, ꝙ homo habeat animum præparatũ, ut in extrema neceſsitate eum propter inimicitiam deſerere nollet. Sed diceres, teneor occultè ꝓ inimicis orare cùm dicitur, Apoc. 6. Vſquequo non uindicas ſanguinem de his qui habitãt in terra? Reſpondet Aug. in ſermone domini de monte, quòd uindicta martyrum eſt, ut euertatur regnum peccati, & peccata deſtruantur, & homines remaneant. Simile habetur Pſal.56. Lętabitur iuſtus cum uiderit uindictã. Dicit S.Tho. ubi ſupra. Lætabitur non ratione pœnę peccantis in ſe, ſed ratione iuſtitię iudicantis. Item nota propter tria debemus diligere inimicum. Primò propter debitum, quia dominus præcipit Matt.6. Dimittite, & dimittetur uobis. Nam ſi unaquaque die moreremur pro peccatis, non poſſemus ſatisfacere & condignum retribuere. Aug. Dicunt quidam, non poſſum diligere meum inimicum. O attende quid tibi deus fecerit, & quid tu Defeceris, tunc utique dimittes parum, ut tibi Deus dimittat multum. Sed heu dicunt, non poſſum uincere animum meum. Reſpondet Aug. in ſoliloquio: Deus qui optimè poſſe noſtrum nouit, nihil impoſsibile pręcepit, quia iuſtus eſt: nec condemnat hominem pro eo quod non poteſt implere, quia pius eſt; ſed ex quo præcepit, ergo poſsibile eſt. Hiero. Anathema ſit qui credit præcepiſſe Deum, quod impoſsibile ſit impleri. 1.Ioan.5. Mandata eius grauia non ſunt, &c.

Nota tamen ſecundum Chriſ. aliter diligit caro, aliter anima. Sicut.n. dictum eſt: Non concupiſces, hoc eſt dictum quò ad animam, non quò ad carnem. Sic etiam in hoc loco caro inimicum diligere non poteſt, anima autem poteſt, quia dilectio uel odium carnis in ſenſu eſt

animæ uerò in ratione. Quando uerò nocetur aliquis ab aliquo, etſi ſentimus odium, tamen exequi nolumus: quia caro noſtra odit inimicum anima uerò diligit, hęc ille. Secundò debemus diligere inimicum propter fructum. Aug. Ad dilectionem inimici uos admoneo; quia ad ſanandum uulnera peccatorum nihil utilius eſſe cognoſco. Aug. ſubdit: diligere inimicos grauis eſt labor in hoc ſeculo, ſed grandius premium in futuro. Tertiò propter periculum. Aug. Odium habere in corde, eſt habere gladium, ſcorpionem & ignem. De primo ſic dicit in ſermone: Qui alteri nocere deſiderat, ſimilis eſt illi qui gladio ſe tranſuerberat, ut tunicam alterius ſcindat. De ſecundo dicit in ſermone. Ira ſtimulans ad uindictam, ipſa eſt ſcorpio interius inflammans, ſiue excitans. Si te uis uindicare de inimico, tunc ad ipſam iram te conuerte quæ eſt inimica tua, quia occidit animam. De tertio, ſic dicit Super Pſal. Sic puta malitiam eſſe ſicut ignem: nã ſi quid aliud incendere debeat, oportet ut prius ardeat. Sic ira malitioſa quòd alteri non noceat fieri poteſt, ſed ꝙ tibi non noceat fieri non poteſt. Ideo ſubdit: *Benefacite his qui oderunt uos*, ſ. miniſtrãdo eis neceſſaria tempore neceſsitatis, quia neceſsitas extrema facit omnia communia. Ergo noli conſiderare iniuriam præſentem, ſed conſidera gloriam, quam pro mercede es in iudicio conſecuturus. Si damnum pateris, noli conſiderare, ſed conſidera patientiæ lucrũ. 1. Pet. 3. Beati eſtis ſi quid patiemini propter iuſtitiam. Et Apoſtolus Rom. 12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius, ideſt ad charitatem induces. Etiam ideo: quia nos inimici ſumus Chriſti, & nobis multa bona exhibuit. Ro. 5. Cùm inimici eſſemus reconciliati ſumus per ſanguinem filii eius. Sic inimici ex beneficio noſtro ipſi ſe inducent quia iniuſtè nos odiunt. Tunc docet nos habere dilectionem inimicorum in ore, dicens: *Orate pro perſequentibus uos*: ſcilicet per manifeſtam iniuriam, & *calumniantibus uos*: ſ. per apparentem iuſtitiam, ſed tamen per fraudem occultam. Chry. Nihil facit Deum ita propitiũ,

& ad

& ad exaudiendum pronũ, ſicut orare pro inimicis: quia per hoc efficimur filii Dei. Ideo à pio patre exaudiri me remur. Greg. Quid eſt, ꝙ Moyſes & Samuel & Helias in poſtulatione aliis præferuntur, niſi ꝙ iſti tantùm in ſerie ueteris teſtamenti pro inimicis oraſſe leguntur? Moyſes à populo lapidibus impetitur, & pro lapidantibus precatur. Exo. Samuel à principatu eiicitur & ait: Abſit a me ut ceſſem orare pro uobis. 1. Reg. 12. Helias etiam orabat pro Achab inimico ſuo. 1. Reg. 21. Dilectio ergo iſta maximè meritoria eſt. Greg. Seruitia ſunt tantò maiora, quantò minus debita. ſed minus debitum eſt diligere inimicum quàm amicum, ergo magis Deo acceptũ & meritorium, Ratio quare debemus ꝓ eis orare: quia ꝗ ꝓ perſequentibus orat, ꝓ ſeipſo orat: quia petit amotionem flagelli. Et implebitur illud Pſ. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Ideo Rom. 12. Benedicite & nolite maledicere pro perſequẽtibus uos. Secũdò debemus orare pro inimicis propter exemplum Chriſti. Ideo ſubdit: *ut ſitis filij patris ueſtri qui in cælis eſt*. Nam filii carnales meritò imitantur patrem in moribus bonis & honeſtis: ergo & nos ſpirituales. Nã Deus, ut patet, *ſolem ſuũ facit oriri ſuper bonos & malos; & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Sic nos opera charitatis exhibere debemus amicis & inimicis. Hieronymus, Nulli negare debemus, quod Deus nulli negat. Chryſoſtomus ſuper Matth. di. Cautè autem dicit, ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſuper iniuſtos & iuſtos, quia omnia bona Deus non propter homines dat, ſed propter ſanctos, ſicut & flagella propter peccatores. Sed in bonis nõ ſeparat peccatores à iuſtis, ne diſperẽt: nec in malis iuſtos à peccatoribus, ne glorientur, maximè cum malis bona non proſint, quæ malè uiuentes ad iudicium ſuum percipiunt, nec bonis mala nocent, ſed magis proſunt ad iuſtitiæ lucrum, hæc ille. Similiter ut dicit Augu. Illa temporalia bona & mala utriuſque uolunt eſſe communia, ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali habere cernuntur. nec mala turpiter euitentur, quibus etiam boni afficiuntur, hæc illæ. Sequitur: *Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis?*

tis? quaſi diceret nullam. Aug. in enchiridion: Non eſt magnum erga eum qui tibi nil mali fecit eſſe beneuolũ, ſed maximæ bonitatis indicium eſt, tuum diligere inimicum,& eum qui tibi uult malum, & facit ſi poteſt & tu uelis ſibi bonũ. Et maioris meriti eſt dilectio inimici quàm amici. Et aſsignat plures rationes, ſ. Tho. 2.2.q. 27. Prima, Actus merè naturales non ſunt meritorij, ſed ſolum uoluntarii, à ratione & libera uoluntate electi. Et ideo quantò aliquis actus magis eſt, à ratione et uoluntate illicitus, tanto magis meritorius cæteris paribus, quàm ille qui uenit ex inclinatione naturali. Sed ad dilectionem inimici non declinat natura, ſicut ad dilectionem amici, ergo etc. Secunda ratio, quantò aliquis actus ex ſe eſt difficilior, tanto cæteris paribus eſt magis meritorius: ſed actus dilectionis inimici eſt contrarius naturali inclinationi, et habet multa retrahẽtia, ergo &c. Nota, difficultas eſt duplex. Prima cauſatur ex opere, ut difficilius eſt ieiunium in pane et aqua quàm in cibis quadrageſimalibus, & ſic dilectio inimici eſt difficilior quã amici. Secunda cauſatur ex negligentia perſonę, et uenit ex diſſuetudine et uoluntaria indiſpoſitione, ut alicui difficilius eſt ieiunare unum diem quàm bene conſueto tres, et talis difficultas non auget meritũ. Tertia quantò aliquis actus magis dependet à dilectione Dei, tanto eſt magis meritorius, ſed dilectio inimici eſt huiuſmodi, ergo &c. Nam amare amantem naturale eſt, quia canes & alia inſenſibilia animalia hoc faciunt. Diligere autem inimicum charitatis eſt. Ideo ſubdit: *Nonne publicani hoc faciunt*, Et hoc facientes uituperãtur. *Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tantùm, quid amplius facitis, nonne & ethnici hoc faciunt?* quaſi diceret: Sicut & hęc facientes nihil merentur, ergo nec uos. Vnde proh dolor ſunt nunc multi de Chriſtianis, qui eos quos prius ſalutauerunt, & alia ſigna amicitię eis exhibuerunt, propter modicam offenſam talia eis ſubtrahunt, & tamen uolũt Deo reconciliari. Timeo ꝙ audituri ſunt illud Matth. 18. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi nonne &c. Ideo Chryſo. ſuper Matth. Qui diligit amicum peccatum

tum quidem non facit, iuſtitiam autem non operatur. Remigius: Perfecta dilectio ultra dilectionem inimicorum non poteſt eſſe, uel ſe extendere. Ideo ſubdit: *Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter perfectus eſt*, ſcilicet ut amicos diligatis propter peccatum uitandum, inimicos propter iuſtitiam faciendam, quoniam illud de pœna liberat: hoc autem deducit in gloriam, hæc. Chryſ. Dixi ſecundò docentur actiui dicens: *Attendite ne iuſtitiam ueſtram*, ideſt opera iuſtitię faciatis, *coram hominibus ut uideamini ab eis*, ſcilicet humanam laudem ab eis quęrendo, per hoc tamen non prohibetur quin opera bona poſſint fieri coram hominibus. Matth. 5. Sic luceat lux ueſtra coram &c. loquitur tamen de perfectis de quibus non eſt exiſtimandum, quòd de facili ferantur in uanã gloriam. Propter hoc nōtãter dicit: *Videamini ab eis*, Aug. Hoc addit ideo ꝙ appareat eum prohibuiſſe, ut finē noſtri propoſiti tollamus, ad Gall. 1. Si adhuc mundo placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Ideo ſubdit: *Cùm ergo facis eleemoſynam noli tuba canere ante te: ſicut hypocritæ faciũt in ſynagogis & in uicis ut honorificentur ab hominibus*. Quia antiquitus conuocabant pauperes per tubas, & tamen licèt in ſe hoc fuit bonum, tamen fecerunt ea intentione ut miſericordes & boni uiderentur. Ideo ſubdit: *Amen dico uobis receperunt mercedem ſuam*. Non ſic tu facere debes, ſed ſi facere potes bonum, fac intentione Deo non hominibus placendi. Si enim propter infirmitatem tuam facere non potes, ſeu uales, ad minus tamen bonum exemplum præbe proximis tuis ad eorum meliorationem, non ad tui oſtentationem, & hypocrita non eris. Teſte beato Greg. 31. Moralium: Sunt nonnulli qui et ſanctitatis habitum tenent, et perfectionis meritum exequi non ualent, de quibus nequaquam credendum inter hypocritarum numerũ currere, quia aliud eſt infirmitate, aliud callida ſimulatione peccare, hęc ille. Sequitur. *Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* ideſt, noli penſare opera tua, uel cum dextera tua, ideſt bona intentio faciat bonum, hoc neſciat ſiniſtra, ideſt intentio mala, ſ. appeti-

tus laudis humanę. Sit ergo eleemoſyna tua in abſcondito. ſ. ſecundum intentionem, Greg. Opus ſit in publico, ut intentio maneat in occulto. *Et pater tuus qui uidet in abſcondito reddet tibi.* Si non modò, tunc in futuro. Quia dicitur Eccl. 5. Altiſsimus patiens redditor eſt. Aug. Nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum eſt. Nota tripliciter peccamus. ſ. in nos, in Deum, & in proximum. Opus ergo ieiunii eſt contra peccatum in noſmetipſos factum. Oratio uerò contra peccatum in deum factum. Eleemoſyna uerò contra peccatum in ꝓximum perpetratum. Et quia iſta tria prædicta ſunt opera ſatisfactoria pro peccatis, & nunc adeſt tempus pęnitentiæ. Ideo ad primum opus. ſ. ieiunium admonet nos epiſtola diei cinerum. Ad ſecundum. i. eleemoſynam ibidem eiuſdem diei euangelium. Ad tertium. ſ. orationem, inducit nos epiſtola heſternæ diei de Ezechia rege. Sed dices, qđ eſt magis meritorum iter iſta tria? Reſpōdetur ſecundum Tho. diſt. 15. ꝙ eſt eleemoſyna, quia includit alia, Primò orationem, quia obligat illum cui datur ad orandum. Secundò, quia ſubtractio bonorum exteriorū continet uirtutem ieiunii, deinde oratio, quia includit quodammodo ieiuniū ratione debilitatis corporis. Quęritur utrum dare eleemoſynam ſit in præcepto. Reſpōdetur ſecundum S. Tho. 2. 2. q. 32. ꝙ ſic, quia eſt præceptum affirmatiuum & obligat ad ſemper, ſed non pro ſemper, ſed pro loco & tempore dum non ſit neceſſarium ſibi & ſuis quibus prouidere tenetur, ſed ſuperfluum. Luc. 11. Quod ſupereſt date eleemoſynam. Et in recipientibus neceſsitas inſpicienda eſt. Ambroſius: Paſce fame morientem. Hoc docet lex naturalis: Quod tibi fieri uis, aliis fac. Item lex diuina. Luc. 7. Date & dabitur uobis. Lex poſitiua: ut habetur 68. di. Fratrem Marinum excita, ut non ſolum credat lectionem & orationem ſibi ſufficere, ſed etiam eleemoſynis inſiſtere, & neceſſitatem patientibus impartiri. Item lex apoſtolica. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo, neq; lingua, ſed opere, &c. Nota eleemoſyna debet fieri multipliciter. Primò poſsibiliter: ſecundò feſtinanter: tertiò hilariter: quartò ſapienter Primò debet

bet fieri poſsibiliter.ſ. ſecundum facultatem. Tob. 4. Si multum tibi fuerit,abundanter tribue:ſi modicum,illud impartiri ſtude:quia ſcđm Aug.|Deus nõ reſpicit ad manum,ſed ad cor, ut patet de uidua paupercula. Luc.21. quã Chriſtus cõmẽdat ꝑꝑ oblationem duorum minutorum. Ideo Prouer.16.Spirituũ ponderator eſt deus.Et Greg.Cor,& non ſubſtantiam pẽſat deus.Nã dicit Matt. 10. Quicũq; potum dederit uni ex minimis iſtis calicẽ aquæ frigidæ,non perdet mercedem ſuam. At tamen ſuperfluũ tenemur dare. Luc.11.Quod ſupereſt,date eleemoſynam, Hierony.Aliena rapere cõuincitur,qui ſuperflua tenere probatur.Secundò eleemoſyna debet dari feſtinanter.Prou.3.Ne dicas amico tuo uade,& reuertere, & cras dabo tibi,cũ ſtatim poſsis dare. Sicut multi ſunt non ꝑpendentes clamatorem pauperum nudorum pedũ eis exprobantes. Eccl.4. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti. Sed heu aliqui protrahũt tenentes cibum uſq; ad corruptionem: cum enim iam fętet tunc uolunt dare pauperibus.Prou.3.De primitiis.i. optimis omnium frugum tuarum da pauperibus.Aliqui uerò protrahunt uſque ad tempus mortis.Eccl.16.Ante languorem adhibe medicinam.Aug.Conſiderate fratres q̃ ſubito plures omnia perdiderunt, &c. Nam tunc neceſsitas cogit eos relinquere temporalia, & non pietas. Tertiò debet dari hilariter.Eccl. 33. In omni dato hilarem fac uultum tuum.2.Cor.9.Hilarem datorem diligit deus.Sed heu aliqui murmurantes dant.Grego. Qui dat cum tædio,perdit rem & meritum.Quartò ſapienter uidendo cui des,ſcilicet pauperibus.Eccl,4.Eleemoſynam pauperis ne defraudes. Et Lucæ. 14. Cum facis conuiuium uoca pauperes,& hos qui ſunt bonę uitæ. Eccleſ. 11.Benefac humili & ne dederis impio. Item nota eleemoſyna tali modo facta eſt utilis, & fructuoſa in multis,ſcilicet in uita,in morte,& poſt mortem.Primò prodeſt in uita,quia impetrat remiſsionem culpæ.Eccleſ.3. Sicut in ſereno glacies ſic per eleemoſynam ſoluentur peccata tua.Et ſicut aqua extinguit ignem ſic eleemoſyna peccatum.Secundò ualet eleemoſyna homini in mor

te. Nam animam de corpore egredientem miſericordia dei aſſociat. Ambroſius. Non ſunt hominis bona quæ non poteſt ferre ſecum, ſola eleemoſyna eſt comes defunctorum. Gregorius, Pauperes non ſunt contemnendi nec egeni, ſed exorandi, ut patroni. Luc. 16. Facite uobis amicos de Mãmona iniquitatis, ut cùm defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. Tertiò eleemoſyna ualet poſt mortem. ſ. in iudicio. Nam tria liberant reum in iudicio. Primò bonus prolocutor, & talis eſt eleemoſyna. Pſ. 111. Iocundus homo qui miſeretur & cõmodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio: Nam dominus iudex erit eorum prolocutor dicens Matt. 25. Eſuriui & dediſtis mihi manducare, &c. Secundò munus liberat in iudicio, & ſic eleemoſyna. Prouer. 21. Munus abſconditum extinguit iras: & donum in ſinu indignationem maximam: Aug. Redime te dum uiuis, & dum tempus habes, ne perdas tempus & pretium. Tertiò amici intercedentes liberant reũ, & talis erit eleemoſyna. Eccl. 29. Coclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit ꝓ te ad dominum. Prou. 6. Nec acquieſcet cuiuſcunque precibus, nec accipiet pro redemptione dona plurima demptis eleemoſynis. Pſ. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Tob. 12. Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inueníre uitam æternam. Ad quam gloriam perducat, &c.

SABBATHO, POST CINERES,

De Epiſtola.

Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris bonis, tunc orietur in tenebris lux tua.

Eſa. 58. Enarratio. I.

SI in bello publico quis detentus fuerit, tunc oportet quòd rex belli uinctum liberet. Spiritualiter: ſic naturale bellum eſt inter nos & diabolicas poteſtates, Et timendum eſt quòd multi ſint capti. Nunc tales deberent deſtinare literas petitionis ad regem gloriæ ut eos libe-

liberaret. Et hoc docet eccleſia ſancta in introitu. dicẽs: Eſto mihi in deũ ꝓtectorẽ. Similiter ĩ collecta. ſ. Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, & concede ut hoc ſolẽne ieiunium deuoto ſeruitio celebremus. Si autem uolumus exaudiri à rege gloriæ in talibus literis petitoriis, tunc debemus ceſſare à peccato, cordis, oris & operis. Et hoc docemur in epiſtola Iſa. 58. *Si abſtulero de medio tui cathenã*. i. cordis peccata quibus ligatus es: *& deſieris extendere digitum*, ſcilicet ad mala opera: *& loqui quod non prodeſt*. ſ. peccata oris dimittendo, & non ſufficit dimittere peccata, ſed cũ hoc debes agere bona opera, Ideo ſubdit: *Cum effuderis eſurienti animam tuam: tunc orietur, &c.* In ſumma epiſtolę duo innuuntur. Primò docet abijcere peccata in ſeipſum & in proximum: ibi, *Si abſtuleris*. Secundò hortatur abiicere peccata in deum: ibi, *Si auerteris à ſabbatho*. De primò dicit. *Hæc dicit dominus*, ſ. cuilibet Chriſtiano. *Si abſtuleris de medio tui cathenam*, ideſt peccatum mortale, quo quis peccat in ſeipſum, ut eſt peccatum incõtinentię & intẽperantię, & eſt cathena diaboli, qua quis tenetur aſtrictus. Pſ. 118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Et Prou. 5. Funibus peccatorum quiſque conſtringetur. Cum hac cathena diabolus trahit homines ad infernũ. Figuratur in Samſon, qui fuit uinctus cathenis. Iudi. 16. & 2. Paralipo. 33. Manaſſes fuit uinctus cathenis atque compedibus, & ductus in Babyloniam, Spiritualiter, ſic peccator in infernum. Et hæc cathena procedit à medio hominis, ideſt à corde. Ideo dicit: *Si abſtuleris de medio tui*, ideſt de corde tuo, & de appetitu ſenſitiuo *cathenam*, ideſt peccatum. Ad iſtam cathenam faciendam multi congregãtur fabri: i. dæmones, Vnus portat primum annulum. ſ. ſuggeſtiones: Alter malam delectationem. Tertius inducit malum opus. Quartus malã conſuetudinem. Quintus neceſsitatem. Sextus deſperationem. De iſta cathena dicit Aug. in lib. Cõfeſsionum: ſuſpirabam ad te ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea uoluntate: uelle meum tenebat me, & mihi inde cathenam fecerat & conſtrinxit me: quia ex uoluntate peruerſa facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini, facta eſt

con-

conſuetudo:& dum conſuetudini nō reſiſtitur, facta eſt neceſsitas.Hanc cathenā dominus iuſsit auferre.Sequitur. *Et deſieris extendere digitum tuum*,ſ. aduerſus proximum eū non deridendo uel opprimendo.Vel deſieris loqui, quod non prodeſt,ſcilicet tibi nec proximo.ſ.uerba detractoria.Pſ.100.Detrahentē ſecretò proximo ſuo hunc perſequebar.Prou.18.Mors & uita in manibus linguæ: qui diligunt eam comedent fructus eius. Subdit: *Cùm effuderis eſurienti animam tuam*,ideſt,affectionē:& nō ſolum affectu ſubueniendo,ſed & animam afflictam,ideſt,hominem fame uel ſiti infirmantem. *Repleueris bonis*, ideſt,recreaueris & conſolatus fueris,ſcilicet paſcēdo famelicum:potando ſitibundum. *Tunc orietur in tenebris*,i. in intellectu tuo qui prius erat errorum tenebris obfuſcatus,lux tua,ſcilicet gratiæ.Ephe.5. Eratis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino.Et tenebræ tuæ,ideſt, uirtutes tuæ intellectuales,quæ fuerunt prius per ignorantiam tenebroſæ, erunt, ſupple, claræ ſicut meridies. Nam omnia corpora quæ faciunt umbram, in meridie faciunt breuiorem. Subdit: *Et requiem dabit tibi dominus Deus tuus ſemper*,ſ.à paſsionibus & tentationibus carnis. Apoc.14. Amodò iam dicit ſpiritus,ut requieſcant à laboribus ſuis.*Et implebit*,ſ.Deus,ſplendoribus animā tuā. Glo.Vnus enim radius iſtius ſplendoris eſt, ut peccatū fugiat.Alter ut pręcepta domini impleat.Tertius ut mūdana contemnat.Quartus ut tormenta timeat. Quintus ut æterna gaudia appetat. Dicat autem quilibet noſtrorum Pſ.89.Et ſic ſplendor domini Dei ſuper nos . Subdit:*Et oſſa tua liberabit*,ſ.in die iudicii ab igne æterno.Et non ſolū animam tuam,uerùm & corpus tuum ab illo incendio præſeruabit.Sequitur: *Et eris quaſi hortus irriguus fertilis plenus donis,& uirtutibus. Et ſicut fons aquarū cuius non deficiunt aquæ:* ſic merita nequaquam deficiēt. *Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorum*,i.columnæ muri,& tecta ſpiritualis ædificii,quæ fuerunt quaſi ab omnibus hominibus deſerta & relicta,fundamenta generationis, quæ fuerūt locata à prophetis. *Et generationem ſuſcitabis*, ſcilicet prædicando uerbū Dei facto uel exemplo: ſuſcitabis

tabis,ſ.in cordibus auditorum, & uocaberis *ædificator*,i. prædicator,*ſæpium*,i.doctrinarũ,quibus eccleſia ſicut domus ſępibus cingitur,i.munitur. Eccl.36. Vbi ſepes nõ eſt poſſeſsio diripietur. *Auertens*,i.deſtruẽs,ſemitas iniquitatum,i.errores.Dixi ſecundò hortamur abiicere peccata,quæ ſunt cõmiſſa contra Deũ,dicens: *Si auerteris à ſabbatho*, quæ eſt dies, quam ſanctificauit dominus, *pedem tuum*,ſcilicet ut non uadas ad faciendũ mala: *& auerteris facere uoluntatem tuam*,ſ.fœdã & carnalẽ in die ſabbathi,qui eſt dies ſanctus domini:non ꝙ formaliter ſit capax ſanctitatis,ſed quia eſt ſanctis operibus deputatus præ cæteris diebus.*Et uocaberis ſabbathum delicatũ*.i. Deo acceptum,quia non uult tangi nec uiolari per aliquod opus ſeruile in eo. *Et uocaberis ſabbathum ſanctum domini*, ideſt domino ſanctificatum:*glorioſum*,i.gloriæ Dei debitum.*Et glorificaueris eum,dum non facis uias tuas*, i. operationes prauas,quæ ſunt uiæ ducẽtes ad barathrũ. *Et non inuenitur uoluntas tua*,ſ.in ſabbatho: *ut loquaris ſermonem*, otioſum uel mendatioſũm. *Tunc delectaberis ſuper domino*,ſ.qui confert animæ tuæ ſpiritualem conſolationẽ. *Et ſuſtollam te*,i.eleuabo te, *ſuper altitudinem terræ*,i. ſuper terrena omnia ad celſitudinem meam.Et cibabo te, ideſt reficiam, *hæreditate Iacob patris tui*,i. Ieſu Chriſti de ſtirpe Iacob naſcituri,quam hæreditatem communicabit fidelibus ſuis.ex uiſione gloriæ Dei electi.Nota ſecũdum ſanctũ Tho.uidebitur Deus ſine medio. Et mediũ eſt triplex.ſ.differens,obnubilans,& diſponens.Sine medio differenti uidebitur Deus,quia Dei uiſio non eſt per diſtantiam,ſed ꝑ præſentiã:cùm ipſe Deus eſſentialiter ſit ubique.Item uidebitur ſine medio obnubilante,quia tollitur ænigma.Nota nunc multiplex eſt medium inter Deum & nos. Primum eſt medium peccati. Eſa. 59. Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos & Deum,& illud eſt medium impiorum.Secundum eſt medium creaturę. Ro.1.Inuiſibilia Dei à creatura mundi,per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur:& eſt medium philoſophorum.Tertium eſt medium figuræ.1.Cor.10.Omnia in figura contingebant illis. Illud eſt medium patriarcharũ

& pro-

& prophe. Quarũ eſt mediũſcripturę. Pſ. 118. Declaratio ſermonũ tuorum illuminat. Hoc eſt medium theologorum. Quintũ eſt medium fidei. Apoc. 2. Eſto fidelis uſq; ad mortem: & dabo tibi coronam uitæ. Hoc eſt medium fidelium, Sic uidebitur Deus in futuro ſine duobus mediis. Sed ſine terito medio, ſcilicet diſponente, hoc eſt ſine gratia non uidebitur gloria Dei. Et hæc eſt hæreditas patris Iacob. Concordia inter epiſtolam & euangelium. In epiſtola hortatur nos ad abiiciendum ea quæ uiolãt ſabbathum. In euangelio dicitur de naui, quia per abiectionem peccatorum Ieſus intrat nauem animam.

De Euangelio. *Confidite, ego ſum, nolite timere.* *Mar.6.* *Matth 14. & Ioan.6.* Enarratio. II.

Rationabile eſt & congruũ, ut is qui poteſt in neceſſitatibus ſuccurrere, & auxilium præſtare, ꝙ hoc faciat quandoq; nõ rogatus his qui indigẽt: quatenus per hæc in aliorum notitiam ueniat pariter & amorẽ. Spiritualiter, ſic fecit Chriſtus diſcipulis. Figuratur Lucæ 10. Samaritanus ſauciato & ſemiuiuo relicto præſtabat auxilium ſine ſingulari ſupplicatione. Spiritualiter, Samaritanus interpretatur cuſtos, & ſignificat Chriſtũ, qui eſt adiutor in opportunitatibus, ad quem dicimus: Auxilium meum à domino. Ideo uulnerato generi humano ex ſua benigna miſericordia auxilium præſtitit. ad Titum 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos: ſed ſecundum ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit. Sic ſuccurebat diſcipulis, ut cognoſceretur & ardẽtius amaretur in periculo maris eos conſolando. Nã propter hoc uenit iuxta illud Iſa. 61. Spiritus domini ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritos corde. Ideo ad eum confugiant omnes malè habentes quos cõſolatur ſicut diſcipulos ſuos, dicens, *Confidite, ego ſum, nolite timere*, In ſumma euangelii innuuntur duo. Primò diſcipulorum turbatio, ibi: *Cum ſero factum eſſet.* Secundò ſubditur eorum conſolatio, ibi: *Confidite.* De primò dicit: In illo tẽpore, ſ. poſtquã dominus de quinque pani-

bis quinque milia hominum ſatiauit. Tunc turbæ uoluerunt eum facere regē,exiſtimātes ꝙ paſceret eos ſemper,& ꝙ ſub eius regimine eis nihil deficeret. Quod cū Chriſtus cognouiſſet fugit in mōtem, ut habetur Ioā.6. & ut ſcribit Matth. 14.cap. Compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam,& transfretare ultra mare Galileæ.Et fugit ipſe in montem ſolus orare patrē. Dans nobis per hoc exēplum humilitatis:quia quæſitus ad honorē fugit,quæſitus uerò ad mortē ultrò ſe obtulit: ut habetur Ioan.18.Cùm ergo Ieſus ſic fuiſſet in mōte ſolus, diſcipuli fuerunt in medio fluctuum. De quo dicit: *Cùm ſero factum eſſet, erat nauis in medio maris & Ieſus ſolus in terra.* Gloſ. Periculum eò maius erat ratione loci, quia nauis in medio mari,& ratione abſentiæ nautæ,i. Chriſti:ergo qui carent Chriſti ſocietate exponuntur tentationibus. *Et uidit eos laborantes in remigando,erat enim uentus contrarius illis.* Iterùm augmentatur eorum triſtitia rōne uenti. Bæd.hunc textum exponit myſticè de eccleſia,ſic dicens:Labor diſcipulorum in remigando, & contrarius uētus labores ſanctæ eccleſiæ uarios deſignat : q inter undas ſeculi aduerſantis & immundorū flatus ſpirituū ad quietē patrię celeſtis,quaſi ad finē littoris,& ſtationē peruenire conatur. Vt in tribulationibus ſic dicere poſsit cum Pſal.9. Vt quid domine receſsiſti longe,deſpicis in opportunitatibus in tribulatione. Attamē nō obliuiſcitur orationē pauperum,ùt apertè dicitur: *Quia uidit eos laborantes in remigando.* Et ſi ad horam differre uidetur auxilium, nihilominus eos conſolatur & roborat. 1.Cor.10.fidelis Deus,qui non patietur uos tētari ultra id quod poteſtis.Ideo ſubdit: *Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans ſupra mare.* Chryſo. Nox diuiditur in quatuor uigilias & quæque uigilia habet tres horas: & hæc quarta uigilia fuit prope diē.Sed diceres:Cur tādiu tardauit eos cōſolari?Reſpondetur ſcd'm Theoph. Hoc ꝓmiſit ut doceret eos habere patiētiā,& expectare ī tribulatiōe cōſolationē à Deo,& nō ſtatim deſperare ut aliqui faciūt. Iac.5. Patientes eſtote & uos,& cōfirmate corda ueſtra,&c. Ecce agricola patiēter expectat ꝓtioſū fru-

fructum terræ, patienter ferēs, donec accipiat temporaneū & ſerotinū. Sed diceres. Quomodo in mortali corpore potuit ambulare ſuper mare? Reſpondet Hugo, ꝙ hoc euenit ratione dotis agilitatis & ſubtilitatis corporis. Greg. ratione aquæ ſuppeditantis & obedientis ſuo creatori. Dionyſius: ſicut ignoramus qualiter de uirginis utero proceſsit ſine læſione ſigilli uirginalis: ſic & hic. *Et uolebat præterire eos.* Aug. Quia in diuerſum ibat, quia eis ita apparuit ut in mente eorum fuit: erant enim paruæ fidei. *At illi ut uiderunt eum ambulantē ſuper mare, putabant phantaſma eſſe, quod eſt apparitio rei exiſtentis.* Timentes ne eſſet apparitio alicuius ſpiritus maligni eis nocere uolētis. Ecce parua fides diſcipulorum. Licet enim uiderant eum multa ſigna feciſſe, & præcipuè in multiplicatione panum: tamē non crediderunt eū ſuper mare poſſe ambulare. Sequitur: *Et exclamauerunt. Omnes enim cùm eum uiderunt turbati ſunt.* Teophilus: Maiorem eis incutit timorem per apparitionem: ex eo quia phātaſma putauerūt. Hæc ille. Et ſi cognouiſſent eum non immeritò fuiſſent cōturbati, ex eo ꝙ uoluit eos præterire, quaſi nollet eos in periculo adiuuare. Eodē modo contingit nunc eccleſiæ fidelibus in tentationibus paſsionum, ſiue aduerſitatū exiſtentibus, prout dicit Bæda in homilia ſic inquiēs: Sic enim ſæpe diuina pietas fideles in tribulatione poſitos ſuprema pietas deſeruiſſe uiſa eſt: ut quaſi laborātes in mari diſcipulos Ieſus præterire uoluiſſe putaretur. Vnde eſt illud eccleſiæ martirii certamine deſudantis: Quare oblitus es mei dum conſtringuntur omnia oſſa mea? &c. Sed dicunt inimici deridentes: Vbi eſt Deus eorum? quaſi naufragium paſsis nauigantibus Apoſtolis dicit ipſe Deus eorum: Cùm tranſieris per aquam ego tecum ero, & flumina non operiēt te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Vnde nunc rectè ſubdit: *Et ſtatim loquutus eſt illis, et dixit eis, Confidite ego ſum, nolite timere.* Hoc uerbum ſecundum Chryſoſtomū & timorē ſoluit, & fiduciā præparauit, ꝙ autem dicit, *Ego ſum*, ait Hieronymus, nec ſubiūgit, quis ſit: quia ex uoce ſibi nota poterant intelligere eum, qui

per

per obſcuræ noctis tenebras loquebatur: uel ipſum eſſe ſcire poterāt quem loquutum ad Moyſem nouerāt: Hęc dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me ad uos. Hæc ille. Vtinā & nos in maximis timoribus poſitos hoc ſuo uocabulo. ſ. ego ſum, dignaretur miſericorditer conſolari, præcipuè in mortis articulo, ubi eius pręſentia nobis maximè erit neceſſaria. Sciendum hic ꝙ eadem uox Chriſti quoſdam terret. Ioan. 18. Hæc cùm dixiſſet abierat retro, &c. Quoſdam uerò oblectat ſicut Mariā Magdalenam cùm eū quæreret ad ſepulchrum. Et nunc diſcipulos in tribulatione: ſic ēt in prędicatione una & eadē uoce unus cōturbatur, alter lætatur. Timor. n. illorū eſt cauſa perturbationis: amor aūt aliorū eſt cauſa conſolationis. Vnde ad tribulatos, & patienter eum expectantes libēter aſcēdit, ſicut hic ſequitur: *Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit uentus:* Sicut. n. Chriſti abſentia eſt cauſa perturbationis: ſic eius pręſentia eſt cauſa conſolationis, & aduerſitatis ceſſatio. Będa in homilia, In quocunque corde per gratiam ſui amoris adeſt, mox uniuerſa uitiorum, & aduerſantis mundi & malignorum ſpirituum bęlla quieſcunt. Hæc ille, Vnde ſequitur de apoſtolis: *Et plus magis intra ſe ſtupebant. Non enim intellexerunt miraculum de panibus. Erat enim cor eorum obcæcatū.* Vnde Bæda in homilia: Dominus qui dem in miraculo panum quàm eſſet conditor rerum oſtendit. Et in ambulando ſuper undas, ꝙ haberet corpus ab omni grauamine peccatorum liberū edocuit: & in placando uentos undarumque rabiem ſedando, ꝙ elementis dominaretur monſtrauit. Sed carnales adhuc diſcipuli nondum eum adeſſe cognoſcebant. Et quidem uirtutum magnitudine ſtupebāt: necdum ueritatem in eo diuinæ maieſtatis cognoſcere ualebant. Hæc ille. Conſequenter pro ſecundò principali tangitur ſuccurrentis benignitas medicatiua quam comportatio probat populoſa. *Et cum transfretaſſent uenerunt in terram Genezareth, & applicuērunt. Cumque egreſſi eſſent de naui cognouerunt eum,* ſ. illi de terra Genezareth. Quia per famā quam audierant, & per miracula quę aliqui eorum uiderant, cognouerunt ꝙ ille erat, qui infirmos curabat: ali-

quibus

quibus etiam, ut dicit Bæda, uultu notus erat. Miſticè. Sciendum, ꝙ cùm de naui pœnitentię egreſsi fuerimus, quando ſcilicet per mortē ad portū cœleſtis patrię uenerimus; tunc cognoſcemus eum, & nos facie ad faciē, quē hic per ſpeculū in ęnigmate perſpeximus: ut habetur primę Corint. 13. cap. Multi ēt Gentilium & Iudęorum cognouerunt Chriſtum in eum credendo, ſed non credidiſſent niſi Apoſtoli pro maiori parte prius egreſsi fuiſſent de hoc mundo ad cœleſtem patriam. Sequitur: *Et currentes per uniuerſam regionem illam, cæperunt in grabbatis illos, qui ſe male habebant, circumferre ubi audiebant eum eſſe.* Bæda: Vide quanta ſit fides hominum terrę Genezareth: ut non præſentium tantùm ſalute contenti ſint, ſed mittūt ad alias per circuitum ciuitates, ut omnes currant ad medicū. Hęc ille. Sic & nos non debemus eſſe contenti, ꝙ ſoli ſaluemur per cōfeſsiones & prędicationes: ſed & oēs malè habentes in anima quantuncunque diſtantes afferre debemus ut ſanentur. *Et quocunque introibat in uicos, aut uillas, aut in ciuitates ponebant infirmos, & deprecabãtur eum; ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerent. Et quicunque tangebant eum, ſalui fiebant.* Vnde autem tales didicerant ut fimbriam eius tangerent, ſi ſanitatem conſequi uellent, indicat Chryſ. dicens: Mulier enim quę fluxū ſanguinis patiebatur uniuerſos hanc ſapientiam edocuit, ut ſi tangerent fimbriam ueſtimenti Chriſti ſanarentur. Patet etiam ꝙ Chriſtus tempore quo abſens fuit, non ſolū fidem eorum diſſoluit, ſed & maiorē reddidit, cuius uirtute omnes ſaluati ſunt: quia, *quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.* Hęc ille. Si talis medicus adhuc eſſet oēs poſt eum currerent, ut ſanitatem corporum reciperent. Qui ſi rectè crederent, ad unitatem eccleſiæ credendo & operando currere deberent. Quæ quidem eccleſia per gratiā quam accepit, & in ſacramentis quę diſtribuit, ſanitatē animarum conferre non deſiſtit. Nota ſpiritualiter: Si uis ſanari ab infirmitate animę, tange ueſtimenta eius, ſcilicet humilitatis. Pſ. 103. Abyſſus ſicut ueſtimentum amictus eius. Sicut .n. abyſſus eſt inſtabilis, ſic unio humanę naturę cum diuina, Prima ſummitatem, ſ. natiuitatis:

tatis: q̄m uilibus pannis inuolutus eſt. Secundò mediū, ſ. proceſſum uitæ p̄dicando, ieiunando, ambulando. Tertiò fimbriam. ſ. aduentum ad iudicium. Ioan, 5. Omne iudicium dedit filio. Matt. 25. Videbunt filium hoīs, &c. Et ſanaberis in anima. Et generaliter, omni tempore. Ezec. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab oībus peccatis ſuis, q̄ operatus eſt, &c. uita uiuet, & non morietur. Et hoc cognouit Pſ. 141. In quacunq; die inuocauero, &c. ſ. iuuentutis & ſenectutis. Itē generaliter in omni populo. Act. 10. In ueritate comperi, nō eſt acceptor perſonarū deus ſed in omni gente qui timet eum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi Non plus diuitem q̄ pauperem, ſeruum quàm dominum. Ezec. 18. Ecce omnes animæ meę ſunt. Item generaliter in omni infirmitate ſpirituali & corporali. Matt. 4. Circuinibat Ieſus totam Galileam docens in ſynagogis, & ſanans omnem languorem & infirmitatem in populo. Grego. Cęleſtis medicus ſingulis uitijs adhibet medicamenta. Ergo tange, fide, oratione, & amore, propter, ſanitatem recipiendam. Myſticè, per mare, in quo laborabant diſcipuli intelligitur præſens mundus. Nam mare multas habet proprietates. Primò, in mari eſt aurę inſtabilitas. Et ſic homo in præſenti mundo eſt inſtabilis. Iob. 14. Nunquàm in eodem ſtatu permanet. Sed ſicut in mari fluctus eleuantur & deprimuntur: ſic & in præſenti mundo eleuatur homo per ſuperbiam Pſalm. 91. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos. Et deprimitur per paupertatem, denique eiicitur in profundum peccatorum. Eccle. 27. Propter inopiam multi deliquerunt. ſ. rapientes aliena. Aut ſe uenales exponunt in luxuria. aut diuitibus inuident. Ideo Pſ. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. Illam inſtabilitatem non euades dummodo es in mundo. Aug. Inquietum eſt cor meū donec requieſcat in te. Secundò in mari eſt aquarum multiplicitas. Eccl. 1. cap. Omnia flumina intrant mare, &c. Et ſic in mundo miſeriæ multitudo. Thren. 2. cap. ſic habetur: Magna eſt. n. uelut mare contritio tua. Et Iob. 14. cap. dicit: Repletur multis miſeriis. Eccleſ. 2. cap. Cuncti dies eius doloribus et ærumnis pleni ſunt. ſ. à die natiuita-

tis uſq; ad diem mortis. Tertiò in mari piſces maiores deuorant minores: Et ſic potentes in mundo opprimunt pauperes, Iac. 2. cap. Nonne diuites ꝑ potētiā opprimūt uos? Quartò in mari eſt fluctus uelocitas, & ſic in mūdo uitæ breuitas. Vnde Iob. 14. c. Breues dies hominis ſunt. 2. Reg. 14. omnes morimur & quaſi aqua dilabimur. Nā ſicut ſemita nauis non uidetur, & uolatus auis: ſic priorum non eſt memoria. Baruch 3. Vbi ſunt principes gentiū, qui dominantur beſtiis terræ: qui in auibus cœli ludunt, qui argentum theſaurizāt & aurū in quo cōfidunt homines: & non eſt finis acquiſitionis eorum? Deſcenderunt ad inferos & alii loco eorum ſurrexerunt. Quintò in mari eſt periculoſitas, & ſic in mundo. Eccl. 9. Neſcit homo finē ſuū, &c. Similiter incertitudo in anima. Eccl. 9. Nemo ſcit an amore uel odio dei dignus ſit. Ideo ſi uolumus ſecurè peruenire ad litus ſalutis, aſcēdamus in nauem pœnitentiæ, de qua Iſa. 60. Me. n. inſulæ expectant & naues maris in principio ut adducā filios de longe. i. de uijs peccatorum. Et iterum Iſa 60. Filij tui de longe uenient quia peccatores elongati ſunt à Deo Pſ. 168. Lōgè à peccatoribus ſalus. Hanc nauem debemus aſcēdere multis de cauſis. Nā primo aliquis aſcendit nauē ne ſubmergatur in ꝓfundum: & ſic nos. Nam oēs non exiſtentes in naui pœnitentiæ ſubmerguntur in anima. Luc. 13. Niſi pœnitentiam egeretis, oēs ſimul peribitis: ut Iudas, Cain, Eſau, &c. Secundò aliquis aſcendit nauem ꝓp propriam utilitatem. Et ſic aſcendere debemus in nauem pœnitentiæ, quia per eam mercabimur remiſsionē peccatorum. Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam de iniquitatibus ſuis: omnium iniquitatū eius non recordabor. Itē aſcenſus in nauē pœnitentiæ cōfert gloriā Matt. 3. Pœnitentiā agite, appropinquabit. n. regnum cœlorum. Item aſcenſus in nauē pœnitentiæ liberat ab inimicis. Ezech. 13. Tradam te inimicis ꝓp peccata tua: & per pœnitentiā liberaberis. Et Ezech. 18. Conuertimini & agite pœnitentiā: & non erit uobis iniquitas in ruinā: Pſ. Ne tradas beſtiis animas confitentium tibi. Tertiò debemus aſcendere nauem pœnitentiæ propter Christi benignitatem.

Ro.2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit. De hac benignitate dicitur c.11. Miſereris omnium domine quia omnia potes: & diſsimulas peccata hominum propter pęnitentiam. Et Ezech.18. Nolo mortem pęccatoris, &c. Et 1. Timo.2. Deus uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quartò debemus aſcendere nauem pœnitentiæ propter temporis opportunitatem, 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. Pſa.101. Miſereberis Syon, quia uenit tẽpus. Item notandum, aſcendentibus nauem pœnitentiæ triplex eſt uentus contrarius. Primus uentus eſt tẽtatio diaboli. Iſte eſt uentus, de quo dicitur Iob. 1. Ventus uehemens irruit à regione deſerti & concuſsit quatuor angulos domus. Quatuor anguli domus, ſunt quatuor uirtutes animæ. ſ. prudentia, iuſtitia, temperãtia, & fortitudo. Tunc iſti quatuor anguli concutiuntur & domus cadit, quando homo grauem tentationem paſſus non habet uſum iſtarum uirtutum. Huic uento debet homo reſiſtere per fidem. 1. Pet. 5. Vigilate quia aduerſarius ueſter, &c. Cui fortiter reſiſtite in fide. Secundus eſt uexatio carnis. Gala.5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ. Sed oportet reſiſtere per abſtinentiam, ſ. abſtinendo à delectationibus paruis, & à ſuperflua cibatione & potatione. Eph. 5. Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria. Ideo Apoſtolus talem materiam in ſe refrænabat dicens 1. Cor.9. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo. Tertius uentus eſt mundus. Ioan.16. In mundo preſſuram habebitis. Huic uento debemus reſiſtere per fugam. 1. Ioan.2. Nolite diligere mundum neque quæ, &c. Quia dicit Augu. Mundus uult ſeruitores ſuos uorare & non portare. Ideo rogabat propheta, Pſal.68. Non me demergat tempeſtas aquę, neque abſorbeat me profundum. Item contra pericula maris nautæ multa faciunt. Primò naues exonerant, ſecundò aquas exhauriũt, tertiò rupturas obſtruũt, quartò anchoram iaciunt. Primò naues exonerant, & ſic nos nauem animę exonerare debemus per largitionem eleemoſynæ. Dan.4. Peccata tua eleemoſynis redime. Figuratur Ionæ.1. Vbi nautæ proiecerint bona ad mare

ut ſaluarentur.Spiritualiter ſic nos tẽporalia.Pſ.71.Animas pauperũ ſaluas faciet,& ex uſuris & iniquitate redĩmet animas eorum.Sed heu de aliquibus cõqueritur.Pſ. 48.Simul inſipiens & ſtultus peribunt : relinquent alienis diuitias ſuas,&c.Secũdò exhauriũt aquas. Et ſic nos abiicere debemus ſuperbiam per humilitatem . Thre. 2. Effunde ſicut aquam cor tuum ante cõſpectum domini. Nam qui ſuperbiã non effundit, hic peribit.Pſ.82.Deiecĩſti eos dum alleuarentur:& ſubito perierunt p̱p̱ iniquitatem ſuam.Et econtrà Prou. 29. Humilem ſpiritus ſuſcipiet gloria.Tertiò rupturas obſtruunt:ſic nos foramina ſenſuum obſtruere debemus per timorem domini.Quia dicitur Hier.9.Mors intrauit per feneſtras,ideſt per ſenſus exteriores.Eccl.15. Qui timet Deum,faciet bonum. Quartò anchoram iaciunt in profundũ.ſ. ſpei. Vnde ad Heb.6. Fortiſsimum ſolamen habeamus, qui confugimus ad tenendum propoſitam ſpem.Pſal.26.Saluos faciet ſperantes in ſe,&c.

DOMINICA I.

DE EPISTOLA.

Hortamur nos ne gratiam Dei in uacuum recipiatis.
2. Corinth.6. Enarratio I.

SOLENT principes quando pugnaturi ſunt cũ hoſtibus ſuis pręmonere populũ ſuũ,ut ſtrenuè agãt.Spiritualiter, ſic nũc exercitus militiæ Chriſtianę ad pugnã egreditur contra nequitias dęmonũ & aduerſus acies uitiorum. Idcirco Apoſtolus tanq̃ dux belli ſtrenuus exhortatione prudenti nos animat in epiſtola hodierna ſicut p̃cepit dominus Deu.20. Appropinquante p̃lio ſtabit ſacerdos ante aciẽ: & ſic loquetur ad populum:Audi Iſrael, uos hodie cõtra inimicos ueſtros pugnã cõmittitis,nõ ꝑtimeſcat cor ueſtrum, nolite metuere:

tuere: nolite cedere nec formidetis eos, quia dominus deus ueſter in medio ueſtri, eſt & ꝓ uobis cõtra aduerſarios dimicabit: ut eruat uos de periculo. Talia ſacerdos ſtãs ante aciẽ loquatur ad populũ. Spiritualiter, ſic hodie hortatur nos Apoſtolus, ut arma regis noſtri nõ abiiciamus ſed in eis uiriliter dimicemus: cũ ait, *hortamur uos ne gratiã, &c.* In ſumma epiſtolę tria innuũtur. Primò hortatur nos ad uirtuoſam operationẽ, ibi, *hortamur.* Secundò ſubdit tẽporis beneplaciti ſuſceptionẽ, ibi *ecce nunc.* Tertiò docet nos habere copioſam perfectionem, ibi, *In omnibus exhibeamus, &c.* Vel ſic. In ſumma epiſtolæ duo innuuntur. Primò hortatur nos ad ſuſceptę gratiæ oſtẽſionem, ibi. *fratres hortamur.* Secundò ꝓhibet ſcandali offenſionẽ, ibi, *Nemini dantes ullam offenſionem.* De primo dicit: *Hortamur uos ne gratiam Dei in uacuum recipiatis.* i. ne ſine fructu Dei gratiã, quã ſuſcepiſtis, ſtare faciatis. Pro quo nota, multa ſunt bona quæ præſtãtur nobis ex Dei gratia. Prima ſunt bona naturalia, quæ contulit nobis in ipſa creatione, corpus cum ſenſibus: animam cum uiribus, ſcilicet potentiam diſcernendi inter bonum & malum: potentiã appetendi bonum & deteſtãdi malum: dedit nobis ſimiliter & liberum arbitrium, ut liberè & nullo cogente declinaret homo à malo, & faceret bonum. Et per hoc mereretur bonum æternũ. Deut. 30. Teſtes. n. inuoco cœlum & terram, ꝙ propoſuerim uobis uitam bonã & benedictionem & maledictionem. Elige ergo uitam. Et Eccl. 25. Appoſui tibi aquam & ignem: ad quod uolueris extẽde manũ tuã. Et in hac libertate conſiſtit tota dignitas hominis. Vnde ualde ſtulti ſunt qui dicũt: Quare deus non fecit hominem talem qui peccare non poſſet? quoniam aliàs non eſſet merito ſuo commendabilis. Hæc eſt enim maxima commendatio uiri iuſti, qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus. Ecc. 33. Hanc gratiam in uacuum recipiunt qui malum diligunt & bonũ fugiunt, & qui exhibent membra corporis arma iniquitatis. Alia bona quæ habentur ex dei gratia ſunt temporalia, ut ſanitas corporis: tranquilitas temporis: & fertilitas rerum. Sed miſeri ſanitate corporis abutuntur lu-

xuriando. Vnde Salomon.Prou.5.cap.Ne des alienis.i. dæmonibus honorem tuum. Singuli habent honorem ſuum. Coniugati habent honorem coniugij: continentes honorem continentię: uirgines honorem uirginitatis.Et annos tuos crudeli.ſ.tempus tibi ad pœnitentiam deputatum ne diſsipes.Nota multi ſunt modi quibus cognoſcitur, ꝙ quis gratiam dei in uacuum recipit. Primò quando quis gratias deo non agit.Bern.Non eſt dignus dandis,qui nō agit gratias de datis.Secundò quando bonum quod habet de gratia quaſi propter meritum ſuum ſibi attribuit, quod eſt contra Apoſtolum. 1. Corin. 4. cap.Quid habes quod non accepiſti? Auguſt. Memento quidquid habes aliunde habes: imperfectè habes amittere potes.Tertiò quando gratiam collatam & gratis datam quaſi uoluntariè reiicit.De quo Oſeæ 8.cap.Proiecit Iſrael bonum.Chryſoſt. Gratia eſt adiutorium infirmitatis humanę.ſ.ut mundū & diabolum uincat.Exemplum in Vitis patrum de illa muliere, quæ cum uiciſſet diabolum,& dæmon dixiſſet,uicit me illa: reſpondit illa:Non ego ſed dominus meus.Apoſtolus.2.Cor.11.Nō ego, ſed gratia dei mecum. Quartò quando ſecundum eam non operatur.1,Tim.4.Noli negligere gratiam dei quæ in tę eſt. Quintò quando in gratia non perſeuerat. Heb.13.Optimū eſt gratia ſtabilire cor.San.Quid ꝓdeſt cibus corpori qui aſſumitur & ſtatim reiicitur,& ſic gratia animæ ſi cito perditur?Chryſ.Tolle perſeuerantiam, nec habet mercedem obſequium,nec gratia beneficium, nec fortitudo laudē.Itē per gratiam dei poſſumus intelligere beneficium redēptionis,De qua gratia.2.Cor.8.Scitis gratiā domini Ieſu Chriſti cū diues eſſet ꝑꝑ nos egenus factus eſt, ut illius inopia diuites eſſemus. Eccl. 29. Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris.Et Aug.loquens de tali gratia dicit: Redimit uenditos,uiuificat occiſos, honorificat iniuriatos. Gratiam iſtam in uacuum recipit,qui tanti beneficii immemor exiſtit.ſ. per ingratitudinem,quod eſt maximum peccatum,ut dicit Ber.Ingratitudo eſt uentus urens exſiccans fontem pietatis.Idcirco in præſenti tempore non debemus gratiam dei in uacuum

tuum recipere.Rationem ſubdit: *Tempore accepto exaudiui te*.ſ.a peccatis liberando.Gala.4.At ubi uenit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum,&c. Et ſubdit: *In die ſalutis*.ſ.quo notā eſt uera mundi ſalus:audiui te.ſ.per miſericordiam tibi exhibitam.Dicit ergo: *Ecce nunc tempus acceptabile*.ſ.ad agendum pœnitentiam,quia nunc acceptatur ſacrificium iuſtitię : ecce nunc dies ſalutis , ſ. ad promerendam gloriam : quia nunc acquiritur meritum ſalutis æternæ . Hanc gratiam in uanum recipiunt , qui de die in diem pœnitere differunt.De quo Iob.24.Dedit ei dominus locum pęnitētię. & ille abutitur eo in ſuperbia.Apo.2.Dedit ei tempus ut pęnitentiam ageret,& nō uult pęnitere à fornicatione ſua.Tales ſunt habētes uocem coruinam dicentes: Cras crás: protrahentes uſq; ad ſabbathum paſchæ.De quibus Eccl.5.Nō tardes conuerti ad dominum deum tuum.Nōta,multa ſunt quæ promouent hominem & hortantur ad pęnitentiam . Primū dei benignitatis.Secundum temporis opportunitas Tertium pęnitentię utilitas.Quartum eſt durationis uocibilitas ut habetur alibi.Attamen ſciendum eſt ꝙ multiplex legitur tēpus in ſacra ſcriptura.Eſt.n.tempus acceptabile,tempus miſerabile,tēpus formidabile. De j.dicitur in textu:*Ecce nunc tempus acceptabile*.ſ.in quo medicus per ſe uenit offerens unguenta ſuauitatis,& curans uulnera peccatorum.In quo tempore poſſumus conſtituere pacē cum angelis & hoībus.Hie.8.Expectauimus pacem & non uenit,quæſiuimus tempus medelæ,& ecce formido.Vbi loquitur de hoc tempore gratiæ deſiderans illud uidere.Et hoc tempus gratiæ nunc habes. Nam tempus quadrageſimæ eſt acceptabilius ad lucrandum quā alia tempora.Primò,quia campſores nunc in locis ſuis inueniuntur.i.pœnitentiarij parati ad audiendas confeſsiones.O quàm felix mutatio fit in foro pœnitentiali. Vilisſima.n.moneta eſt quam peccator apportat:& pretioſiſsima eſt quam deportat:quia peccata ſua ibi dimittit & gratiam dei ibi acquirit. Tob.3. In tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te.Item in quadrageſima quaſi in nundinis dei abundantius uenalia

exponuntur.ſ.ipſum regnum cœlorum. Vnde dicit Aug. uenale habeo, quid? regnum cęlorum, & tantum ualet quantum habes. Attamen in nundinis iſtis quid pcipuè emendum ſit, oſtendit nobis dominus, Apoc.3. Suadeo tibi emere à me aurū igne probatum ut locuples fias. Aurum iſtud eſt caſtitas aut charitas: Vnde aurū emunt qui charitati ſtudēt. Sed ſunt aliqui qui in nūdinis iſtis plumbum uel argentum emunt. Illi re uera emunt plumbū qui opera miſericordiæ in mortali faciunt. Opera.n. mortalia ad ſimilitudinem plumbi ſunt ponderoſa & nō pretioſa. Argentum.n.emunt, qui ſapientiam huius mūdi ſequuntur. Nam ſicut argentum non reputabatur alicuius ptii tempore Salomonis ut habetur.3. Re. 10. ſic ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deū.1. Cor. 5. Ideo in hoc tēpore debemus emere aurum charitatis & miſericordię. Pſ.101. Quia tēpus miſerendi eius, quia uenit tēpus. Et hoc tēpore ſtrictiſsima eſt reddenda ratio. Anſel. O lignū aridum quid reſpōdebis cū exigetur à te uſq; ad oculi ictum, &c. Bern. Omne tēpus tibi impenſum requiretur à te qualiter ſit expenſum. Sed heu conqueritur Hiere. de aliquibus cap.8. Miluus in cęlo cognouit tēpus ſuum, hyrūdo & ciconia cuſtodierunt tempus ſuum. Sed miſer peccator hoc tempus refutat & negligit. Cùm tamen, dicit Bernar. nihil pretioſius tempore: quia de eo ualde exiguum pſtatur nobis. Quarto Phyſicorum: Nihil habemus de tempore niſi nunc. Ergo ſumma cum prouidentia eſt ad ſalutem animę in eo reſpiciēdum. Eccl.9. Quodcunq; pōt manus tua operari, inſtāter fac: Et Iſa.55. Quærite dominum dum inueniri pōt: inuocate eum dum prope eſt.ſ.in tempore præſenti. Secundum eſt tempus miſerabile, ſcilicet tempus mortis. De quo 2. Timot.4. cap. Tempus reſolutionis meæ inſtat.i. mortis, quod eſt incertum. Eccleſ.9. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces hamo, & aues laqueo capiūtur, ſic homines in tempore malo. Et loquitur hoc de carnalibus, qui non præuident diem mortis: & ideo quaſi irrationabilia animalia reputantur ad locum damnationis: Iob.21. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad

ſonitum organi,ducũt in bonis dies ſuos: & in puncto ad infernũ deſcendunt. De hoc tẽpore dicitur Eccl. 11. Si homo annis multis uixerit,& in his omnibus lętus fuerit,meminiſſe debet temporis,ideſt mortis. Et in hoc tẽpore difficile eſt pœnitere, Aug. tunc morbus urget,pœna terret,uox clamat,mundus delectat. Eccl. 18. Cõfiteberis uiuens,uiuus & ſanus confiteberis. Greg. Timẽdũ eſt qui tempus ſenectutis expectat ad pœnitendum, ne dum ſperat miſericordiam,inueniat iudicium. Bern. Infœlix homo qui florem iuuentutis offert diabolo: & fęces ſenectutis Deo. Pſ. 58. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Eccl. 14. Ante obitum operare iuſtitiam, ante languorẽ adhibe medicinam. Dicit enim Aug. in lib. de pœnitentia,& habetur diſt. 7. cap. Nullus expectet quouſque peccare nõ põt,arbitrii libertatem requirit dominus ut deleat commiſſa,non neceſsitatem. Ideo ſubdit, periculoſiſsimum eſt uſque ad mortẽ protrahere, Matt. 6.& Luc. 13, cap. Contendite intrare per anguſtam portam,ſ. pœnitentiæ ne claudatur ianua diuinæ miſericordiæ, Greg. in Mora. ſuper illud: Clauſa eſt ianua, Qui tẽpus congruum pœnitentiæ perdidit: fruſtra ad regis ianuam precibus pulſat, Non enim poſt iudicium precum aut meritorũ locus erit. Auguſt. de uerbis domini: Tunc ianua lugentibus clauditur quæ non quotidie pęnitentibus aperitur: tunc erit pœnitentia,ſed nõ fructuoſa, &c. Tertium eſt tẽpus formidabile. De quo Pſal. 74. Cũ accepero tempus,ego iuſtitias iudicabo. Non ſolum iuſtitias, ſed iniquitates & malitias. Vnde 2. Cor. 5. Vnuſquiſque recipiet prout geſsit,ſiue bonum,ſiue malũ. De hoc tẽpore Matt. 13. In tempore meſsis dicã meſſoribus, colligite zizania & alligate ea in faſciculos & proiicite in ignem: & ibi erunt æternaliter. Pſal. 80. Inimici domini mẽtiti ſunt ei: & erit tẽpus eorũ in ſecula. Ideo ad Gala. 6. Dum tẽpus habemus operemur bonum. Nam in illo tẽpore formidabili non poterimus pœnitere. Pſ. 6. In inferno quis cõfitebitur tibi? q.d. nullus. Ideo Apoc. 10. Iurauit angelus ꝙ poſt hoc tempus, nõ erit amplius tẽpus,ſ. miſericordiæ & pœnitẽtię,ſed iuſtitiæ. Ideo ſubdit

dit Eccl.4. Fili obſerua tempus. Rationē ponit Hieron. Sicut non perit capillus de capite, ſic nec mometum de tempore. Et Chryſoſtomus, Omni rei oportet magis parcere quàm tempori. Aurum ſi perdideris recuperare poteris: tempus autem non reſumes, ut legitur in Vitis patrum de anima plangenti pœnam: & inter multitudinē pœnarum deplanxit amplius tempus perditum.

De Euangelio. *Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu ut tentaretur a diabolo. Matt.4. Marci. 1. Lucæ.4.*

Enarratio. II.

VBi duo haſti luſores haſtiludunt ſimul: tunc ſi unus cadit, alter eius fautor & amicus capit eius arma, haſtam, & galeam: & in ſpecie prioris illo ignorāte appropinquat. Spiritualiter, & ſic quando primus homo bellauit cum diabolo: tunc amicus noſter Ieſus Chriſtus induit noſtræ carnis loricā & haſtam noſtræ fragilitatis cū galea defectuoſitatis: & appropinquauit ad eū, ſ. diabolum ipſo ignorante. Figuratur 1. Mach. 13. poſtq̄ Triphon uicit & occidit Ionathan, tunc Symon frater eius aſſumpſit ſibi populum fratris: & officiū: & uindicauit fratrē, & occidit Triphon. Spiritualiter, Per Triphon intelligitur diabolus qui ſuperauit Ionathan, i. primū hominē quouſque uenit Symon, ideſt Chriſtus obediēs patri: & iſte nos uindicauit in eadē forma humana. Ioan. 12. Nūc princeps huius mundi eiicietur foras. Aliud thema: Videmus ꝙ ubi rex militiā ſuam ad pugnandū mittit, ſi contingat eos male pugnare: ita ut dux exercitus & alii probi uiri quidā occidantur, & quidā captiuantur: tunc rex aſſumit per ſe arma, & uadit ad prælium ad ulciſcendū iniuriam ſuorum & uerecundiam. Et qui fugerunt non ſunt auſi faciem eius uidere. Spiritualiter, ſic eſt de genere humano & Chriſto. Figuratur Ioſue 7. Cūm mitteret Ioſue de Ierico uiros contra Haij percuſſi ſunt & corruerūt. Ipſe aūt Ioſue reuerſus ꝑcuſsit uiros Haij, ita ut nullus de tanta multitudine ſaluaretur. Spiritualiter, Chriſtus Rex cœli cùm uideret genus humanum in

campo huius uitæ ſuccumbi, & Adam ducem cum maiori parte proſtratum induit armaturā. Ad Philippēſes ſecundo: Habitu inuentus ut homo, in deſerto huius mundi. Pſ. 14. In te eripiar à tētatione. 2. Petri 2. Nouit Deus pios à tentatione eripere. De quo introitus: Inuocauit me, &c. In epiſtola hortamur: Ecce nunc in die ſalutis adiuui te. In ſumma euangelii tria innuūtur. Primò quō Chriſtus audacter bellum eſt ingreſſus. Secundò quomodo callidus hoſtis eum eſt aggreſſus, ibi, *Et accedēs &c.* Tertiò quomodo fortiter idem hoſtis eſt oppreſſus, ibi, *Vade ſathanas.* De primò dicitur: In illo tempore, ſ. poſt baptiſmum immediatè, *Ductus eſt Ieſus in deſertum.* Glo. Quod eſt inter Hieruſalem & Iericho: ut dicitur Lucę decimo: Et hic ductus fuit à libertate arbitrij: ergo à ſpiritu ſancto. 2. Corinth. 3. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Et fuit hic ſpiritus qui in ſpecie columbæ manſit ſuper eum. De quo Iſaiæ 63. Spiritus domini ductor eius fuit. Subdit rationem, *ut tentaretur à diabolo.* Chryſoſt. Chriſtus ſciebat ꝙ diabolus eum tētare deſiderabat, & tamē diabolus aduerſus Criſtum in re non poterat, ideo Chriſtus contra diabolum proceſsit. Sed diceres, cur in deſerto & non alibi? Reſpondet Baſi. quia locus ſolitarius eſt tentationi aptus: ut patet in prima muliere. Sed diceres: Cur tentari uoluit Chriſtus? Reſpondetur multis de cauſis ſecundum ſanctum Thom. parte 3. q. 41. arti. 1. Primò ut nos omnes tentandos oſtenderet. Eccl. 2. Fili ad tentationem præpara animū tuum. Et ſecundum Hylarium, ut oſtenderet omnem hominē quantumcunque ſanctum eſſe tentationibus ſubditum. Iob. 6. Militia eſt uita hominis ſuper terram. Secundò, ſecundum Chryſ. ut audaciam diaboli reprimeret, & nobis contra tentationes auxilium ferret. Tertiò, ut nullus tentatus indignaretur. Matth. 10. Non ſit diſcipulus ſuper magiſtrum. Auguſt. Magna eſt conſolatio membris a capite. Innocētius: Nō deſperet qui tentatur: quia tentatus eſt Saluator. Quartò ut eis aſsiſteret. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis, &c. Greg. Sicut morte ſua Chriſtus noſtram uicit: ſic noſtras tentationes

nes ſuis ſuperauit. Nota tamen, Grego.dicit ꝙ tentatio tribus modis fit,ſ.ſuggeſtione,delectatione, & cōſenſu. Suggeſtione ſaltē extrinſeca,& non intrinſeca: quia in carne tentatus eſt Chriſtus. Et hoc non eſt peccatum: & non delectatione ubi eſt peccatū ueniale, nec conſenſu in quo eſt peccatum mortale:ut dicit Aug.Moraliter per deſertum intelligitur pœnitētia,quia dicit Aug. Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtrnctio. Sed Chriſtus ductus eſt à ſpiritu,ſ.ſancto,in deſertum. Et ſic homo per ſe nō poteſt ingredi deſertum pœnitentiæ, ſed per ſolam gratiā,ad Rom.8. Quicūq; ſpiritu Dei aguntur hi filii Dei ſunt.Primò filii Dei ſunt,q̄a in heremo ſunt aquę amaræ,& ſic cōtritio in pœnitētia.Thre.2.Velut mare cōtritio tua.Itē in deſerto ſunt igniti ſerpentes, i. impugnatio diabolica.Vnde Petrus Rauennenſis:Auctor malitię, origo nequitiæ,ſemper hominibus laqueos protendit,& foueas fodit.Innocentius:Nullus putet ſe in hac peregrinatione omnino tentationibus diaboli poſſe carere,nulla perſona,nullus locus,nullū tempus excluditur.Ecce q̄ callidus.Non hominem qualencunque, ſed Ieſum, ideſt ſaluatorem,qui peccatum nō fecit,tentauit.Quid faciet peccatoribus ſi Chriſtum tentauit in heremo, ubi nulla tentandi cauſa uel occaſio?Quid faciet manenti in ciuitate ubi loci amœnitas,ueſtiū pretioſitas, diuitiarū iactantia:Si ieiunantē,quid in deliciis uiuentem? Si in tēplo,q̄d in lecto?Gregorius: Maligni ſpiritus quaſi latrūculi iter noſtrum obſident.Subdit: *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus,et quadraginta noctibus,poſtea eſuriit.* Ieiunauit,ſ.ut non ſumeret cibum. Et hoc propter tria. Primo, ut oſtenderet ſe Dei filium. Sed diceres tamen. Moyſes & Helias ēt ita ieiunabant.Soluit Chry.dicens: Illi eſuriunt,Chriſtns non.Ipſi uirtute alterius ſuſtentabantur, Chriſtus propria uirtute. Secundò, ſecundum Baſilium ideo tantùm ieiunauit,ut oſtenderet uolenti uincere diabolum neceſſe eſſe ieiunium. Matth.17. Hoc genus dęmoniorum in ſolo ieiunio & oratione eiicitur. Tertiò, ſecundum Greg.Vt ſuo ieiunio noſtrum ieiunium inſtitueret.Nota tres ſunt cauſæ cur inſtitutum eſt ieiunium

qua-

quadraginta dierũ.Primò quia deliquimus in quatuor Euangeliſtis,& decem pręceptis:ut dicit.Greg. In hoc debemus pœnitere.Secundò ideo,quia ſicut ex lege iube mur Deo offerre decimas totius anni ſrumẽtales:ita decimas temporũ. Nam quadrageſima cõtinet quadraginta duos dies:ſed quia ſex dies dominicos nõ ieiunamus ꝓꝑ gaudium reſurrectionis quo Chriſtus bis comedit. Ideo manẽt tantũ 36.dies ieiunales, ergo adduntur quatuor præcedẽtes: qui quadraginta ſunt decimæ tẽporũ: quia annus habet 365.dies.Tertiò ſcd̃m Ambr. ideo,ꝗa per 40.dies aquę diluuij innundauerunt ſuper terrã ꝓꝑ peccata. Ergo peccata noſtra per abſtinentiam quadraginta dierum deleamus,ut impleamus quicquid deliquimus,ut curſor implet altera die quod in uno neglexit.

Nota, licèt illo tẽpore Chriſtus nihil comederit: nos tamen ſemel ob infirmitatem humanitatis poſſumus cibũ ſumere ad ſufficiẽtiã.Sed diceres, Cur nõ ieiunamus eo tꝑe quo Chriſtus,ſ.poſt Epiphaniam & baptiſmũ?Reſpondetur primò:quia nunc inſtat anniuerſarius Chriſti paſsionis. Ergo ut ſibi cõpatiamur portando crucem pœnitentiæ & cum eo reſurgamus à uitiis & à morte animæ:ideo iſto tẽpore inſtitutũ eſt hoc ieiunium. Secũdò ideo ut imitemur filios Iſrael,quia illo tempore exierunt de Aegypto,poſt hoc eo tẽpore exierunt de Babylonia,qđ inde probatur:quia tam iſti quàm illi ſtatim celebrauerunt Paſcha.Et ſic nos primo egrediamur de peccatis ut denique eamus in terrã promiſsionis.Tertiò,ꝓpter furorem libidinis qui in tẽpore ueris ſolet nos magis accendere,quàm alijs anni temporibus. Ergo refrę nemus carnis concupiſcentiam per ieiuniũ.2. ad Cor.6. In ieiuniis & caſtitate &c. Hiero. Per abſtinentiã cibi & potus tepeſcit uenus.Prou.26.Si defecerint ligna extinguitur ignis.Sequitur, *Poſtea eſuriȷt.* Et hoc propter duo. Primò ut oſtenderet ſe eſſe uerum hominẽ ut uerũ Deũ. Vel ſecundũ Baſilium ad oſtendendum ꝙ famem ſponte aſſumpſit ut cæteros defectus.Secundò,ſecundũ Baſi. ut prouocaret diabolum ad tentandũ eum, Dixi ſecundò innuitur quomodo callidus hoſtis eſt cum aggreſſus

dicea

dicens, *Et accedens tentator*, ideſt diabolus qui habet hoc nomen ab officio. De qua Chryſ. Nec manducat nec bibit, nec aliud opus habet quàm inceſſanter tentat. ideo dicitur tentator. *Et accedēs*. Dicit Nicolaus de Lyra: Sciuit diabolus ex prophetia Iſa.9. ꝙ Chriſtus deberet eſſe deus & homo: iuxta illud: Paruulus natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis. Ecce uera humanitas: & uocabitur nomen eius, Admirabilis, Deus fortis: ecce manifeſta eius diuinitas. Item ſciuit tempus fore completum per Dan. expreſſum: & per regni translationem Iudæorū ad Hærodem alienigenam, ut habetur Gen.49. Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. Sed neſciebat certitudinaliter an Ieſus eſſet Chriſtus. Verumtamen propter eminentiā ſanctitatis eius habebat quandam coniecturam. Dubitauit enim diabolus: quia uidit eum natum de muliere, & flentem & circunciſum & fugientem in Aegyptum, & baptizatum, & ſitim & famem patientem, & propter hoc putauit eum eſſe hominem. Item ex alia parte non nouit eius patrem: uidit angelos lætantes: ſtellam Magos ducentem: & ideo putauit eum Deum. Ideo uoluit hoc experiri per tentationem: & uidens eum eſuriem pati, putauit eſſe purum hominem. Et per hoc uoluit eum ducere ad peccatum gulæ. Maximus dicit ꝙ transfigurauit ſe diabolus in ſpeciem humanam. Aug. Hic diabolus fuit Lucifer qui primum hominem ſuperauit. Et aſſumpſit habitum religioſum ut à Chriſto putaretur heremita. Et accedens quaſi compatiendo fami Chriſti: quaſi diceret: Ecce diu ieiunaſti: nunc indiges cibo qui in deſerto non poteſt haberi. *Si filius Dei es dic ut lapides iſti panes fiant*. Audiuit diabolus uocem patris: Hic eſt filius meus dilectus. Non fidē adhibens huic uoci cogitauit ſi conuerteret lapides in panes: tunc ipſe eſſet, ſcilicet Dei filius dilectus. Sed prius Chriſtus ſigna non fecerat: ſed debebat ſigna facere ad utilitatem credentium. Etiam ſi feciſſet, diabolus melioratus non fuiſſet: ſed gloriatus ꝙ Chriſtus in miracula duxiſſet. Sed diabolus non fecit mentionem de refectione animę: quæ eſt hominis potior pars, ideo à Chriſto repellitur tanquam doctor in diſer-

diſertus. Qui reſpondens ait: *Scriptum eſt*, ſ. Deute. 8. *Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei*. Rabanis: Sicut corpus humanum non uiuit ſine cibo terreno, ſic nec anima ſine Dei uerbo. Ergo conſidera quid nunc debes reſpondere diabolo cùm uexat te dicens, ieiunium longum, cibaria groſſa. Reſponde ei. *Nō in ſolo pane uiuit homo &c.* O q̃ multos diabolus tentatione gulæ ſuperat. Eccl. 37. Propter crapulam multi perierunt. Galen. Plures moriũtur gula q̃ gladio. Phil. 3. Quorum Deus uenter eſt. Sed huic tentationi reſiſte per ieiunium. 1. Pet. 5. Fratres ſobrii eſtote & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus &c. Iudith enim Holofernem ſuperauit cùm iaceret in lecto nimia ebrietate ſopitus. Iudith. 12. Secundò tentauit eum diabolus de uana gloria. dicit Chry. Cùm diabolus ex Chriſti reſponſione nihil certi haberet an eſſet Dei filius, ait intra ſe: Si iſte fame non uincitur, & ſi non filius Dei, tunc ſanctus eſt uir. Poſſunt tamen ſancti uiri uinci per uanam gloriam. Tunc ſecundò reuerſus, dicit Maximus, aſſumpſit formam curſoris fortiſsimi dicẽs. O debilis & attenuatus, nec per teipſum ire uales: nec quicquam habeo ut te reficiam. Hanc tamen miſericordiam tibi impendam ut te in dorſo meo portabo ad habitaculum hominũ: ut quis tui, ſ. miſereri poſsit: & Deus aſſenſit. Nec mirũ ꝙ Chriſtus Dei filius permiſit ſe à diabolo duci. Quia dicit Grego. in homil. 1. Quid ergo mirum ſi ſe ab illo permiſit duci qui ſe ẽt à membris illius pertulit crucifigi, ſcilicet à Pilato & Iudæis qui fuerunt membra diaboli? *Tunc aſſumpſit eum diabolus*, ſ. ex ſuperbia, *& ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi*, quod fuit unum deambulatorium ubi ſacerdotes populo prædicabant. Et fuit intentio diaboli ut à populo omni uideretur, Chriſtus tamen non uiſus fuit ab aliquo niſi a diabolo: quia fuit in eius poteſtate uideri uel non. Ideo ait: *Si filius Dei es mitte te deorſum.* Hier. Hęc fuit cauſa reiterationis ſi filius dei eſſet; quaſi diceret: Si hoc facis glorioſus apparebis in conſpectu aſtantium, nec oportet te timere ne offendaris: *Scriptum eſt enim: Angelis ſuis Deus mandauit de te: ut cuſtodiant te in*

omni-

omnibus uijs tuis.Pſ.90.Greg.Vnde tibi diabole hoc? Scripturas legiſti non ut melior eſſes, ſed ut deciperes quia incomplete allegauit,ſcilicet non addendo, ſuper Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis &c.i. ſuper dæmones ambulabis,ſ.eorum tentationes conculcando.Item ſicut falſus doctor quia male intellexit,eo q̃ nõ ſolùm de Chriſto,ſed de omni homine intelligendum eſt: cui ſecundũ Hiero.datus eſt angelus in cuſtodiã in tentatione. Ideo reſpondit ei per ſcripturam.Scriptum eſt: *Non tentabis dominum Deum tuum*.Ille Deum tentat qui exponit ſe periculis ut experiatur an Deus eum eripiat: ut ſi quis nihil uellet manducare,ſed expectet ut deus eum cibaret : uel tangere ferrum ignitum,quaſi diceret.Nam per uiã bonam poſſum deſcendere,ſcilicet per gradus factos, & ſi aliter deſcenderem hoc eſſet deum tentare. Tertiò tentauit eum de auaritia.Maxim.Videns Chriſtum non poſſe ſuperare in ſuperbia & gula:tunc uenit tertio in forma regis potẽtiſsimi cum exercitu maximo. *Et iterum aſſumpſit eum in montem excelſum*: qui dicitur Quirentena, & ſub eo fuit riuulus fontis,qui Heliſeũ ſananit: duo milliaria à monte. *Et oſtendit ei omnia regna mundi*. Chry.ſimpliciter per diuerſas partes.Ibi Romanorũ, Græcorum, Francorum,Polonorum, & ſic de aliis,*& gloriam eorum*. Quaſi diceret:Ibi creſcit aurum,ibi argentum, ibi lapides pretioſi. *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me*. Verè mentitus eſt,iuxta illud Ioã. 8. Mendax eſt, & pater eius,ſcilicet mendacij.Nam diabolus nihil propriũ habet Pſ.23.Domini eſt terra & plenitudo eius &c.Et fortè ſe cognoſci timuit. Ideo, quaſi deſperatus uenator, qui omnia iacula iacit,& ſic diabolus fecit. *Tunc ait ei. Vade ſathanas*,ſ.in ignem æternum : quaſi diceret: Hæc eſt tua inueterata nequitia ut honorem Dei attrahas. *Scriptum eſt enim, Dominum deum tuum adorabis*.Deu.6.ſcilicet adoratione latriæ.Chryſ.Hic datur nobis exemplũ ut proprias iniurias toleremus:Dei autem iniurias non debemus audire. *Tunc reliquit eum diabolus*.in propria perſona,ſed poſtmodum rediit per phariſæos : *Et angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei*. Chryſ.Nõ dixit deſcendentes,

ſed

ſed accedentes, ad oſtendendum ꝙ ſemper ad eius miniſterium fuerunt in terra. Sed tunc tẽtato domino receſſerãt: ne forte ſi eos præſentes ſenſiſſet malus angelus nõ appropinquaſſet. Item nota hoc ieiunium inſtitutum eſt ab eccleſia ſancta, ut habetur de conſe. diſ. 3. c. Placuit. ubi dicitur: Placuit ut omnes fideles exceptis diebus dominicis, etiam die ſabbathi ſacerdotali oratione cõpleta & diſcretionis communione percepta ieiunent in quadrageſima. Et ibidem, canone, Non liceat. Nõ liceat fratres feria quinta nouiſsimæ ſeptimanæ ieiunium ſoluere: & omnem quadrageſimam exhonorare. Gloſa ſuper uerbo exhonorare archidiaconi: Nil reputatur ieiunaſſe qui unum diem non ieiunat. Et S. Thomas dicit in ſecunda ſecundæ: Omnis qui uenit ad tertium ſeptennium. i. uiceſimum primum annum tenetur ad hoc ieiunium. Ibidem S. Tho. q. 147. dicit. Ideo pueri quandiu ſunt in ſtatu augmentationis non tenentur ad hoc ieiunium. Conueniens tamen eſt, ut ſe exerceant. plus & minus ſecundum modum ſuæ ætatis. Sed quid de peregrinantibus & durè laborantibus? Reſpondet S. Thom. ibidem, artic. 4. Si peregrinatio & operis labor commode differri poteſt aut diminui abſq; detrimento corporalis ſalutis & exterioris ſtatus qui requiritur ad conſeruationem corporalis uel ſpiritualis uitæ: non ſunt propter hoc ieiunia eccleſiæ prætermittẽda. Si autem immineat neceſsitas ſtatim peregrinandi, & magnas dietas faciendi uel etiam multum laborandi: uel propter conſeruationem uitæ corporalis, uel aliquod neceſſarium ad uitam ſpiritualem, et ſimul cum hoc non poſſunt eccleſiæ iuiunia obſeruari: non obligatur homo ad ieiunandum. Videtur tamen in talibus recurrendum eſſe ad ſuperioris diſpenſationem, niſi fortè alicubi non eſſet conſuetum, quia prælati diſsimulantes uidentur annuere. Item quid de curſoribus quorũ uſus eſt dominis neceſſariũ? Reſpondetur ſecundum Guil. Si nõ poſſunt ſimul currere & ieiunare, excuſantur. Secus quando moratur & modicum uadunt. Itẽ de pauperibus reſpondet S. Tho. Pauperes ſi poſſunt ſufficienter habere quod eis ſufficiat

ad unam commeſtionem nō excuſantur à ieiunio.Si nō poſſunt,excuſantur ut illi qui fruſtratim eleemoſynas accipiunt & manducant. Item quid de mulieribus prægnātibus ſiue lactantibus?Reſpondet Guil.Si neceſsitas corporalis debilitatis impedit eas,non tenentur ad ieiuniū, ſi enim rimeatur notabiliter de periculo uel aborſu non tenentur.Hoc idem de infirmis,debilibus & ſenibus, & ſic de alijs. Attamen in his omnibus cautum eſt habere diſpenſationē epiſcopi uel proprij ſacerdotis.Hęc Guil. Et de conſe.diſ.5.c.ieiunia in eccleſia à ſacerdotibus inſtituta ſine neceſsitate rationabili non ſoluantur. Hæc Euſeb.Papa.Itē quid de confectionibus?Reſpondet ſanctus Tho.2.2.q.147.ꝙ non ſoluitur ieiunium per confectiones uel electuaria: ſicut nec per alias medicinarum aſſumptiones,niſi quis in fraudem ſumeret: uel in magna quantitate,uel per modum cibi. Cui concordat Innoc.Pro quo ſciendum,quod Greg.30. Moral.& ſanctus Tho.2.2.q.147.art.4. dicunt,ꝙ quinque modis tētamur uitio gulæ. Primò,quando tempus præuenitur. Et ſic 1. Reg.14.Ionathas qui præuenit horam,ſcilicet 9. horam Secundò quando cibi lautiores quæruntur ſine cauſa neceſsitatis,ſed uoluptatis.Auguſt.Non cibus ſed appetitus in culpa eſt.Et habetur.41.diſ.cap. Non cogantur. Non cogantur diuites pauperum cibis ueſci, utantur cōſuetudine infirmitatis ſuæ: ſed doleant aliter ſe non poſſe ſuſtentare, ſi conſuetudinem mutet ægrotantes, utantur ſuperfluis:dent inopibus neceſſaria.Vtantur pretioſis,dent pauperibus groſſa. Tertio nimis comedendo ut menſuram quis excedat:& ſic peccauerunt Sodomitę Ezec.16.Hęc fuit iniquitas Sodomæ &c. Contra hoc dicit canon de conſe,diſ.5.Sint tibi quotidiana ieiunia refectio ſatietatem fugiens &c. Quartus modus eſt ardenter concupiſcere, ut faciunt qui cum cibaria in menſam uenerint ſtatim abſque oratione & ullo ſigno crucis deuorant.In hoc exceſsit Eſau,Gen. 15. Aug.non uſus rerum,ſed libido eſt in culpa.Quintò nimis ſtudioſe commeſtibilia præparando & ſalutem animæ negligendo. Sic peccauerunt filii Hely. 1. Re.2.qui accipiebant carnes

nes crudas ut ſtudioſè præpararent. Hæc omnia patent per hos uerſus:

Præ, properè, latuè nimis, ardenter, ſtudioſè.
Iſrael & Ionatas, Eſau, Sodomita, ſacerdos.
Vt bene ieiunes noli prandere guloſè.

DE EODEM,

Cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuryt &c. *Mat.* 4. Enarratio. III.

POſtquam ueſtimentum multum fędatum eſt nota ſu peruenïens ſordes non ꝑcipitur, q̄ tamen in candido ueſtimēto ſtatim apparet. Hoc iterū uidemus in atrio mundo, in quo uix pōt feſtuca cadere quin ꝓpendatur: ſed cū eſt immundū grande lutū nō percipitur. Spiritualiter, hō deditus crapulæ ſemper eſt in ſordibus, ideo cū ſordidior efficitur cadens. ſ. in lutū libidinis non ꝑcipit, uadit. n. de ſorde in ſordem: uelut ſus qui deſcēdit in ſtabulū ſordidum. ſ. dęmonū. Figuratur. Matt. 8. ꝙ quidam habēs in ſe legionē ſpirituum immundorū habitabat in ſepulchris, inde diuina uirtute expulſi ſpiritus illi immūdi ingreſsi ſunt gregē porcorum. deinde p̄cipitio ruerūt in mare. Spiritualiter, per ſpiritus illos immundos, qui uiuum hominem tenebant in ſepulchro, ſubaudi gulam & crapulam quæ ſunt uitia uiuentem hominem tenentia in ſepulchris, ut mortuum in fętore: eo ꝙ ſemper putreſcit. Ducunt autem huiuſmodi uitia de ſepulchro ad porcos, quando guloſi trahuntur ad libidinem. Gula. n. & crapula ꝑ ꝓ immunditiā corporis & animæ quā inducunt, porcinæ fęlicitati cōparantur. Sed inde deſcendūt p̄cipitio in mare. i. in infernum ſtabulo ſulphurço cum dæmonibus deputandi: quibus ſe per immunditiam totaliter aſsimilauerunt. Ambr. in lib. de pęnitētia: Ebrius inquit, cum abſorbuiſſet uinum, abſorbetur à uino, abominatur à deo, deſpicitur ab angelis, deridetur ab hominibus, confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem ęternam. Ideo Chriſtus nos admonēs, ſeipſum ponit in exemplum uirtutis, qui etiā

poſtquam ieiunauit eſuriens noluit ſequi diabolum, qui ſuaſit ei ut faceret panes de lapidibus, tentãdo eum per gulam. Sed docuit nos abſtinere: eo ꝙ euangeliſta tãgit eius ieiunium dicens, *Cum ieiunaſſet &c.* Nota, primò qua le debet eſſe ieiunium. Secundò q̃ ſint eius utilitates. De primò ſciendum. Ieiunium debet fieri plena conuerſione, pura intẽtione, deuota continuatione, uera humiliatione. De primo dicitur Ioel. 2. Cõuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, & fletu & planctu &c. Qui ergo meritoriè uult ieiunare primò cõuertatur. Parũ eſt. n. te abſtinere à cibis, quãdo non abſtines à uitiis. Eſa. 58. Ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis. Iſid. Qui abſtinẽt à cibis & prauè agũt, dęmones imitantur quibus eſca nõ eſt, ſed ſemꝑ adeſt nequitia. Ideo ut dignè ieiunetur, contritio, cõfeſsio & ſatisfactio aſſocientur ieiunio. Ergo dicit, *Conuertimini ad me in toto corde ueſtro in ieiunio, fletu & planctu, & ſcindite corda ueſtra &c.* Item. 2. Paral. 20. Ioſaphat timore perterritus totum ſe cõtulit ad rogandũ dominum: & prædicauit ieiunium uniuerſo Iuda. Iuda confitens interpretatur. Qui ergo uult dignè ieiunare debet cõfiteri peccata. Item ſatisfactio: licèt ieiunium ſit pars ſatisfactionis: tamen aliæ partes omittendæ non ſunt. Thob. 12. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recõdere. Dicit notãter eleemoſyna. Vnde Amb. lib. de ieiunio: illud ieiunium dominus approbat qđ ad eius oculos manus eleemoſynarũ leuat. Hoc qđ tibi ſubtrahis alteri largire. Vnde caro tua affligitur, egeni caro reparetur. Ergo dicitur. Mat. 6. Vnge caput tuũ, ſ. unguẽto deuotionis & orationis: & laua faciẽ i. immundã cõſcientiã aqua miſerationis. Vnde Eſa. 58. Frãge eſurienti panẽ tuũ &c. De ſecundo dicitur Baruch. 1. Audientes plorabãt, ieiunabant & orabant in conſpectu domini. Et bene additur in conſpectu domini & nõ conſpectu hominum. Ecce q̃ pura debet eſſe intẽtio ieiunii, & non ſicut illi de quibus dicitur. 3. Reg. 21. Prædicauerunt ieiunium & occidere fecerunt Naboth &c. Ieiunauerũt ut innocentẽ occiderent, & ſic aliqui ieiunãt ut pallietur eorũ neqtia. Et ſic Iudas oſculabatur dominũ & tra-

& tradebat. De tertiò Iudit. 4. Scitote quoniam dominus exaudiet pces ueſtras ſi mãſeritis pmanẽtes in ieiunio & obſecratione in cõſpectu domini. Quidã aũt bene incipiũt, ſed deſiſtũt cito. Quidã uno die ieiuni ſunt, alio ebrij. Cõtinuatio aũt ieiunii pcipuè à ſupfluis cibis ualet contra tria pericula triũ hoſtiũ. ſ. diaboli, carnis, & mundi. Diaboli, unde Chriſtus Sathã uicit cũ ieiunaſſet &c. Ambr. Ieiuni hoĩs ſputũ ſi ſerpẽs guſtauerit, moritur. Vide quãta uis ieiunii, ſi ſputum terrenum ſerpentem interficit: quid faciet ſpirituali ſerpenti? Et in periculo maris Paulus & ſocij eius ieiunium continuantes euaſerũt naufragiũ. Act. 27. dicitur: Quartadecima die hodie expectãtes ieiuni pmanetis nihil accipientes. Mare ſignificat mundũ. Pſ. 103. Hoc mare magnũ & ſpatioſum manibus. Pericula carnis ſunt pericula incõtinentiæ. Luc. 6. Anna nõ diſcedebat de tẽplo ieiuniis & orationibus ſeruiens. De quartò, ſ. humiliabam in ieiunio aĩam meã. Attende qualis debet eſſe iſta humiliatio, quia debet eſſe quò ad te, quò ad Deũ, quò ad pximum. Primò quò ad te Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo & iterum tãgit mortuum, qd pficit lauatio illius? Et ſic hõ qui ieiunat in peccatis & iterum facit, quid pficit humiliando ſe, orationẽ illius quis exaudiet? Ergo humiliatio eius quò ad ſe debet eſſe fructuoſa. Secundò quo ad Deum non debet eſſe præſumptuoſa ſicut illorum qui dicunt. Iſa. 58. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras &c. Tertiò quò ad proximum non ſit iniurioſa. ſicut illius phariſei. Lu. 18 Ieiunio bis in ſabbatho. Iniurioſè contẽpſit publicanũ. Contra qđ dicitur. Rom. 14. Qui ieiunat, manducantem non ſpernant. De ſecundò quæ ſunt utilitates ieiunii, & quot ſunt. Primò per ieiuniũ offenſa dei placatur. Vnde Ionæ 3. Cum ciuitas magna Niniue interire debebat, tunc prædicauerunt ieiunium tribus diebus & noctibus. Et ſequitur: Vidit deus opera eorũ quia conuerſi ſunt a uia ſua mala & miſertus eſt ſuper malitia eorũ quam locutus fuerat ut faceret eis et non fecit, Vidit deus opera: et non tantùm ieiunium: quia ieiunium ſine aliis bonis operibus nihil prodeſt. Vnde legitur He-

 ſter.

ſter.4.ꝙ Heſter tribus diebus ieiunando & tribus nocti-
bus ſnĩam de morte Iudæorum datã reuocauit, ſic & tu
fac.Secundo ꝑ ieiuniũ gratia dei impetratur Act.2.Apo
ſtoli ieiuni S.Sanctũ acceperunt,& ſic ſi uis habere gra-
tiã S.Sancti,ſtude deuotè ieiunare. Greg.in præfatione:
Qui corporali ieiunio uitia cõprimis,mentẽ eleuas, uir
tutẽ largiris & p̃mia.Ecce ieiuniũ mentẽ eleuat:cibus uẽ
ro grauat.Luc.21.Attẽdite ne corda ueſtra grauẽtur cra
pula & ebrietate, quia oẽ graue deorſum petit,ut patet
Lu.16.Mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno:Ecce
p̃ſcns crapula uertitur in ęternã penuriã ut notum eſt de
diuite, Et econuerſo ut liquet de Lazaro qui portabatur
ab angelis in ſinũ Abrahę.Hoc teſtatur Hier.dicẽs:Miſe
riæ delicijs,deliciæ miſerijs comitantur. Ber.Sicut ignis
& aqua ſimul eſſe nõ poſſunt:ſic nec ſpirituales & corpo
rales delitię.Tertio ꝑ ieiuniũ diabolus ſuperatur.Matt.
17. Hoc genus dęmoniorum in ſolo ieiunio & oratione
eijcitur:qa ieiunio diabolo reſiſtimus. Et ſic arma qui-
bus nos impugnat auferimus ei:quia concupiſcentiã au
ferimus.Prou.26.Cũ defecerint ligna extinguetur ignis.
Et ſic ẽt hic de igne cõcupiſcentiæ qui ꝑ ieiunium extin-
guitur. Orãdo ẽt Deũ ad nos prouocamus:qđ figuratur
Exo.14.Aegiptii hoc audiẽtes clamabãt:fugiamus Iſrae
lẽ,deus.n.eorum pugnat ꝓ eis contra nos :& ſic Mat.4.
dominus uicit poſt ieiuniũ.Et figuratur Iudith.32.&13.
Iudith orãdo & ieiunando ad ueſperã amputauit caput
Holofernis.i.diaboli.ſic & tu fac.Eſt ergo multum oran
dũ in ieiunio & nõ ſemper ſiſtere in tabernis:& ſupplere
illud in potu quod deficit in cibo. Quartò per ieiunium
oratio exauditur.1.Eſdrę 8. Ieiunauimus autem & roga
uimus deum noſtrum pro hoc,& euenit nobis proſperè.
Et Eſa.58.Hoc eſt ieiunium quod elegi,diſſolue colliga
tiones impietatis,tunc inuocabis,& dominus exaudiet.
Et nimirũ quia per ieiunium hõ humiliatur in corpore,
ꝑ orationem in anima. Et deus humiles libenter audit.
Pſ 101.Reſpexit in orationem humilium &c.Et ſic fecit
Dauid dicendo Pſal. 38. Humiliabam in ieiunio animã
meã.ut ẽt patet in Publicano.Luc.18.Quintò homo ad-
ſuſci

ſuſcipiendum corpus Chriſti ꝑ ieiunium præparatus. Et figuratur Iudith.6. Ozias ſuſcepit Achior in domũ ſuã: & fecit ei cœnam magnã expleto ieiunio. Et ſic Ozias .i. Chriſtus ſuſcipit Achior .i. peccatorem pœnitentem expleto ieiunio ad cœnam corporis Chriſti in domum. i. in eccleſiam. Et Helias 3. Reg.19. in fortitudine cibi illius ambulauit uſq; ad montem domini Oreb. Et ſic tali ieiunio. Exo.19. Moyſes meruit recipere legem dei: & ſic nos per ieiunium ipſum deum &c.

FERIA II. DOMINICAE I.

Ibunt in ſupplicium æternum: iuſti autem in uitam æternam. Matth.25. Enarratio. I.

GRegorius dicit: Stultus debitor eſt, qui mutuãs gaudendo pecuniã accipit: & non perpendit tẽpus quo reddere debet. Spiritualiter, ſic oĩa q̃ habemus corporaliter & ſpiritualiter a Deo habemus. Iac.1. Omne datum optimũ, & omne donum ꝑfectum deſurſum eſt deſcẽdens &c. Et Apoſt.1. Cor.4. Quid habes qđ non accepiſti. q.d. nihil. Ergo attẽdere debemus tẽpus quo mutuatũ reddere debebimus. Et hoc docet nos introitus Miſſæ di. Sicut oculi ſeruorũ in manibus dominorum ſuorum: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum &c. Et uidemus qui nõ habet ſoluere debitũ, ille petit dilationẽ: & ſic eccleſia in hodierna collecta. Abſolue q̃ſumus domine noſtrorũ uincula peccatorũ: & quicquid ꝓ eis me remur, &c. Et in Graduali: Cõuertere domine aliquantulũ: exaudi preces ſeruorũ tuorũ. Et in tractu: Domine nõ ſecundum peccata noſtra. Item: Domine ne memineris iniquitatum &c. Etiam uidemus qui bene ſoluit paterfamilias hũc optimè paſcit, & in cubiculo ſuo requieſcere facit, ſpiritualiter ſic Chriſtus bene ſoluẽtibus .i. Deo ſeruientibus, & bene operãtibus benignitatem exhibet. De quo epiſt. Ezech.34. Ecce ego ipſe requiram oues meas, et uiſitabo eas ſicut gregem paſtor uiſitat, et paſcam eas in montibus uberrimis et herbis uirentibus, hoc eſt in

delitioſis gaudijs. Et uidemus qui nõ bene ſoluit debitũ, ille ducitur ad iudicium uinculatur & truncatur. Spiritualiter, ſic qui deo nõ retribuunt in bonis operibus uinculãtur hic funibus peccatorum: & adducuntur iudicio æternæ dãnationis. De quo in Euãgelio: *Ibũt hi in ſupplicium æternũ.* S. Thom. in 4. diſ. 48. Sicut in primo aduẽtu uenit filius Dei ut ꝑ nobis ſatisfaceret apud patrẽ: ita in ſcđo aduentu ueniet ut iuſtitiã patris in hoĩes exequatur, & gloriã maieſtatis demonſtret. Sicut equus duobus calcaribus ex utraq; parte uel latere calcatur ut uelocius currat: ita anima duabus affectionibus ſollicitatur ad agẽdam pœnitentiam, ſ. timore & amore. In ſumma Euãgelii duo innuuntur. Primò iudicis magnifica apparitio: ibi, *Cum uenerit.* Secundò ſubditur iudicandorum diuerſa diſpoſitio, ibi, *Et congregabuntur omnes gentes &c.*

De primò dicit: *Cum uenerit filius hominis.* i. uirginis. Aug. Licèt opera trinitatis ſint indiuiſa, ita ꝙ quicquid facit una ꝑſona faciat alia & omnes, tamen ſicut ſolus filius carnẽ aſſumpſit humanã in qua paſſus eſt: ita ſolus iudicabit. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam: ſed omne iudiciũ dedit filio. Et meritò, quia oĩum creator & redemptor. Creator ſecundum diuinam naturã: redemptor ſecundum humanam. Ideo S. Tho. in 4. diſt. 47. Secũdum utranq; naturam iudicabit. i. ſecũdum diuinam habebit auctoritatem principalem, ſecundum humanam auctoritatem commiſſam. Ideo Matt. ult. dicitur: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo & in terra. Act. 10. Conſtitutus eſt à deo iudex uiuorum & mortuorum. Sed dices, quare dicitur filius hoĩs in aduentu, in iudicio uero dicitur rex? Reſpondetur: quia omnis uerus & iuſtus iudex debet ſe manſuetum & benignum exhibere in cauſis audiendis: eo ꝙ nemo debet iudicare niſi cauſas audiat: nec audire bene poteſt niſi manſuetus & patiens ſit. Vnde Cato: Impedit ira animum, &c. Sed Chriſtus eſt iuſtus iudex, ut dicit Augu. Nemo iuſtus iudicabit, niſi qui iniuſtè iudicatus eſt. Ergo in aduentu ſe pium oſtendet: ſed in proferenda ſententia ſe regem oſtendet tranſgreſſores puniendo. Tunc non quæret Pilatus: Ergo rex es tu? Ioan. 18.

Nec Iudæi dicent: Regem non habemus niſi Cæſarem, Ioan.19.Sed uerè dicent:Regẽ non habemus qui conſoletur,ducat & regat nos ad bonum: ſed Cæſarem, quia cædet eos uirga ferrea.Pſal.2.Reges eos in uirga ferrea: & tanquam &c.Item diceres, in qua forma? Reſpondet Aug: ꝙ in forma illa iudicabit in qua ipſe iudicatus eſt. Et merito.Sedebit.n.iudex qui ſtetit ſub iudice ut reus: damnabit ueros reos qui factus eſt falſus reus, Ideo ueniet in ea forma in qua uideri poſsit à iudicandis. Sed ſolis bonis forma Dei oſtendetur, malis ſola forma, in qua iudicatus eſt ſecundum Iſa.26. Tollatur impius ne uideat gloriam Dei.ideo ſubdit: *In maieſtate ſua*, ideſt diuinitatis excellentia:quoniam eum cognoſcent,& tamẽ nõ uidebunt eum impii,niſi per ſigna & effectus. Nota, quãdo rex aliquis iudicat in maieſtate,hoc primò fit ardua de cauſa,& ſic hic.Eccl.ult. Cuncta quę fiunt adducet dominus ad iudicium pro omni errato ſiue bonũ ſiue malum.Secundò cum decenti habitu: & ſic in forma glorioſa.Pſ.103. Amictus lumine ſicut ueſtimẽto.Tertiò cum annulo aureo,i.infinita ſapientia:Matth.10. Nihil occultum quod non ſciatur.Quartò cum gladio,i.uindicta.Deut.32.Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea,reddam ultionem hoſtibus meis,&c.Pſ.7.Niſi conuerſi fueritis gladium ſuũ uibrauit.Quintò cum ſceptro,i. iuſtitia. Prouerb.25.Iuſtitia firmabitur thronus eius.Pſal.118.Iuſtus es domine, &c. Sextò cum diademate.i.cum gloria.Iſa.35.Gloria libani data eſt ei.Septimò cum principibus:ideo ſubdit, *Et omnes angeli eius cum eo.* O quanta lætitia erit bonis uidere uultum creatoris ac redẽptoris tam ſerenum:Ideo Chriſtus dixit electis.Luc.21.Leuate capita ueſtra,appropinquat redemptio ueſtra.E conuerſo,quantus dolor malis, Zacha.14.Oculi eius cõtabeſcẽt in foraminibus eorum. Malach.3.Quis ſtabit ad uidẽdum eum.Apoc.6.Incipiẽt petris & mõtibus dicere:Cadite ſuper nos. Nota in iudicio quidã erunt ut aſſeſſores:ut dicit Aug. Oẽs qui uoluntariam paupertatẽ habuerunt.Matth.19.Vos qui reliquiſtis oĩa in regeneratione cum ſederit filius hominis in

ſede

ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et Matt. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol, &c. Quidam ut teſtes ut angeli, quidã ut accuſatores ut diaboli. Apoc. 12. Proiectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum, qui accuſabat illos, &c. Sed diceres, quare uult habere generale iudicium, cùm quilibet iudicatur in ſpeciali poſt mortẽ? ut latro qui iudicatus eſt ad uitam. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiſo. Et diues ad mortem. Eiuſdem 16. Mortuus eſt diues & ſepultus eſt inferno. Ergo fruſtra expectatur finale iudicium. Item Naum 1. Non iudicabit bis in idipſum. Reſpondet ſanctus Tho. parte 3. q. 69. ar. 5. Iudicium de aliqua re perfectè dari non poteſt ante eius conſummationẽ, ut iudicium de aliqua actione qualis ſit perfectè nõ põt dari antequam ſit conſummata, & in ſe & in aliis affectibus, quia multæ actiones uidentur utiles, quæ ex affectibus ſunt nociuæ. Similiter eſt de homine, de quo iudicium perfectè dari non põt, quoadusque uita eius terminetur: eo ꝙ multipliciter mutari poteſt de bono in malum: & econuerſo. Heb. 9. Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc aũt iudicium. Et ſic licet per mortẽ uita temporalis terminetur ſecundum ſe, remanet tamẽ in effectibus. Primo remanet & uiuit in memoriis hominum, in quibus tamen ẽt quandoque contra ueritatẽ remanet bona fama uel mala. Secundò remanet in filiis, qui ſunt quaſi aliquid patris ſecundum illud Eccleſ. 30. Mortuus eſt pater illius & quaſi non eſt mortuus: ſimilẽ. n. ſibi reliquit poſt ſe. Et ſic aliqui parentes uituperantur uel laudantur ex parte filiorum: & tamẽ multorũ bonorũ ſunt mali filii: & econuerſo. Tertiò quantũ ad effectum ſuorũ operum: ſicut ex deceptione Arrii & aliorũ hæreticorum magna pullulabat infidelitas, & multos infecit, & hodie inficit. Sic etiã de bonis ut de Paulo & aliis Apoſtolis, ex quorum doctrina profecit uſque nũc, & proficit fides Apoſtolorum. Quartò remanet quantũ ad corpus, quod quandoque honorificè traditur ſepulturã: quandoque relinquitur inſepultum, & tandem in cineratum reſoluitur omnino. Et quia de his perfectũ iudicium

diciũ haberi nõ põt hoc tpe, propter hoc finale iudiciũ, ut manifeſtè talia diiudicentur, habebitur. *Sedebit ſuper ſedem maieſtatis*.i.in nube propter ſuã dignitatem Eccl. 34.Thronus meus in columna nubis . Secundò propter promiſsi adimpletionem.Act.1.Sic ueniet quemadmodum uidiſtis,&c. Tertiò propter nimiam claritatẽ quæ tantùm nube trita à malis poterit uideri. Pſal.Nubes & caligo in circuitu eius,&c.Quarta ratio,nubes pluit,tonat,fulminat: & ſic Chriſtus in iudicio fulminabit per uindictam terribilem:tonabit per ſententiam crudelem, & pluet rorem gratiæ ſuper electos:quia gloria in corpore & anima augmentabitur. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes*. 2.Corint.5. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti:ut referat unuſquiſq; propria corporis,prout geſsit ſiue bonum,ſiue malũ.Apoc. 20.Erunt libri aperti,& alius liber apertus eſt qui eſt uitæ,&c.igitur nullus locus excuſationis. Primò liber paſſionis Chriſti,crux,clauis,lãcea,ſpinea corona,&c.Mat. 24.Apparebit ſignum filii hominis in cœlo.Iſa.11.Leuabit dominus ſignum in nationibus.i. cõtra nationes reproborũ.Signum domini eſt ſignum crucis,ut mali terreantur,boni congregentur.Vel ſignum,i.ſtigmata uulnerum.Zach.12.Videbunt in quem transfixerunt.Sed an materialis crux ibi apparebit cum materiali lãcea, quidam putant ꝙ ſic:Sed Chryſ.dicit,per ſignum filii hominis non crucẽ & lanceam materialem fore intelligendũ: ſed ipſum Chriſtum habentem in corpore ſuo ſigna ſuæ paſsiouis . Vel põt dici ſignũ crucis fore in cœlo: quia ſignum crucis impreſſum erit in frontibus uirorum cœleſtium ad præſagium æternæ ſaluationis. Ezech.9. Signum Tau in frontibus eorum,in reprobis uerò nõ,&c. Secundò apertus alter liber conſcientiarum.Hiero. Erũt facta noſtra quaſi in tabula depicta.Greg.Corpora erũt ſicut uaſa uitrea.Tertius liber uitæ.i.Chriſtus cuius uirtus manifeſtabitur in cognitione omnium ſecretorum. In ſumma præſentis euangelii agitur de iudicio, & tanguntur tria ex eo,quia tres perſonæ requiruntur ad iudiciũ.Primò iudex cum dicitur, *Cùm uenerit filius hominis*.

Secun-

Secundò accuſatores cũ dicitur, *Et omnes angeli eius*. Tertiò reus ut ibi. *Congregabuntur omnes gentes*. De primo dicit, In illo tpe, ſ. feria tertia poſt diẽ palmarũ: cùm exiuit Chriſtus de tẽplo, & ſedit in montẽ. Tunc prædixit ipſis diſcipulis iudicium futurũ dicens: *Cùm uenerit filius hominis*, i. Chriſtus. Nam ſcd̃m Aug. in forma humana iudicabit in qua iudicatus eſt. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. De hoc iudicio dicit Pſ. 118. Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum. Re uera rectum. Nã ſecundum Iſido. quatuor modis corrũpitur iudiciũ, ſ. timore, amore, odio & munere. Primo iudicium Chriſti non corrũpitur timore: quia oĩum potẽtiſsimus eſt. Marth. ult. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et Heſter 13. Domine in ditione tua cuncta ſunt poſita. Ideo Iob. 22. Nunquid timens arguet te, & ueniet tecum ad iudiciũ? Imò quantò potentiores erunt, tanto durius iudicium ſuſtinebunt. Sapien. 6. Potentes potenter tormẽta patientur. Secundò iudicium Chriſti non corrumpitur amore: quia iuſtiſsimus eſt: ideo contra fratres ſuos, ſcilicet falſos Chriſtianos ſñiam proferet, & nihil proderit eis allegare fraternitatẽ, ſ. ꝙ ſit frater eorũ. Pſ. 48. Fraternõ redimet, ſ. Chriſtus. redimet homo, quaſi diceret nõ, & nõ dabit Deo placationẽ ſuã. i. non prodeſt precum multiplicitas, & pretium redẽptionis animę ſuæ, i. pretioſitas ſanguinis Chriſti. Ideo Pſ. 144. Iuſtus dominus in omnibus uiis ſuis. Tertiò non corrumpitur odio: quia optimus eſt. Sap. 11. Diligis omnia quę ſunt & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Nã cum dolore & compaſsione punit. Iſa. 1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Hic dicit glo. ꝙ more pij patris punit & plangit. Quartò non corrumpitur munere: quia ditiſsimus. Prouer. 6. Non ſuſcipiet pro redemptione alicuius damnandi munera plurima. Quia dicit Pſal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Vnde Bern. Veniet dies illa in qua plus ualebunt pura corda quàm aſtuta uerba: & cõſcientia bona quàm marſupia plena. Quintò nõ corrumpitur precibus. Prouerb. 6. Non acquieſcet cuiuſquam precibus, &c. Auguſt. Expectatur dies iudicij: & aderit

æquiſi-

æquiſsimus iudex, qui nullius potentis perſonam accipiet. Ideo Pſal. 118. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua. Dixi ſecundò ꝙ in præſenti euangelio innuitur, qui erunt accuſatores in iudicio, ſ. angeli, cum dicit, *Et omnes angeli eius cum eo:* qui. ſ. fuerunt nobis ad cuſtodiã deputati: tales erunt noſtri accuſatores ſcientes omnia mala, quæ peccatores fecerunt, & ipſos grauiter accuſabunt. Iob 20. Reuelabunt cœli, i. perſonæ cęleſtes iniquitatẽ eius. Sciendũ tamẽ ꝙ præter illos accuſatores, ſunt & alii tres accuſatores, ſ. diabolus, totus mundus & proprium ſcelus. Primus accuſator diabolus eſt. Vnde Aug. In iudicio aduerſarius dicet: Aeqniſsimè iudex iudica illum eſſe meum per culpam, qui tuus eſſe noluit per gratiam, Tuus per naturam: meus per miſeriam. Tuus per paſsionẽ: meus perſuaſionem. Tibi inobediens: mihi obediens. A te accepit immortalitatis ſtolam: à me accepit penoſam tunicam. Tuam ueſtem dimiſit, cum mea huc uenit. Ideo iudica eum mecum damnatum. De hoc accuſatore dicitur Apoc. 12. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Secundus accuſator eſt totus mundus. Hugo de Sanctò Victore. Cœlum dicet, Ego lucem ſibi miniſtraui ad ſolatium. Aer dicet, Ego omne genus auiũ ſibi dedi ad obſequium. Aqua dicet, Diuerſa genera piſcium ego dedi ſibi ad uſum. Terra dicet, ego panem & uinum dedi ſibi ad nutrimentum. Ideo ignis clamabit, à me cõburatur. Aqua in me ſubmergatur. Aer, in me uẽtiletur. Terra, àme abſorbeatur. Infernus, à me deglutiatur. Sap. 5. Armabit omnem creaturam ad ultionẽ cõtra inſenſatos. Tertius accuſator erit proprium ſcelus. Nã oĩa peccata, quæ modo ſunt occulta reuelabuntur. Matt. 11. Nihil opertum quod non reueletur: & occultum qđ non ſciatur. Nã tinea ueſtimẽtorum accuſabit ſuperbum. Erugo metallorum accuſabit auarum. Merces defraudata pauperum accuſabit tyrannum. Iac. 5. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, & ueſtimenta à tineis comeſta ſunt: aurum & argentum ueſtrũ eruginauit: & erugo eorum uobis in teſtimonium erit. Et infra: Ecce merces operariorum quæ defraudata eſt à uobis clamat, & clamor eorum in aures

domini

domioi Sabaoth introiuit. Et ædificium accuſabit uſura rium. Et ideo habetur in lib. Abac. 2. cap. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iūcturas ędificiorum eſt, reſpondebit. Dixi tertiò ponuntur rei peccatores, dicens: *Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ*, ſ. in nube. Item Lucæ 21. c. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube. Et Iſa. 6. c. Vidi dominum ſedentē ſuper ſolium excelſum. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes*, ſ. boni & mali, qui fuerunt à primo homine uſque ad ultimum 2. ad Cor. 5. Oēs ſtabimus ante tribunal Chriſti, ſ. in ualle Ioſaphat. De quo Ioel. 5. Congregabo oēs gentes, & deducam eos in uallem Ioſaphat. *Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſeparat oues ab hædis*. Separabit eos ſicut ſacerdos legalis leproſum & immundum à mundis. Figuratur Nume. 12. Soror Moyſi fuit eiecta propter lepram extra caſtra. Spiritualiter ſic impii eiicientur de medio iuſtorum: ne fœtore peccati alios corrumpant. Et ſicut Ozias leproſus ſtatim de Hieruſalem eiicitur. 2. Paralip. 26. cap. ſic peccatores à conſortio iuſtorum. Et ſicut zizania colligitur in faſciculos ad comburendum Matth. 13. ſic peccatores colliguntur in ignem æternum: quia modicum fermentum totā maſſam corrumpit 1. ad Cor. 5. Item ſeparabit eos ſicut iuſtus iudex ſeparat malos à bonis, ut boni ſecurius quieſcant. Matth. 13. Mittet angelos ſuos ut colligāt de regno eius omnia ſcādala, & eos qui faciunt iniquitatē, & mittet eos in caminum ignis, &c. Et ſubdit: *Et ſtatuet oues à dextris, hædos autem a ſiniſtris*. Chryſ. Per oues intellige iuſtos. Matth. 10. Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporū, &c. Nota, iuſtus comparatur oui quintuplici de cauſa. Primò quia eſt tractabilis ad radendum. Pſ. 77. Deduxiſti ſicut oues populum tuum. Sic boni tractabiles ſunt, quia prælatis humiliter obediunt. Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt, & ſequuntur me, ſ. obediēdo. Secundò ratione fructuoſitatis. Ioan. 15. Elegi uos ut fructum afferatis, &c. Nam omne quod procedit de oue fructiferum eſt, ſ. lac, lana, caro, & ſtercora: & ſic omnia opera noſtra debent eſſe fructifera. 1. ad Corin. 10. Omnia quæcunque facitis,

tis,in nomine domini facite.Tertiò,ouis eſt animal mā ſuetum,ut nec dentibus mordeat,nec cornibus feriat.Et ſic iuſti debent eſſe manſueti.Pſ.36.Manſueti hæreditabunt terram.Quartò ouis eſt animal patiens,& ſic iuſti. Luc.21.in patientia ueſtra poſsidebitis animas ueſtras. Quintò,dominum ſuum ueſtit & cibat. Et ſic boni. Iſa. 58.Cum uideris nudum,operi eum. Item per hœdos intelliguntur mali & peccatores.Nam plures habent proprietates hœdi.Primò hœdus eſt animal fetidū, in quo ſignificatur peccatum luxuriæ. Nā luxurioſus fœtet coram Deo & Angelis eius.Iſa.33. De cadaueribus eorum aſcendet fœtor.Secundò,hœdus eſt uelox curſu. Sic peccatores ueloces ſunt ad malum.Pſ.13.Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.Tertiò eſt animal alta petens.Et ſic mali per ſuperbiā.Pſ.106. Aſcendunt uſq; ad cœlos,& deſcēdunt uſque ad abyſſos. Quartò eſt animal infructuoſum.Et ſic peccatores ad Rom.6.Stipēdia peccati,mors. Quintò hœdus habet acutum uiſum: ſic peccatores in concupiſcentia oculorum.Prouer.15. Oculi ſtultorum in finibus terræ. Stulti ſunt auari qui omnia poſsidere cupiunt uſque ad fines terræ. Et tales hœdi ſtatuentur à ſiniſtris.Origenes: Qui dextera opera habent à dextris ſtatuentur:mala uerò à ſiniſtris. *Tunc dicet his qui ſunt a dextris: Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mundi.* Raban. Propter opera bona dabitur æterna benedictio. Prouer. 11. Benedictio domini ſuper caput iuſti.Chryſ. Poſsidete & non accipite: quia datur eis in hæreditatem. Sapien. 5. Accipiunt regnum decoris,& diadema de manu domini.Sed diceres: Quare prius remunerantur boni quàm mali damnantur? Reſpondetur,ut mali de amiſsione boni magis crucientur: & boni de euaſione damnationis magis lætentur.Tunc tangit cauſam poſsidendi,dicens: *Eſuriui,& dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram,& collegiſtis me. Nudus eram, & cooperuiſtis me. Infirmus eram,& uiſitaſtis me. In carcere eram,& ueniſtis ad me.* Aug.in 1.lib.homil. Tacet dominus omnia facta iſtorum,& omnia mala iniquorum, et ſolùm lau-

laudat eleemoſynam,& uituperat auaritiam: quia omnia peccata redimuntur per eleemoſynam. Dan.4. cap. Peccata tua eleemoſynis redime. Cùm hoc tamē cuncta quæ fiunt adducet dominus ad iudicium. Eccl ult. Sed diceres, quare tantùm de operibus miſericodiæ profertur ſententia regia? Reſpondetur: Primò propter diuinæ proprietatis naturalem charitatem. Nam quicquid alicui eſt proprium & naturale, hoc naturaliter diligit, in hoc delectatur, de hoc loquitur & operatur: et alios obſeruare hortatur. Sed Chriſto ꝓpriū ſecundū Gregoriū, eſt ſemper miſereri et parcere, quod patet: quia per uiſcera miſericordiæ uiſitauit nos oriens ex alto. Luc.1. Suſtiuuit nos ne moreretur in peccato. Thren.3. Miſericordia domini magna. quia non ſumus conſumpti, quia nō defecerunt miſerationes eius. Redemit nos ne damnaremur. Pſ.32. Miſericordia domini plena eſt terra. Hanc tenuit, hanc in Euangelio docuit, ergo eā a nobis quærit. Secundò propter hominis naturalem proprietatem. Nā omnis homo naturaliter appetit ſibi miſericordiam exhiberi, eo ꝙ indiget, et nemo ſibi ſufficiens ſit. Ergo de iure naturæ. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: et quod tibi uis fieri, id alteri pręſtiteris. Iacob.2. Iudicium ſine miſericordia illi qui non facit miſericordiam. Tertiò quia hoc opus præ cæteris facilius eſt: nec quiſquā poteſt ſe excuſare de hoc. Mat.10. Quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquę frigidæ, nō perdet mercedem ſuam, Quia duplicia ſunt opera miſericordiæ: ut habetur 45. diſtin. cap. Duo ſunt, ſcilicet corporalia et ſpiritualia: Modò ſi non habes corporale, tunc ſaltem impartire ſpirituale. Vnde uerſus:

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

Et etiam ſanctus Tho. in 2.2.q.32. Quartò propter magnam ingratitudinis impietatem. Docuit enim Luc.6. Date et dabitur uobis: Dimitte et dimittetur, quaſi diceret: Dedi multa, dimiſi infinita: uos autem fuiſtis ingrati: ergo ite in ignem ęternum. Subdit: *Tunc reſpondebunt iuſti dicentes: Domine quando uidimus te eſurientem & pauimus? Sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus*

dimus hoſpitem, et colligimus te, aut nudum, et cooperuimus te? Infirmum, & uenimus ad te? Rab. Hoc dicunt non diffidentes de uerbo domini, ſed ſtupentes de tanta ſublimatione, & de maieſtate ſuæ magnitudinis: quia uidebitur eis paruum bonum qđ egerunt, ſecundum illud ad Rom. 8. Non ſunt cõdignæ paſsiones huius temporis ad futurã gloriam, &c. Origenes: Humilitatis cauſa laude beneficiorum ſuorum indignos ſe proclamant. *Et reſpondens. Amẽ dico uobis, quicquid feceritis uni de fratribus his meis minimis, mihi feciſtis.* Notanter dicit meis, quia nõ de oĩbus fratribus, ſed de his de quibus Mat. 12. dicitur: Qui facit uoluntatẽ patris mei, hic meus frater, ſoror & mater eſt. Et tales dicuntur fratres minimi ratione humilitatis. Chryſ. Vbicunq; ſcis deuotos humiles, & pauperes compone cum eis hęreditatem tuam, ut particeps ſis hęreditatis eorũ. *Tunc dicet his qui a ſiniſtris ſunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* De hac excluſione & ſeparatione dicit Chryſ. Ponamus illud ante oculos, quãti doloris eſt excludi & proijci à regno cęlorum: qđ, ut mihi uidetur, grauius eſt ipſa gehenna. Nã ſi iſte ignis non arderet, & immortalis illa pęna non eſſet parata: hoc ſolum ꝙ alieni efficimur à Chriſto, & excludimur à bonis ęternis, nonne omni pœna cruciabilius diceretur? Et ſimiliter S. Aug. de illa gehẽna ſic inquit ſermone 15. ad fratres heremitas: Caueamus dilectiſsimi ne ueniamus ad illum ignẽ, qui habet cruciationem & nullam luminis conſolationem, nec aliquam finalem terminationem. Vnde idem ibidem dicit, Licèt corpora eorum ſunt paſsibilia, ſunt tamen incorruptibilia: ideo ab igne patientur, & tamen non conſumentur. Vnde ſicut Salamandra uiuit in igne materiali, ſic mali in igne infernali. Et erit ibi finis ſine fine, mors grauior omni morte: ſemper mori deſiderantes, & tamẽ mori non poſſunt. Hugo: Eodem ſupplicio puniuntur diaboli & homines. Hic aperite aures auari & diuites qui nudos non ſinitis calefacere: eſurientes recuſatis paſcere. O quam immiſericors & iratus iudex erit ei Chriſtus. Ponatur caſus quòd reprobi dicerent: Domi-

ne,ſi nõ ſumus digni regnum tuũ poſsidere,placeat tibi tamẽ ut ad pedes tuos poſsimus manere.Reſpõdebit: Diſcedite à me.Ponatur ẽt ſi dicant:Domine ſi nos repellis à te,tamẽ benedictionem tuã da nobis,Reſpondebit nõ, ſed habeatis maledictionem meã.Ideo ſubditur: *Maledicti*.Ponatur ut ſi dicant: Domine ſaltẽ ad aliquẽ locũ refrigerii nos mitte.Reſpondebit non,ſed in ignẽ ęternũ. Ponatur ꝙ dicant, ſaltẽ breuem terminũ noſtræ maledictionis nobis pones.Reſpõdebit nõ,ſed æternũ.Ponatur ꝙ dicãt,ſaltẽ aliquẽ bonum dominum nobis pficias qui clementer nos regat. Reſpondebit,qui paratus eſt diabolo:non dicit uobis,quia quilibet ſibiipſi parat dãnationem.Ponatur ꝙ dicant,ſaltẽ aliquã bonã ſocietatem nobis adiunge qua poſsimus conſolari. Reſpondebit, *& angelis* eius,quaſi dicat, ꝓ domino habeatis diabolum maiorem, ꝓ ſociis ueſtris dæmones minores.Sententia aũt iuſtorum econuerſo eſt,quibus dicet: *Venite benedicti, &c.* Ac ſi dicat illis maledictis: Diſcedite à me,& iſtis benedictis,uenite ad me.Illis dedi meam maledictionem.ſed uobis meam benedictionem.Ideo dicit: *Venite benedicti*. Illos miſi in ignẽ æternum uos introduco in regnũ æternum . Ideo dicit, *poſſidete regnum* . Illis dixi ut maneant in igne ꝑpetuo: uobis dico ut maneatis in regno perpetuo : *quod uobis paratum eſt ab origine mundi* . Illis ut habeant principẽ diabolum:uobis dico ut in principem habeatis patrem meum.Ideo dicit : *Venite benedicti patris mei*,Illis dixi ut habeant in ſocios dæmones infernales: uobis dico ut habeatis in ſocios angelos meos cœleſtes. Sequitur: *Tunc ibunt hi in ſuppliciũ æternum*,ſ.mali ſine tardatione.Nota quatuor modis ſe aliquis iuuare conſueuit,ut ſententia executioni non mandetur. Aut per appellationem,aut ꝑ ſupplicationem,aut ꝑ querelam falſam:aut ꝑ integram reſtitutionem. Nullo autem iſtorũ modorum dãnati iuuare uel defendere ſe poterint, quin illa ſententia executioni mandetur:Non per appellationẽ:quia eorũ crimina ſunt notoria,& in notoriis appellatio non habet locum.Hiero.Aderit dies illa in qua falſa facta noſtra,quaſi in quadam tabula picta demonſtrabuntur.

buntur. Non per ſupplicationem: quia ſi omnes ſancti ꝓ ipſis ſupplicarent, deus non exaudiret eos. Iere. 14. Noli orare ꝓ populo iſto in bonum, quia gladio, fame & peſte conſumā eos Iob. 41. Non parcam eis uerbis potenti bus, & ad deprecandum cōpoſitis. Non per falſam querelam, ut dicant ꝙ illa ſententia ſit lata per falſos teſtes: Iob 12. Ipſe nouit decipientem & eum qui decipitur. Nō per reſtitutionem integram, ut. ſ. ad ſtatum priſtinum reſtituatur: quia ſicut dicitur ad Heb. 6. Impoſsibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, & prolapſi ſunt, rurſus reuocari ad pœnitentiam. Apoc. 10. Iurauit angelus, poſthoc tēpus non erit tempus amplius. ſ. pœnitentiæ & miſericordiæ: ſed iuſtitiæ: Greg. O quantæ anguſtiæ erunt tunc reprobis. Si reſpicient ſurſum, tunc uidēt iudicem iratum. Si deorſum tunc uident infernum eis præparatum. Si ad dexteram, tunc uident congregationem bonorum à qua debent ſeparari. Si ad ſiniſtram, tunc uident multiplicationem dæmonum cum quibus æternaliter debent cruciari. Si foris, tunc uident mundum ardentem in quo nō debent perſeuerare. Si intus, tunc uident conſcientiā remordentē, à qua ꝑpetuò debent puniri. Miſer peccator ſic apprehēſus undiq; erit in anguſtia poſitus. Tunc implebitur illud Apoc. 6. Incipient petris & montibus dicere: Cadite ſuper nos & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. *Tunc ibunt iuſti in uitam æternam*, ubi ſecundum Innocētium Papā, eſt pax ſine ira, ſanitas ſine dolore, gaudium ſine mærore, uita ſine morte. Ad quam perducat nos Ieſus Chriſtus &c.

FERIA III. DOMINICAE I.

Eijciebat omnes uendentes & ementes de templo. Ioan. 2.

COnſuetudo eſt regis & principis cùm intrat ciuitatē. ſ. aliquam ſui regni, tunc maleficos ſolet acriter redarguere ut conuertātur in melius. Bonos uerò mediocriter cōmendare ut laudati proficiāt, & pauperes oppreſsi ad eum refugiāt ſibi conquerēdo de iniuria eis

 illata,

illata, Spiritualiter, ſic rex regũ Chriſtus Ieſus huc uenit in regnum ſuum. ſ. in mundum. Ideo pauperes oppreſsi: i. peccatores, debẽt habere refugium ad eum, de quo introitus miſſæ: Domine refugium factus es nobis à generatione in generationẽ. Et cõqueri debent de oppreſsione diabolica, inuocantes eius miſericordiã, Qđ facit eccleſia in collecta hodierna. ſ. Reſpice queſumus domine familiam tuam & p̃ſta, ut apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, q̃ ſe carnis maceratione caſtigat. Et hoc refugium ad regem regum docet epiſtola hodierna q̃ ſcribitur Iſa. 55. Querite dominum dum inueniri põt: inuocate eum dum propè eſt. Nam unico uerbo põt nos eripere de dæmonũ poteſtate. Ideo ſubdit in epiſtola: Q̃uo deſcendit imber & niſi de cœlo, & illuc non reuertitur, ſed inebriat terrã, & infundit eam; & germinare eam facit: & dat ſemen ſerenti & panem comedenti, &c. Sic erit uerbum meum qđ egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet q̃cunque uolui: & proſperabitur in his ad q̃ miſi illud. Et ſicut rex ꝑuerſos punit & redarguit, bonos uerò commendat: ſic rex noſter dominus Ieſus Chriſtus Hieruſalem ingrediens, cęcis & claudís, qui ad eum in templo acceſſerunt dona ſanitatis copioſius condonauit: ſed ꝑuerſos & malos ſacerdotes, & auaros qui ſe correctione eius emẽdare non curauerũt, & abiecit & reprobauit, de quo thema: *Eyciebat omnes uẽdentes & ementes de templo.* In ſumma euãgelij tria innuũtur. Primo innuitur ingreſſus regis laudabilis, ibi: *Cùm intraſſet Ieſus Hieruſalem.* Secundo tangitur exceſſus legis uituperabilis, ibi: *Scriptum eſt, Domus mea domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Tertio ſubditur acceſſus ipſorum infirmorũ placabilis, ibi: *Acceſſerunt ad eum.* De primò dicit, In illo tempore, ſcilicet in Domica palmarum, cùm Ieſus deſcendiſſet de mõte Olíueti, ſedens ſuper aſinam, appropinquauit Hieroſolymam: quem turbæ præcedentes & ſequentes clamabant dicentes: Benedictus qui uenit in nomine domini. Et cùm intraret Ieſus Hieroſolymam, commota eſt uniuerſa ciuitas, ideſt maiores ciuitatis commoueban-

tur uidentes hæc:& mirabatur ſecundum Hiero.populi frequentiam,& neſcientes diuinam uirtutem dixerunt: Qui eſt hic?quaſi diceret:Iſte nõ eſt talis nec tantus,cui talia debeãt exhiberi.Vnde Chryſo.ſuper Mat.dicit: Merito aũt commouebantur uidentes rem mirabilem:homo laudabatur quaſi deus.ſed deus laudatur in hoĩe.Puto autẽ ꝙ nec ipſi qui laudabant,ſciebãt quid laudabãt. Sed ſpiritus ſubito ingreſſus in eos neſciente anima ueritatis uerba fundebat.Hæc ille.Conſimilem quæſtionẽ fecerunt de ipſo,ut ait Origenes:Cùm Hieroſolymã cęleſtẽ ingrediebatur,ipſi angeli dicentes:Quis eſt iſte rex glorię?Ad quęſtionem uerò maiorum de ciuitate Hieruſalem reſpondit populus ſicut ſequitur.Populi autem dicebant:Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileæ .Ponunt iſti nomen eius dicentes, Hic eſt Ieſus i. ſaluator. Vnde Mat.1.dicitur:Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.Et ponunt eius officium,dicẽtes eum prophetam:ꝑ hoc innuitur eum eſſe doctorem uerũ Nazareth:quod interpretatur flos. Vnde Canti.2. Ego flos campi & lilium conuallium. Vbi Hierony. Aliis autem ambigẽtibus uel interrogantibus uilis plebecula confitetur:quia hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileæ,A minoribus incipiunt,ut ad maiore perueniant.Prophetam.n. eum dicũt quem Moyſes ſui ſimilem dixerat eſſe uenturũ.A Nazareth aũt Galileæ,quia ibi educatus fuerat,ut flos campi nutriretur in flore uirtutum.Hęc ille. Subdit: *Et intrauit Ieſus in templum*.Chryſ.ſuꝑ Mat. Hoc erat proprium boni filii ut ad domum curreret patris,& illi honorem redderet qui genuit eum.Sic& tu imitator Chriſti factus cũ in aliquã ingreſſus fueris ciuitatẽ,primum ad eccleſiam curras.Hoc ẽt erat boni medici proprium ut ingreſſus ad infirmam ciuitatẽ ſaluandam.primum ad originẽ paſsionis intẽderet.Nam ſicut de templo omne bonum egreditur: ità de templo omne malũ procedit: Si.n.ſacerdotium integrum fuerit,tota eccleſia floret: Si autem corruptum fuerit,fides marcida eſt. Sic enim cum uideris arborem pallentibus foliis,intellige quia uitium habet in radice. Sic cũ uideris populũ

indiſciplinatũ ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotiũ eius non eſt ſanum. Hæc ille. Ideo intrauit in templum corrigere auaritiã ſacerdotũ q̃ in templo magis exercebatur. Pro quo notandum in ſerie huius euangelii, notatur ꝙ Chriſtus tria loca intrauit. ſ. Hieroſolymã, templũ, & Bethaniam: per quæ loca tria ſignificatur mens humana, q̃ debet eſſe Hieroſolyma. i. pacifica: quia Hieruſalẽ interpretatur uiſio pacis. Item debet eſſe habitatio dei grata: & tũc eſt templũ dei uiui acceptum 2. Cor. 3. Vos. n. eſtis templum dei uiui. Item debet eſſe ad obediendum ꝓna: & tunc eſt Bethania, quod interpretatur domus obedientiæ. Pſ. 17. In auditu auris obediunt mihi. Primum locũ domino ingrediente. ſ. Hieroſolymam tota ciuitas eſt cõmota. Spiritualiter, ſic intrante domino in aĩam per gratiam p̃uenientem, oẽs potentię debent commoueri per dolorem & cõtritionem peccati. Pſ. 59. Commouiſti terram & conturbaſti eam, ſana cõtritiones eius quia commota eſt. Sed notandum eſt, ꝙ quidã ſunt qui nullo modo commouẽtur. Alii ſunt qui leniter cõmouentur. Sunt quidam qui dicuntur attriti. Alii qui p̃cordialiter commouentur. Quidam qui nullo modo commouentur, ſunt duri & obſtinati, qui ad pęnitẽtiam non poſſunt frangi. De quibus dicitur ad Rom. 2, Secundum duritiam tuam & impęnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iuſti iudicii Dei. Eccl. 3. Cor durum malè habebit in nouiſsimo die, qui amat periculum peribit cum illo. Alii ſunt attriti. ſ. qui de ſuis peccatis leuiter & ſuperficialiter cõmouentur. In iſtis eſt attritio. i. q̃dam leuis pęnitudo. Et iſta attritio licèt ſi bona: tamen non ſufficit, non. n. paruum ſed magnum dolorẽ Deus à peccatore requirit. Hiere. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Alii ſunt qui p̃cordialiter commouẽtur, qui. ſ. oĩa peccata ſua minutatim conterunt, & minimas partes frangunt dolendo profundè de peccatis magnis & paruis: & de peccatorum circunſtantijs: & non tãtũ de oĩbus in communi. ſed ẽt de quolibet in ſpeciali. Et talis dolor uocatur cõtritio, quando. ſ. cor oĩbus uiribus animæ minutatim oĩa peccata conterit. Pſ. 50. Cor contritum

tritum & humiliatū Deus nō deſpicies,&c. Minus dicit & plus ſignat.i.ꝙ multum diligat.Iſta tria.ſ.obſtinationem,contritionem, & attritionem poſſumus uidere per tria exempla. Primum quòd ſemen iactatum in terram duram & non ſciſſam non creſcit. iactatum uerò in terram ſciſſam in groſſas partes paruum fructū reddit. Iactatum aūt in terram bene cultam minutatim tritam multum fructum facit.Cor obſtinatum eſt tanquā terra dura q̄ nullum fructum facit.Cor attritum eſt tanquam terra in groſſas partes ſciſſa quæ paruum fructum reddit.Cor contritum eſt tanquam terra minutatim trita q̄ multum fructum facit. Secundum exemplum eſt ꝙ ſpecies aromatica ſi eſt integra parum redolet.Si frangatur redolet multum.Sed ſi conteritur redolet plurimum.Sic etiam cor hominis integrum & durū non redolet, ſed fętet.Sciſſum uerò per quendam attritionem modicum redolet.Contritum autem cor redolet multum. Tertium exemplum eſt,quia de grano integro non poteſt fieri panis:de grano uerò groſſo modicū trito fit panis,ſed nō ſapidus:de grano aūt minutatim trito fit panis ſapidus & delicatus.Eodē modo de corde integro & duro nō poteſt fieri panis.ſ.dei,ſed tantū diaboli. De corde uerò attrito etſi fiat panis dei,nō tamen eſt deo multū ſapidus. De corde uerò bene contrito fit panis deo ſapidus, angelis delicatus,pęnitētibus nutritiuus. Pſ.79. Cibabis nos pane lachrymarum.Sc͞d͞o Chriſtus intrauit in tēplum,& inde eijciebat uendentes & ementes in tēplo, & menſas numulariorum & cathedras uēdentium colūbas euertit. Spiritualiter ſic eſt intelligendum.Poſtquā Chriſtus intrat templum cordis ꝑ gratiam ꝑuenientem mouentem ipſum ad contritionē. Poſt hoc intrat in templo cordis ꝑ gratiam ꝓficientem,purgando illud,ſ.per confeſsionē,eiiciendo inde oues & boues & numularios,& colūbas.Per boues qui cornibus uentilantur ſignificatur peccatum ſuperbiæ. Per columbas quæ ſunt libidinoſæ,ſignificatur peccatum luxuriæ.Per numularios,peccatum auaritiæ. Per oues,peccatū accidię. Et ſic omnia iſta de templo corporis tui per confeſsionem abiicienda ſunt.

Vel pōt dici ꝙ per illos qui uendunt columbas ſignificā tur ſimoniaci: qui uendunt dona ſpiritus ſancti qđ eſt peccatum.ſ.clericorum. Per numularios intelliguntur, cupidi, qđ eſt peccatum mercatorum. Per boues ſignificantur ſuperbi, qđ eſt peccatum magnatum & ꝑlatorū. Per oues ſignificantur hypocritæ, qđ eſt peccatum religioſorum. Mat.7. Attendite à falſis ꝓphetis qui ueniūt ad uos in ueſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Tertiò Chriſtus intrauit Bethaniam. Poſtquā .n. Chriſtus intrauit cor per gratiam præuenientem cōmouendo ad contritionem, & per gratiam proficientem purgando ꝑ confeſsionem. Tandem intrat per gratiam perficientem perficiendo ipſum per obedientiæ ſatisfactionē. Et hoc eſt intrare in Bethaniā: quia Bethania domus obedientiæ interpretatur. Hic aūt uerè obedit qui de oībus peccatis ſuis plenā & perfectā ſatisfactionem facit: Satisfactio.n. aliquando eſt minor ꝙ̃ debet, aliquādo eſt æqualis, aliquando uerò maior. Quando.n. eſt minor, tunc deus ſupplet eā in Purgatorio de rigore ſuæ iuſtitię: Quia ſicut dicit Aug. Sicut nullum bonū irremuneratum: ſic & nullum malum impunitū remanet. Quādo uerò eſt æqualis, tunc ualet ad dimiſsionem. Vnde ad Ro.6. dicitur: Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quādo autem eſt maior quam uidentur eius peccata requirere, tunc illa ſatisfactio ualet ad dimiſsionem culpæ & ad cumulum gloriæ. De qua dicitur Luc.6. Menſuram bonam & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum ueſtrum. Dixi ſecundò tangitur exceſſus legis uituperabilis, dicens: *Sctiptum eſt enim: quia domus mea, domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Hoc ſcribitur Iſa.56.

Notādum eſt aūt, Chriſtus poſtquam intrauit in templum, oēs uendentes & ementes de templo eiecit. Sacerdotes enim ꝑꝑ auaritiam ordiuauerunt ut in templo oues & boues & columbæ uenderentur, ne aliqui ex defectu hoſtiæ ſacrificia prætermittere cogerentur. Et

forte

forte ſi aliqui pecuniam ad emendum non haberent, ſta tuerunt ibi campſores, qui ſub cautione tradebant eis pecuniam, quod ſic intelligitur: Chriſtus facto flagello de funiculis omnes iſtos eiecit. Et ſicut dicit Hieron. Inter cætera miracula quæ fecit Chriſtus illud fuit potiſſimum. ꝙ ſcilicet unus homo pauper cum poteſtate: *uendentes & ementes eiecit. menſas numulariorum, et cathedras uendentium columbas euertit*. Sed mirum uidetur quomodo Iudęi iſta fieri ſuſtinuerunt. Ad hoc dicit Hiero. ꝙ de facie Chriſti fulgur quidam mirabilis procedebat, qui omnes ad terrorem conuertebat: & ſibi contradicere non audebant. Nunquam legimus ꝙ Chriſtus tantam uindictam manu exercuerit ſicut hic. Multa. n. opprobria ſæpe audiuit, multas iniurias ſuſtinuit, & nunquam uindictam fecit ut modò. Et ratio huius eſt, quia illic alię iniuriæ erant proprię, & ideo eas noluit uindicare. Iſta autē erat iniuria patris, & ideo eam tam ſeuerè uindicauit, ut doceret nos ꝙ iniurias noſtras debemus remittere, iniurias uero Dei ſeuerè uindicare. Nos uero econtrario facimus quia de iniuriis Dei non curamus, & noſtras implacabiles perſequimur. Eiiciente aũt Chriſto de templo oues & boues dixit uerbum quod ſupra poſitũ eſt, ſ. *Domus mea domus orationis uocabitur*. Ex hoc uerbo habetur ꝙ eccleſia Dei ad duplex officium ędificatur, ſ. Deo ad inhabitandum, & homini ad orandum. Ideo ſubditur, *Domus orationis uocabitur*. Eſt igitur eccleſia domus Dei, quia in ea habitat, iuxta illud 2. Paraly. 7. Elegi & ſanctificaui domum iſtam, ut ſit ibi nomen meũ in ſempiternũ, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus, & aures meæ erectę erunt ad orationē eius, qui in iſto loco adorauerit. Ex quibus uerbis habetur ꝙ dominus in eccleſia poſuit nomen ſuũ, cor ſuũ, & oculos ſuos & aures ſuas. Nomē. n. ſuum ibi poſuit, quia à ſeipſo cã nominari uoluit. Sicut enim domus in qua habitant ſuperbi, poteſt dici domus Luciferi, & domus in qua habitant uſurarii, domus Mammonæ, & domus in qua habitant immundi, poteſt dici domus Aſmodei, & taberna põt uocari domus Beelzebub, quia ꝓpter multitudinem

cpu-

epularum ibi cõuenit multitudo muſcarum. Sic domus in qua cõueniunt fideles dicitur domus Dei. Vnde Gen. 28. Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli. Secundò in eccleſia poſuit Deus cor ſuum, ideſt amorem ſuum. Et ideo multum pro malo habet quando ibi aliquis aliqua illicita exercet ſicut patet hic quando *uendentes & ementes de templo eiecit*. Legitur in hiſtoria ꝙ Pompeius porticũ templi Dei in ſtabulum conuertit equorũ ſuorum: & ꝙ uſque ad tempus illud ſemper fuit uictor hoſtium. A tẽpore aũt illo ſemper ab hoſtibus uincebatur. Tertiò in eccleſia poſuit Deus oculos ſuos ut uideret ibi genuflexiones, eleemoſynarũ largitiones, & alia opera deuota. Sed heu in illis quidẽ nunc tẽporis uidet Deus ornamenta indecentia, pompas & uanitates &c. Vnde Ambr. Qui in oratione uult exaudiri, amota à ſe pompa inclinare ſe debet & Dei miſericordiam prouocet. habitus nãque ſuperbus nec impetrat, nec de ſe rectè credi facit. Et quanto magis hominibus mulier ſplendeſcere uidetur: tantò magis à Deo deſpicitur, & tanto minus oratio eius acceptatur. Legitur Heſter 15. ꝙ cũ regina Heſter ſe ornaſſet & pinxiſſet ut regi Aſſuero placeret: ipſa ex eo regem in iram conuertit: ſed colore roſeo in pallorẽ conuerſo ipſum placauit. Sic ẽt mulier quando uultum ſuum depingit, Deum offendit. Sed quãdo de uultu ſuo nihil curat, Deũ placat. Quartò Deus in eccleſia poſuit aures ſuas quibus audit orationes deuotorũ, iuxta illud Iſa. 38. Audiui orationẽ tuam & uidi lachrymas tuas &c. quibus auribus Deus ẽt audit uerba indeuotorum. Vnde legitur de Sancto Syrillo Ianuẽſi epiſcopo, ꝙ ſemel in eccleſia conſiſtens in riſum eſt prouocatus: aſſerens ſe uidiſſe dæmonem qui in eccleſia uerba loquentium deſcribebat. Tunc cùm cartha deficeret & ille cum dentibus elongare uellet: cartha ſubitò fracta fuit, & ille cũ capite ad murum percuſsit, ut ſonitus percuſſionis & uulnus capitis ſequeretur. Audit etiam Deus illos clericos & monachos qui negligenter cãtant & pſalmos & uerſus, & dictiones multas omittunt. Legitur ꝙ quidam ſanctus homo uidit quendam dæmonem nomine

ne Tytinillum per ſedes monachorum diſcurrentem, qui uidebat aliqua colligere & in uaſculo ſiue in ſacculo recondere: qui à ſancto uiro adiuratus dixit ſe colligere omiſsiones pſalmorum, & qualibet die mille uicibus ſacculum adimplere. Vnde quidam de hoc fecit uerſus.

Fragmina pſalmorum Tytinillus colligit horum:
Quaque die mille uicibus ſarcinat ille.

Secundo conſtructa eſt eccleſia ad orādum. Deus.n.orationes fidelium in eccleſia libēter exaudit. Vnde dicitur 2.Paralip.6. Quicunque orauerit in loco iſto exaudi de habitaculo tuo. Dicit tamen Beda ꝙ tribus de cauſis cōtingit orationes non exaudiri. Primò quando petimus ea quæ nō decet nos accipere, ut temporalia. Vnde Chryſo. Illa pete à domino quæ tibi expediat accipere, & illū deceat dare. Si aūt terrena petis aut difficulter impetras, aut forte non. Quomodo autem decet eum tibi illa dare quæ non habet, & tu habens ea contemnis. Legitur in fabulis poetarū ꝙ Mida rex petiit ab Appolline Deo ſuo, ut quicquid tangeret aurum fieret, & conceſſum eſt ei. Cum igitur cibum uel potum manibus uel labiis tangeret ſtatim uertebatur in aurum, & ſic fame mortuus eſt. Per quod datur intelligi ꝙ auarus ſemper diuitias deſiderat, & illæ ſunt ſibi cauſa mortis, iuxta illud 1.Tim.6. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem &c. & ſequitur: Quæ mergunt homines in interitum. Secundò orationes non exaudiuntur quando petimus indigni, i. exiſtentes in aliqua culpa ſiue in aliquo crimine. Iſa.1. Cum multiplicauerit orationes non exaudiam, manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Threno.3. Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſiret oratio. Zacha. 5. Miſit angelus maſſam plumbi in os amphoræ, & dixit: Hæc eſt iniquitas &c. Ex his habetur ꝙ peccatum aſsimilatur ſanguini, nubi & plumbo. Quando igitur peccatum eſt quaſi ſanguis, orationes maculat. Ideo talis oratio ſic maculata non audet corā oculis Dei apparere. Item peccatum eſt tanquam nubes, ideo orationē obumbrat, & ideo neſcit per uiā cœli incedere. Tertiò orationes noſtræ non exaudiuntur quia pro indignis petimus, i. pro peccatoribus

ribus qui ſunt in propoſito peccandi. Hier. 14. Noli orare pro populo iſto. Ioan. 9. Scimus quia Deus peccatores non exaudit. Legitur in Vitis patrum, ꝙ cum quidã frater grauiter tentaretur, & quidam ſanctus pater pro eo ſemper oraret, & tentatio non recederet: uidit prædictus pater Deo ſibi reuelante, ꝙ ſpiritus fornicationis in diuerſis formis mulierum ante illum ibat & illi applaudebat, & in nullo reſiſtebat. Vidit enim angelum ipſum increpantem quare non reſiſteret, & quare ſe non iuuaret. Tunc dixit illi fratri iuueni, cauſa eſt quare orationes meæ quas pro te faciebam nõ exaudiuntur: quoniã non es eis dignus: niſi ergo teipſum adiuues & corpus tuum maceres & tentationibus reſiſtas, precum mearum non es dignus: quod cum ille feciſſet, ſanatus eſt. Dixi tertiò tangitur acceſſus infirmorum placabilis cùm dicitur: *Et acceſſerũt ad eum cæci & claudi in templo & ſanauit eos.* Sed quare tunc ſanauit? Dicendum primo propter autoritatis confirmationem: ut. ſ. ſententiam eiectionis non ſolum authoritate ſcripturæ, ſed miraculorum operatione confirmaret. Secundò propter ueritatis teſtificationem. Vnde Ambr. Virtute ſua magnalia oſtẽdit in templo calumniantibus ut quod populi clamabant, ille factis oſtẽderet: quaſi teſtis ueritatis illorum. Tertiò ſcd̃m Remigium ꝙ in templo Chriſtus ſanauit, ſignificat ꝙ homines non niſi in eccleſia ſanari poſſunt: cui data eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi. Hæc ille. Quartò ut illi uiſa Chriſti potentia conuerterẽtur. Ideo enim illis cernentibus cæcos illuminauit, ut illi fidei lumen reciperent Et claudos ambulare fecit, ut illis claudicationem mentis abiicerent: & meliores pedes in recta operatione habere inciperẽt. Ex huiuſmodi ergo ſanatione & ex alio quod ſequitur indignati fuerant ſacerdotes: Ideo ſequitur: *Videntes autem principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quæ fecit: & pueros clamantes in templo, et dicentes: Oſanna filio Dauid, indignati ſunt & dixerunt: Audis quid iſti dicunt:* quaſi dicerent: Si iuſtus eſſes, reuerentias declinares. Videant ergo emptores ut ait Hieron. et quantum licet ſancti homines cũ quãto periculo iſta ſibi dici patiantur: ſi uero
domino

domino cui hæc dicebantur: quia nondum ſolida erat credentium fides pro crimine impingitur. Hæc ille.

Sciendũ ẽt ſcd̃m Chryſ. ꝙ ſicut columna ſi modicum obliquata fuerit accepto pondere uadit in latus. Sic & cor hominis ſi peruerſum fuerit: & ſi alicuius uiri iuſti opera uideat uel audiat non confirmatur: ſed magis ad inuidiam concitatur: Hoc modo ſacerdotes concitati ſunt cõtra Chriſtum dicentes: Audis quid iſti dicũt. Hęc ille. *Ieſus aũt dixit eis: Vtique nunquid legiſtis: Ex ore infantiũ & lactantiũ perfeciſti laudẽ?* Vnde Chry. ſuper Matth. Nõ dixit illud Chriſtus qđ ſcribæ audire cupiebãt. Bene faciunt, inquit, pueri ꝙ mihi teſtimoniũ perhibent: nec propterea errant quia pueri ſunt, quod ſi eſſet, deberetis tamen ætati ignoſcere. Sed illa ætas profert exemplum de Pſal. 8. Vt tacente domino teſtimonium ſcripturarum puerorum dicta confirmaret. Hæc ille. Tanquam ſi dicat ut idem Chryſ. ſuper Matth. ait: Eſt mea culpa ꝙ iſti clamant, nunquid mea culpa eſt, ꝙ ante tot millia annorũ hoc futurũ propheta prædixit? Hæc ille, quaſi iterum dicat dominus: Quid me arguitis de laude puerorũ, ſi peccatũ eſt, arguite ſpiritumſanctũ qui per os prophetę hoc eſſe futurũ prædixit. Notandũ autem, ꝙ dicit perfeciſti, &c. Laus .n. inchoata fuit in uia à turbis: augmentata & perfecta in templo. Tria .n. debemus notare quæ perficiunt laudem. Primò concordia quæ reſonantiam facit. Ideo hoc ſimpliciter dicitur ex ore Daniel. 3. Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Deo &c. Secundò munditia, quia non eſt ſpeciosa laus in ore peccatoris, ideo dicit infantium. Apoc. 14. Et nemo poterat dicere canticum &c. Et ſequitur ibidem: Hi ſunt qui cũ mulieribus nõ ſunt coinquinati. Tertiò diuina ſcientia. Vnde gl. In quibus ueritas operatur, nõ ingenium hominis. Ideo dicitur, lactantium. Oſeę 2. Lactabo eam & loquar ad cor eius. Laudem uero incipiunt pœnitẽtes, adiiciunt proficiẽtes, & perficiunt innocentes. Tunc ſequitur receſſus hominis amabilis: quòd relictio probat uulgi remoti. Vnde ſubditur. *Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam.*

Vnde

Vnde Chryſ.Ibi corporaliter manere uoluit ubi ſpiritua liter repauſabat.Nam ſanctorum uirorum non eſt inqui rere manſionem ubi clariores ſunt uiri:ſed ubi ſanctiores & fideliores.Ibique manſit apud Lazarum & ſorores eius et docebat eos de regno Dei.Quia.n.illi uenientem dominum non ut dignum ſuſceperunt:ideò nõ immeritò eos reprobatos oſtendit per hoc ꝙ abiit foras.Secundò ideo abit foras ſecũdum Chryſ.ſuper Matth.quia malum hominem melius locum dando põt aliquis uincere quàm reſpondendo:quia malitia non inſtruitur ſermonibus,ſed excitatur.Et ideo dominus recedendo compeſcere ſtuduit quos reſpondendo non compeſcuit. Hæc ille.Eccl.6.Ab inimicis tuis ſeparare. Exemplum in Iacob,Eſau,& Abraham,et Loth.Seneca:Optimum genus uincendi eſt patientia.Tertiò ideo ſecundum Hiero.licèt Chriſtus pauper fuerit,nulli tamen adulatus eſt.Idcirco nullum hoſpitium nullamque manſionem iuxta urbem inuenit,ſed in uico paruulo apud Lazarum et ſorores eius habitauit.Felices certè multũque beati ſunt qui dominum hoſpitem habere meruerunt: cuius præſentia triſtia cuncta ſubmouebantur: ſalubria et iucunda omnia prouidebantur. Sed et illi nihilominus feliciſsimi ſummèque beatiſsimi,qui ita ſe ab omni malitia caſtos immuneſque cuſtodiunt:ut in ipſis dominus habitare et apud eos manere dignetur.Quod nobis præſtare,etc.

FERIA IIII

Quicunque fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus frater,ſoror,& mater eſt. Mat.12.Mar.18. Luc.11. Enarratio. I.

CONſuetudo dignoſcitur,hõ tenetur illi impendere honorem,et eum prę oculis habere, ſine quo non põt eſſe,nec uiuere.Spiritualiter,ſic homo ſine Dei miſericordia,nequaquam põt uiuere. Pſ.93. Sed dicebã motus eſt pes meus,miſericordia tua adiuuabat me. Ergo miſericordiæ Dei ſemper debemus habere memoriã et eã inuocare,ut facit eccleſia in introitu Miſſę:Remi-

niſcere miſerationum tuarum domine, etc. Et inuocat Dei miſericordiam in collecta dicens: Preces noſtras quæſumus domine clementer exaudi: et contra cuncta nobis aduerſantia dexteram tuæ maieſtatis extende. Similiter in epiſtola habemus quõ miſericordia Dei ſuſtẽtauit Heliã 3.Reg.19.qui dormiuit ſub iunipero: et cibauit eum pane ſubcineritio per angelum.Etiã de Dei miſericordia habemus in prophetia Exod.24. qñ Moyſen ſuſtẽtauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Et ſic ſine Dei gratia et miſericordia pœnitentiã quadrageſimalẽ portare non poſſimus.Sed uidemus ꝙ amicus auxiliatur amico ad portandũ onus. Ergo ut ſimus Dei amici faciamus eius uoluntatem ut auxilietur nobis. Ad quod hortamur in themate,dicente: *Quicunque fecerit uoluntatem patris mei. &c.* Aliud thema.Dicit.n.Sapiẽs Eccl.6.Amico fideli nulla eſt cõparatio.Moraliter: Nullus fidelior amicus Deo omnipotenti.Pſ.144. Fidelis dominus in omnibus uerbis ſuis.Eccl.2.Qui ſperauit in domino et confuſus eſt?et quis permãſit in mandatis eius, et derelictus eſt?Eſt.n. ita fidelis ꝙ ſemper aſtat nam ſi ſe ſubtraheret omnia in nihilum redigerentur.Pſ. 93. Si dicebam, etc.Nam dicitur Eccl.6.Amicus fidelis protectio fortis:medicamentum uitæ et immortalitatis. Nã à morte animæ non habemus nos tueri ſine protectione ſuæ miſericordię.Thren. 3.Miſericordiæ domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius,etc.Illius non debemus obliuiſci.Senecã:Ingratus eſt,qui beneficium accipiens obliuiſcitur illud,et retributionem pro eo non facit. Ne igitur ſimus ingrati recordatur eccleſia hodie miſericordiæ Dei cùm cantat: Reminiſcere miſerationum tuarum domine.quaſi diceret: Hodie eſt ſeptimus dies ieiunii et pœnitentiæ. O Deus ſicut in ſeptuageſimo anno liberaſti filios Iſrael de Babylonica ſeruitute:ſic hodie in ſeptima die quadrageſimali ſis nobis peccatoribus miſericors. Similiter in collecta recordatur miſericordię Dei.Et ĩ prophetia.quaſi diceret:Sicut Heliam confortaſti per panem ſubcineritium: ſic et nos per quadraginta dies,etc.Et ſicut Moy

ſi ieiunanti per quadraginta dies decem mandata commendaſti: ſic & nobis tua præcepta conſeruare ttibue, per quæ amici Dei efficimur. Ioan. 15. Vos amici mei eſtis ſi feceritis, quæ ego præcipio uobis. Tullius: Amicorum idem eſt uelle. ſic & nos, de quo thema. In ſumma Euangelii duo innuuntur. Primo innuitur malignitas. Iudæorum in petitione. Secundò innuitur charitas in examinatione, ibi, *Adhuc illæ loquente.* De primo: *Acceſſerunt ad Ieſum, &c. Magiſter unlumus à te ſignum uidere.* Sed dices, Cur Iudæis petentibus ſignum non dedit? Reſpondet Sanctus Tho. in ſcripto primo diſ. 1. ad literam q. 1. & 2. Signum importat aliquod notum, quo ad nos, inducens nos in cognitionem alterius: ut exemplificat Aug. in lib. 2. de doctrina Chriſtiana: Sicut ueſtigium declarat animal, fumus ignem, tuba exercitum, circulus uinū. Et quia Iudæi non quærebant rem & ueritatem ſigni per intellectum, ſed tantum ſignum per ſenſum: idcirco non dedit eis Chriſtus ſignum. Quia dicit Aug. in ſermone de tentatione Chriſti Inane eſt omne miraculum, quod non operatur ſalutis effectum. Et ſic hic fuiſſet factum: quia curioſitatem quæſierunt, ueſtigium quęrebant nō animal: fumum non ignem: circulum non uinum, ergo ſignum eis non dabatur. Sed diceres, qualia ſigna petebant? Reſpondet Hieron. in homil. In morem Helię, &c. ergo ignis tormentorum in eis non extinguetur uel tonitruum, ut tempore Samuelis. Et ſic tonitruum damnationis ab eis audietur. Ite maledicti, &c. Idcirco reſpondit: *Generatio mala &c.* O infelices Iudæi: nonne quadruplex ſignum eius diuinitatis uidiſtis? Primò in reuelatione ueſtrarum cogitationum, quod ſoli Deo conuenit. 2. Reg. 8. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Secundò in locutione. Ioan. 7. Nunquam ſic locutus eſt homo. Tertiò per miracula quæ nemo fecit. Ioan. 9. A ſeculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæcinati. Ioan. 15. Si non ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberēt. Quartò teſtimonium omnium prophetarum. Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere. Subdit. *Et adultera,*

quia

quia multis amatoribus ſe copulauerat. Aug. Anima deſerta à creatore, & amans creaturam adultera eſt: & ſic adulterantur idololatræ. Similiter auari. Gala. 5. Auaritia eſt idolorum ſeruitus. Similiter amatores mūdi. Iac. 4. Adulteri neſcitis qm̄ amicitia huius mūdi inimica eſt deo. Tales ſunt qui adhuc q̄runt ſigna, &c. ſed non eſt opus. Aug. Magnum eſt prodigum ꝙ toto mundo credēte iudęi non credunt: ideo adulteri. Dicit.n. Valer. lib. 8. de Zabulon rege, qui ſtatuit legem ꝙ adultero deprehenſo uterq; oculus eius erueretur. Factum eſt ut filius ſuus adulter efficeretur: idcirco tota ciuitas legi reſiſtebat ꝑꝑ honorē patris. Ne igitur lex ſtatuta euacuaretur ſibi unū oculū & filio unū iuſit eruere. Spiritualiter, & ſic rex regum ſuſtinuit mortem, & hō mortem temporalem, ne hō duplici morte moreretur. 1. Cor. 15. Sicut in Adam oēs moriuntur: ita & in Chriſto oēs uiuificabuntur. Et Oſeæ 13. O mors ero mors tua. In ſumma euāgelii tria innuuntur: Primò tentatio poteſtatis admirādę, ibi, *Acceſſerunt*. Scd̄ò ſubditur comminatio pęnalitatis infligēdę, ibi, *Viri Niniuitæ*. Tertio tangitur examinatio charitatis amplexādę, ibi, *Adhuc eo loquente*. De primo dicit, In illo tēpore. ſ. poſt eiectionē ſurdi & muti acceſſerunt ad illū, quidā de ſcribis & phariſęis dicentes: *Magiſter uolumus a te ſignum uidere*. Dicit Hiero. Signū poſtulāt quaſi illa q̄ uiderāt ſigna nō fuiſſent. ut Lucas exprimit cap. 11. Petētes nō ex deuotione ut ex hoc credant: ſed ex curioſitate ſignū de cęlo: fortè ut tonitrua audirēt ut tēpore Samuelis 1. Reg. 1. cap. Qđ fuit magnū in Paleſtina tēpore æſtatis ꝑꝑ defectum materiæ & potentiā agentis. ſ. ſolis qui cōſumit oēs uapores: ita ꝙ non poſſunt ibi generari huiuſmodi paſsiones aereæ. & ideo raro ſunt ibi pluuiæ. Vel fortè petebāt ignem de cęlo deſcēdere ſicut tēpore Heliæ. 4. Reg. 1. quaſi nō poſſent talia ſigna calūniari, & dicere ꝙ ex uariis paſsionibus accidiſſent. Cōtra quos Hiero. ſic ait: Nā ſi calūniaris ea q̄ oculis uides, manu tenes, utilitate ſentis: quid facturus eſſes de his quę de cęlo ueniunt: utique reſpondebis, & magos in Aegypto multa ſigna feciſſe de cęlo. Hęc ille.

Et nota ꝙ uerba eorum ſunt plena adulatione: q̃a magiſtrũ uocant, quẽ prius dęmoniacum appellabant. *Qui reſpõdens ait illis: Generatio mala & adultera ſignum quærit, et ſignum nõ dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ.* Vbi ſciendũ ꝙ quando conuitiabantur ei dicentes: ꝙ in principe dæmoniorum dæmonia eiiceret, manſuetè reſpõdit eis ꝑ rationem improbãs dictum eorum. Hic uerò cum laudãdo adulantur magiſtrum uocãtes: aſperè reſpõdit eis. In quo docet opprobria & adulationes eſſe uitãdas. Vel ut Chryſ. dicit, hoc fecit demõſtrans ꝙ utriq; paſsioni erat ſuperior: & neq; cõuitiis in irã cõducitur, neq; adulatione mollitur. Hæc ille. Et ſciendũ ꝙ uocat eos primo generationem malã: quia ut dicit Chryſ. Ipſe Chriſtus ꝑꝑ hoc dicit eos generationem malam, qm̃ ingrati ſemper facti ſunt cõtra benefactores, & ꝑ benefacientes moniti deteriores euadebãt qđ eſt ultimæ malitiæ. Hæc ille. Secundò uocat eos generationẽ adulteram: quia & ſi idola non colebant, tamẽ à uero ſponſo Chriſto ſe alienabãt. Et quia dixerat ꝙ non dabitur eis ſignum, ſ. niſi ſignum Ionæ prophetæ: ideo quale illud ſignum fuerit oſtenditur cùm ſubditur: *Sicut .n. fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Ionas .n. fuit ſignum Niniuitis dupliciter uerbo & facto. Verbo, quia uiua uoce ei ſignificauit ꝙ perirent niſi conuerterẽtur. Facto, ꝙ fuerit in uẽtre ceti tribus diebus & noctibus. Vbi fuerunt tria, ſ. abſorptio, detẽtio, euomitio. Abſorptio fuit mortis ſignũ detẽtio ſepolturę, euomitio reſurrectionis. Vnde Rabanus oſtendit iudæos ad inſtar Niniuitarum criminoſos. & niſi pęniteant ſubuerſioni fore proximos. Sed ſicut illis denuntiatur ſuplicium & demonſtratur remedium: ita Iudæi nõ debent deſperare ueniã, ſi ſaltẽ poſt Chriſti reſurrectionẽ egerint pęnitentiã: quia mors Chriſti recõciliatio eſt mundi. Ionas enim .i. columba uel dolens, eſt ſignum eius ſuper quem deſcendit S. Sanctus in ſpecie columbę: qui dolores noſtros portauit. Piſcis qui Ionam deuorauit ĩ pelago ſignificat mortem, quã Chriſtus paſſus eſt in mundo. Tribus diebus & tribus nocti-

bus

bus fuit ille, ſ. Ionas in uentre ceti Et ille, ſ. Chriſtus in ſepulchro: ille electus eſt in aridā: ille ſurrexit in gloriā. Hęc ille. Et ſciendum ꝙ illi tres dies intelliguntur per ſynecdochem ꝑ Hiero. ut in parte totum intelligas. Prima ergo dies computatur à parte diei Paraſceues cū nocte ꝑcedente. Secunda à die integra. ſ. ſabbathi cū nocte pręcedente. Tertia à parte diei dominicæ cum nocte præcedente. Et ſic ſunt tres dies artificiales & tres noctes: uel aliter tribus noctibus. i. duabus ſecundum rem, & tertia ſecundum rationem. Nam ante paſſionem dies ꝑceſſit noctem, in quo ſignificatur ſtatus innocentiæ ꝑcedens ſtatum culpę: ſecūdum hoc dies Paraſceuę computatur cum nocte ſequente: dies ſabbathi cum nocte ſequentē. Et ſic duo dies & duæ noctes. Tertia dies dominica cū nocte ꝑcedente: quia tunc nox ꝑceſſit diem. Et ſic illa nos in rationem duarum cōputatnr. Et ſic ſunt tres dies & tres noctes. Nota ſecundum Grego. Signa facere non eſt ſanctitatis probatio: ſed unumquemq; ſicut ſeipſum diligere, uirtus Chriſtiani hoīs conſiſtit in amore nō in mirabili oſtenſione. Ioan. 13. In hoc omnes cognoſcent, ꝙ mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis ad inuicem. non dicit: Si ſigna feceritis. Hiero. In primitiua eccleſia ſigna neceſſaria erant: nunc non. Primò, quia fides non erat introducta. Nam filium zeta inſeritur, & poſtquā filium eſt introductum zeta non eſt neceſſaria. Secundò in primitiua eccleſia fides non erat roborata. Gregorius. exemplificat de iuuenibus plantis quæ primo rigantur, poſtea non. Tertia ideo, quia eccleſia modò meritis eſt cumulanda. Vnde Grego. dicit: Fides non habet meritum ubi ratio, &c. Ideo reprehenſibiles ſunt tales, qui ſigna quærunt ad credendum, uel qui deſiderant ꝙ eis loquatur deus uiſibiliter uel per angelum: uel uolūt certificari an ſint in gratia uel non. Quod ſi fieret, forſitan per reuelationem ſuperbirent & peiores efficerētur. Vnde Romanorum primo: Iuſtus ex fide uiuit. Ideo hæc eſt generatio mala quæ fidem inficit. Et ideo Iaco. 2. capit. ſic dicitur: Fides ſine operibus mortua eſt. Pſ. Generatio mala non direxit ſecundum deum cor ſuum: nec

eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Adultera q̃ ſpirituale adulterium committit: Pſ. Fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. Ideo talibus nō datur ſignū unitatis & curioſitatis, ſed utilitatis. Ionas ꝓpheta figurat peccatorem qui eſt in mari pęnitētię: & non ſubmergitur ꝑ deſperatione, ſed à uentre ceti ſuſcipitur, & in ſinu diuinæ miſericordię ſuſtētatur in quo manet ꝑ triduū cōtritionis & ſatisfactionis. Et ꝑ hoc triduū ſuſcitatur à morte peccati. Oſeę 6. Viuificauit nos poſt duos dies: & in die tertia ſuſcitabit nos, & uiuemus in cōſpectu eius: & tribus noctibus: cum deflet tria peccata cordis, oris, & operis. Vel deflet p̄terita, declinat p̄ſentia, & cauet futura. De his noctibus Tob. 8. Deprecemur deū hodie & cras: q̄a his tribus noctibus deo iungimur. Hæ noctes nō habēt obſcuritatē. Pſ. Nox ſicut dies illuminabitur. Sed multi q̄ figurā Ionæ nō reſpiciunt, ideo uiri Niniuitæ condānabunt eos. Sed diceres, quare nō ſignum de cęlo, ſed ſigum de inferno uel ſepulchro? Reſpōdetur, ꝑꝑ indignitatē, quia filii uiperarū. Mat. 3. Progenies uiperarū quis demōſtrabit uobis fugere à uētura ira? Scđo ideo quia filii diaboli ꝑꝑ prauitatem. Io. 8. Vos ex parte diabolo eſtis: ergo nō de cęlo, ſed de inferno. Sed diceres, Cur Ionas & non alter ꝓpheta a Chriſto ponitur ꝓ ſigno? Reſpōdet Hier. Quia in Iona dominicū myſteriū manifeſtè mōſtratum eſt in multis. q̃ ſignificabant Chriſtum. Primò ideo Ionas miſſus p̄dicare Niniuitis tempeſtatē patitur maris. Sic filius dei miſſus a patre in mundum tempeſtatem. i. perſecutionem à populo patitur. Hiero. Actualis nō defuit ſeuitia premens, & iuſtitià patiens. Scđò Ionas dormiuit in tēpeſtate: ſic Chriſtus mortuus in ꝑſecutione. Tertio Ionas miſſus in profundum maris à ceto deglutitur: & ſic Chriſtus amariſsima morte mortuus āīa infernum intrauit, corpus ſepulchrum, & deitas cum utroq;. Quarto ideo: quia ſicut Ionam cetus ille nec digerere nec intra ſe ualuit retinere: ita infernus & mors non potuit retinere Chriſtum. Pſ. 15. Nō dabis ſanctum tuū uidere corruptionem. Quintò ideo: quia ſicut Ionas fuit in uētre ceti tribus diebus & tribus noctibus: & ſicut cetus

tus tertia die eum euomuit: ſic & Chriſtus tertia die reſurrexit. Itē ſextò ideo: quia ſicut Ionas ſolus eiectus eſt in mare, ut alij ſaluarētur: ita Chriſtus ſolus mortuus eſt ut nos oēs ſaluaremur. Io. 18. Si me q̄ritis ſinite hos abire. Itē ſeptimo ſicut Ionas p̄dicauit Niniuitis, ꝙ ſi non pęniterēt abſorbētur: ita & Chriſtus Iudæis. Luc. 13. Niſi pęnitentiā egeritis oēs ſimul peribitis. Subdit: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta & condemnabūt eam.* Sed diceres tamen dicitur Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio? Reſpondet Hieron. in homi. ꝙ ipſi condamnabunt eam non ea autoritate ut Chriſtus: nec approbatione ſententiæ ut apoſtoli: ſed comparationis exemplo, ſ. melioris uitæ. Hic ulterius quæritur ſuper illo uerbo Signū non dabitur ei, &c. Quare nō dedit eis ſignum ut uiſo ſigno crederent in ipſum? Dicendum ꝙ non quærebant ſignum ad credendum, ſed reprehendendum ſecundū Chryſoſtomum: ideo tunc nō dedit parcēs eis. Item dicitur, ſignum non dabitur. Contra: Multa ſigna dedit eis ante ſuam paſsionem, ſicut illuminationem cęci, & multa alia. Dicendum ꝙ illud non eſt dictum, ꝙ alia ſigna ante mortem Chriſti non fuerant data, ſed quia mors & paſsio eius fuit ſignum præcipuum & ultimum & ſignum ſignorum, in quod omnia ducebātur, quod ſpiritualiter datum iudęis dicitur, quod illi ſi crederent ſaluarentur: ſin autem aliter ſubuerterentur. Vel intelligendum eſt illo modo: Signum non dabatur eis, & ſi poſtea datū ſit. Similiter alia dubia ſuperius mota, ſ. in p̄cedentibus hic ēt poſſunt adduci. Dixi ſcd'ò tangitur comminatio pęnalitatis infligēdæ. De qua nunc ſequitur, ſ. *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condenabunt eam: quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ &c.* Vbi ſciēdum ꝙ ne quis ſecundū Chryſ. exiſtimaret ꝙ iudęi in futuro conuertentur, ſicut Niniuitæ: ideo ſaluator totum contrarium dicit, q̄m ex beneficio paſsionis Chriſti nullū fructum p̄ceperunt, q̄a Niniuitę condamnabunt generationē iudęorū: nō autoritate iudicādi, ſed cōparatione melioris uitę. Si condānabūt, ergo nō cōuertētur. Hoc uerū eſt de Iudęis, q̄ rei

ſuerũt in paſsione Chriſti ex certa malitia. Melioris au tem uitæ fuerũt Niniuitæ, quantũ ad hoc ꝙ pęnitentiã egerunt ad p̄dicationem Ionę. Et ſubdit: *Ecce pluſquam Ionas hic*, ſ. in medio ueſtri. Quia ſecundum Hiero. Ionas triduo p̄dicauit. Chriſtus tribus annis cum dimidio. Ille Aſſyrijs genti incredulæ: Chriſtus iudæis populo dei. Il le uoce ſimplici: Chriſtus uoce, ſignis, & miraculis. Illi Aſſyrij cõuerſi ſunt ad p̄dicationem Ionæ. Iſti iudęi nõ conuertuntur nec meliorantur. Ideo Aſſyrij condemnabũt iſtos: quia pluſquã Ionas hic. Hæc Hiero. Sciendũ ꝙ Rabanus dicit: Tunc oſtẽdit dominus his p̄ſentibus uer bis unam eſſe bonorum & malorum reſurrectionem fu turã: contra quoſdam hęreticos, qui dixerunt unã eſſe re ſurrectionẽ bonorum & alterã malorum. Deſtruitur ẽt in his uerbis fabula Iudæorum, qui ſolent dicere ꝙ ante iudicium mille annis celebratur reſurrectio: apertè his uerbis oſtẽdẽs: qa mox ut celebrabitur reſurrectio, cele brabitur & iudicium. Hæc ille. Et notauit in uerbis: Sur gent & condemnabunt eã. Subdit: *Regina auſtri*. Luc. 12. Seruus ſciens uoluntatem domini & nõ faciens uapula bit plagis multis. Et ſic iudæi & mali Chriſtiani. Pſ. nos aũt populus eius & oues Paſchuæ eius. Gregorius: Quã tò maiora beneficia, tantò maiora ſupplicia. Exemplũ in uitis patrũ, quòd Macharius in deſerto inuenit caput interrogauit cuius eſſet: reſpondit, cuiuſdam principis ſacerdotum gentilium. Requiſiuit: Es profundè in infer no. Reſpondit, quantum cęlum à terra diſtat. Requiſiuit an alii eſſent ꝓfundiores eo. reſpõdit, Iudæi qui deũ co gnitum negauerunt: & cognoſcentes ipſum non glorifi cauerũt ut Chriſtiani. Ad Ro. 1. Quia cùm cognouiſſent deũ, non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerũt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. Ideo apoſtolus ad Heb. Si quis irri tã faciens legẽ Moyſi ſub duobus uel tribus teſtibus mo rietur, quãto magis qui ſanguinẽ Chriſti cõculcauerit? Hebr. 6. Rursũ crucifigẽtes filiũ dei, &c. *Regina auſtri ſur get in iudicio cũ generatione iſta et cõdemnabit eã, quia uenit a finibus terræ audire ſapientiã Salomonis*. Prou. 1. Doctrinã

atq; ſapientiã ſtulti deſpiciũt. O quot ſunt, ut dicitur ibi dem Eccleſiaſtes primo: Stultorũ infinitus eſt numerus. Sicut impoſsibile eſt peccatorem ſaluari ſine pęnitētia: ſic & a peccaris abſtinere ſine ſapientia. *Et ecce pluſquam Salomon hic.* Hieronymus: Eodē modo condemnabit re gina auſtri populum iudæorum, quo condemnabunt ui ri Niniuitæ Iſraelem incredulũ. Hæc ille. Illa a remotis uenit: iſti pſentem habuerũt. Illa mulier, iſti uiri. Illa cũ labore: iſti ſine difficultate Ila laudauit alienigenam, ſ. Salomonem: iſti condemnauerunt proprium terrigenã, ſ. Chriſtum. Illa ad ipſum uenit quem ſola fama cogno uit: iſti probatum miraculis contempſerunt. Illi ad purum hominem: iſta ad deum & hoīem. Illa cum muneri bus: iſti cũ opprobrijs & uulneribus. Idcirco dicit Chryſoſtomus: Regina Auſtri uenit à finibus terræ: & Chriſtiani nolunt uenire de plateis ad audiendum Chriſtũ. Multi de eccleſia exeunt, & Chriſtum ibi ſolum relinquũt. Sequitur nunc comminatio æternæ pęnę per pſen tem comminationem, ibi: *Cum immundus ſpiritus exiet de homine &c.* uſque ibi, *Sic erit generationi huic peſſimæ*. Hoc inuenies expoſitũ īfra ī dominica tertia quadrageſimę, ideo hoc exponere prętermitto. Dixi tertiò tāgitur exa minatio charitatis amplexandæ qđ deſiderium probat de maternis, ſupple rebus uel affectibus. *Adhuc eo loquen te ad turbas, ecce mater eius ſtabant foris quærentes loqui ei &c.* Vbi ſciendum ꝙ Chriſtus turbis pdicando confudit ſcribas & phariſæos: ſicut & hodie debet fieri in pdican do ad populum uulgarem, ubi re uera expedit uitia pla torum tangi: attamen generali ſermone, quia pdicator non deſcendit ad ſingularia hominum. Et ſciendum ꝙ licèt phariſęi eſſent mixti cum turbis: tamen principaliter prædicabat pp turbas erudiendas. Aduertendum eſt etiam ſecũdum Chryſ. ꝙ quandò diabolus uidit ꝙ Chriſtus perſuadebat populo, ꝙ eſſet filius dei, dicens: *Ecce pluſquam Ionas &c.* Et timēs ne filius dei cognoſceretur qui putabatur hō, ipſe derelinqueretur ab oībus: ideo ad uincendos ſermones eius introduxit parentes eius carnales: & ut per eorum contemplationē diuinitatis eius

obſcuret naturam. Et uenit unus diaboli excellens aduocatus: quia humano ore uerba diabolica loquebatur, dicens: *Ecce mater tua &c.* Inſidiando hoc dixit, ut exploraret ſi carnis affectu p̄dicationem incœptā dimitteret. Et ideo multas implicauit inſtātias, quæ ipſum mouere poterant ad ceſſandum dicens: Ecce quaſi in promptu ſunt & in patulo ubi uerecundum eſt ſtare. Itē mater tua quę p̄cipitur honorari. Item fratres tui quos natura & lex iubet diligi. Item foris ſtant expectantes te in loco exteriori. Item q̄rentes te: quia ꝓꝑ te ſolum uenerunt: ideo debes ad eos egredi. q. d. ſecundum Chryſ. Quid gloriaris o Ieſu de cęlo dicens te deſcendiſſe, qui radices habes in terra: non potes eſſe filius dei quē homines genuerunt: non potes in te illum abſcondere quem natura conuincit. Fratres autem nominat cognatos eius ſecundū morem ſcripturæ: ut dicit Hieron. contra Heluidium. Vlterius nunc ſciendum ꝙ quatuor modis in ſcripturis diuinis fratres dici merentur, natura, gente, cognatione, affectu. Natura, ut Iacob & Eſau. Gente, ut omnes Iudęi fratres inter ſe uocantur, ſicut in Deutero. Non poteris ſuper te conſtituere hominem alienum qui non eſt frater tuus. Porro cognatione uocantur fratres, qui ſunt de una familia, ſicut in Geneſi dixit Abraham ad Loth. Nō ſit rixa inter me & te: q̄m fratres ſumus. Affectu etiā fratres dicuntur, quod in duo diuiditur, in ſpeciale & commune. In ſpeciali: quia Chriſtiani fratres dicuntur ut ſaluator dicit: Vade dic fratribus meis. Porro in cōmuni: quia omnes homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate coniuuguntur, ſicut ibi: Dicite his qui oderūt uos, fratres noſtri uos eſtis. Interroga ergo iuxta quē modum fratres domini in euangelio appellantur iuxta naturam? Sed ſcriptura non dicit, nec Mariæ nominans eos filios, nec Ioſeph. iuxta gentem? Sed abſurdum eſt, ut pauci ex Iudęis uocati ſint fratres cū omnes q ibi erant, potuerunt appellari. iuxta affectūm humani iuris & ſpiritus? uidetur quòd ſic: quia magis erant fratres quàm Apoſtoli quos dominus docebat intrinſecus: aut ſi omnes, quia homines ſunt fratres, ſtultū fuit nuntiare

qua ſi

quaſi proprium:Ecce fratres tui quærunt te. Reſtat igitur ut fratres eos intelligas appellatos cognatione non affectu:non gentis priuilegio, non natura. Hæc Hiero. Et reſpondens dicenti ſibi ait: *Quæ eſt mater mea & fratres mei*.q.d. Non habeo carnalem affectũ ad eos.Per hoc enim ſecundum Hiero.non negauit matrem ne natus de phantaſmate putaretur:ſed apoſtolos cognationi prætulit,ut & nos in comparatione dilectionis carni ſpiritum præferamus.Hæc ille.*Et extendens manum ſuam in diſcipulos dixit:Ecce mater mea & fratres mei*.Mater eius ſunt qui eum in corde ſuo concipiunt,& eum pariunt per prædicationem in cordibus auditorum. Et fratres eius ſunt, qui opera patris eius faciunt, qui ei cohæredes erunt in cœlo.Et hi fuerunt diſcipuli eius, de quibus dixit Ioan. 20.Vade ad fratres meos & dic eis.In hanc maternitatẽ aut fraternitatem ſpiritualem confidere debemus nõ in carnalem.Vnde Chry.Cum his autem quæ dicta ſunt & alibi nos docet,uidelicet in nulla cognatione confidentes uirtutẽ negligere.Si enim Mariæ nihil prodeſſet matrem eſſe niſi uirtus adeſſet: quis utique alius per cognationem ſaluabitur?Vna enim ſola nobilitas eſt,ſ. Dei facere uoluntatem.Hæc ille.Et ſciendum ꝙ non ſolum dixit hic ſaluator ſe habere ſpiritualem affectum ad diſcipulos,ſed ad omnes alios Ad Hebr.2. Non confunditur nos uocare fratres.De quibus nunc ſubditur: *Quicunque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt*. Frater enim & ſoror Chriſti efficitur homo credendo.Ioan.1. Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri,his qui credũt in nomine eius. Mater uero prædicãdo,quia gignit fructum in cordibus auditorũ. Nota, uerbum Dei concipere & parere eſt res feliciſſima.Vnde Aug.loquens de uirginitate dicit: Beatior fuit uirgo Maria profitendo Chriſtũ, quàm concipiendo carnem Chriſti.Nihil.n. Marię materna propinquitas profuiſſet,niſi illa felicius corde quã carne guſtaſſet. Sed diceres,quare dominus non fecit mentionem de patre dicendo,ipſe meus frater, ſoror & pater eſt? Reſpondetur ſecundum Hierony.ad hoc quòd homo generat aliũ ſpiritua-

ritualiter, oportet ꝗ homo à Deo accipiat. Nō.n. homo hoc à ſe habet, ut aliū poſsit ſpiritualiter generare: ideo nō meretur dici pater generati. Nā pater cōcurrit ad generationē actiuè: qualiter bomo ad ſpiritualē generationē concurrere non pōt, ſed ſolùm more matris paſsiuè & receptiuè. Sed diceres, quare Chriſtus nō dicitur filius noſter? Reſpondetur ꝗ hæc formatio non dat eſſe Chriſto, ſed potius nobis: aliud eſt formare Chriſtum: aliud Chriſtum formari in nobis. Sicut aliud eſt figurare ſigillum in cera Chriſtus non figuratur per nos: ſed figuratur in nobis. Nota, uoluntatem Dei debemus implere. Primo propter ſeruitutis conditionem. Aug. in ſoliloquio: Noli eſſe proprius in tuæ uoluntatis poteſtate: nō eſt ſerui ut uiuat ſibi, ſed domino. Et ſic loquitur apoſtolus ad Gal. 2. Viuo aūt iā non ego, ſed uiuit in me Chriſtus. Et ſic ſcribitur ad Rom. 6. cap. Quod.n. uiuit, uiuit Deo. Secundò pp fortē beneficiorū obligationem. Vnde Ber. in lib. de Diligendo Deū: Ratio dictat, iuſtitia naturalis urget totū ſe tradere illi, à quo ſe totū habet. Et ſubdit poſtea: Si totum me debeo pro me facto, quid addā iam pro me redempto & refecto? In primo opere, ſ. creationis me mihi dedit. In ſecundo, ſ. redemptionis ſe mihi reddidit. Tertiò propter uoti promiſsionē, promiſimus.n. ei in baptiſmo renuntiare diabolo. Pſ. 72. Vouete & reddite domino Deo ueſtro. Eccl. 5. Melius eſt non uouere, quàm poſt uotum promiſſa nō reddere. Quartò propter noſtræ uoluntatis impletionē: quia qui uoluntatem Dei implet, Deus facit uoluntatem ſuam. Ioan. 9. Si ꝗs Dei cultor eſt & uoluntatē eius facit, hunc audit.

DE EODEM,

Viri Niniuitæ conſurgent in iudicio cū generatione hac: & condemnabunt eā: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione. Matth. 12. Enarratio. II.

Iſta uerba terribilia ſunt his qui hoc tempore pœnitentiam agere nolūt. Ideo Hieron. Omnis peccator in pœniten-

nitētia duplicē gemitū habere debet. Nimirū, quia bonū quod oportuit nō fecit: & malum quod non oportuit fecit. Cùm ad bona opera non reſurgimus, neceſſe eſt ut noſmetipſos dupliciter defleamus. Ad hoc aūt ut pœnitentiā agamus nos multa incitare debēt. Attēdamus igitur utilitates pœnitētiæ, quæ ad præſens ſunt quatuor, ſcd̃m quatuor, quæ peccatū in anima derelinquit. Peccatum.n. aufert gratiā, debilitat naturā, elongat gloriā, & obligat ad pœnā. Sed econtra pœnitentia recuperat gratiam, reparat & confortat naturā, reddit gloriā, & relaxat pęnam. Primò penitētia recuperat gratiā, & quādoque maiorem quàm perdita ſit per culpam: Sicut legitur Iob 42. Dominus conuerſus eſt ad pœnitentiā Iob cùm oraret ille pro amicis ſuis, & addidit Deus omnia quæcunque fuerāt Iob duplicata. In ſignū huius dicitur Ioel 2. Reddam uobis annos duplices quos comedit locuſta, ideſt peccatum conſumpſit. Et habetur de filio prodigo Luc. 15. Citò próferte ſtolam primam, &c. Item figuratur 2. Paral. 33. cap. Egit pœnitentiā Manaſſes, & reſtitutus eſt in regnū. Vnde Cyprianus: O pœnitentia quæ miſerante Deo peccatū dimittis, paradiſum aperis, quæ cōtritum ſanas, triſtemque exhilaras, uitā de interitu reuocas, ſtatum reſtauras, honorem reddis, fiduciā reformas, & gratiā abundantiorē infundis. Secundò reparat & cōfortat naturā. Hinc eſt quod dicitur Iudith. 5. Quotieſcunque pœnituerunt receſsiſſe à cultura Dei ſui: reddidit eis dominus uirtutē reſiſtendi. Vnde Ioannes epiſcopus: Quid horres ò peccator confiteri quod non es cōfuſus perpetrare: cur uereris domino indicare, quod nō es ueritus ipſo præſente cōmittere? Nunquid Deū ignorare putas quod fecimus: nobis pœnitentibus aſtat. Peius eſt confiteri non uelle, quàm legē contemnere. Peius eſt admiſſam pœnitentiā ſpernere, quàm monita diuina deſpicere. Peius eſt offenſam Dei nolle placare, quàm peccando Dei bonitatem offendere. Filii Iſrael peccauerunt, & ideo hoſtibus tradebantur. Quoties aūt ſe peccaſſe confitebantur, de ipſorum manibus eruebantur. Tertiò pœnitētia reddit gloriam. Matth. 3. Pœnitentiā agite, appropin-

pinquabit.n.regnū cœlorū. Ad pœnitentiā aūt agendā inuitamur. Apoc.2. Memēto unde excideris, age pœnitētiā:& prima opera fac, ſ. innocentiā. Sin aūt uenio tibi & mouebo candelabrum tuū de loco ſuo niſi pęnitentiā egeris. Qui ſi pœnitueris, Deus te piiſsimę reſpicit, & multa bona impendet. Vnde Aug. de ſpiritu & anima: Beata anima quā Dei pietas reſpicit, humilitas ſubiicit, pœnitentia reducit, iuſtitia inducit, perſeuerantia perducit, deuotio introducit, puritas ungit, charitas unit. Quartò pœnitētia relaxat pœnā. Iere.18. Si gens iſta pœnitentiā egerit à malo ſuo qđ locutus ſum aduerſus eā, agā & ego pœnitentiā ſuper malo quod cogitaui ut facerē ei. Pſ.105. Et pœnituit eū ſecundū multitudinē miſericordię ſuę. Ibi glo. Nō ꝙ pœnitētia in Deū cadat: ſed remittat qđ faciēdū cōtra eū uidebatur. Vnde Ambr. Nouit dominus mutare ſententiā, ſi tu noueris mutare delictum. Item nota quatuor quæ inter alia pœnitentiā cōmendabilē faciunt uidelicet ſi ſit humilis & deuota, ſi ſit generalis & integra, ſi ſit diſcreta & moderata, ſit ſit bona intentione facta. Primò penitētia debet eſſe humilis & deuota. De humilitate dicitur Iob 42. Auditu auris audiui te: nūc aūt oculus meus uidet te. Ideo me ipſum reprehendo, & agam pœnitentiā in fauilla & cinere. Pœnitentiā agerē aliud non eſt, quàm contēplatiuam animam in fauilla & cinere, ſedere & ſe cognoſcere: Bern. Humilis eſt ſatiſfactio ꝙ̄ præceſsit tranſgreſsionis ſuperbia. Itē pœnitentia debet eſſe lachrymoſa & deuota. Iudith 8. Pœniteamus cū lachrymis, & indulgentiā eius poſtulemus. De lachrymis pœnitentiæ dicit Aug. Oēs aquæ nō extinguerēt unā ſcintillā in inferno: ſed una lachryma ſi de puro & cōtrito corde proceſſerit, totū ignē inferni extinguit. Secundò pœnitentia debet eſſe generalis & integra: nō debet.n. pęnitere de uno ſed de oībus. Propter qđ dicit dominus Eze.18. Si impius egerit pœnitētiā ab oībus peccatis ſuis quæ operatus eſt: & cuſtodierit oīa præcepta mea, & fecerit iudiciū & iuſtitiā, uita uiuet & nō morietur. Ideo libēter debemus agere pœnitentiā iſto tpe: quia multā ſalutē & cōſolationē pater cęleſtis

ſtis & miſericordiarũ ꝑ pœnitentiã nobis uult impẽdere ſalubriter. Quod teſtatur Iſidorus ſic dicẽs. Pœnitentia eſt medicamentum uulneris ſpes ſalutis per quam peccatores ſaluantur. per quam Deus ad miſericordiam prouocatur quæ non penſatur tempore: ſed luctus & lachrymarum profunditate. Tertiò pœnitentia debet eſſe diſcreta, ut ſecundum quantitatem culpæ fiat pœnitentia. Matth. 3. Facite dignos fructus pęnitentię. Gloſa: Dignos ſecundum quantitatem culpæ, quod fit ex diſcretionæ quæ neceſſaria eſt pœnitenti. Quàm diſcreta autem debeat eſſe pœnitentia dicit Hieron. Non oportet ieiunare uſque ad defectum, orare uſque ad tædium, genuflectere uſque ad debilitatem, quia bona opera non ſolùm indigent deuotione, ſed etiam diſcretione. Alia gloſa: Diſcretio in pœnitentia eſt quæ timorem & metum aute oculos Dei ponit recordans antiquæ turpitudinis. Greg. in paſtorali: Vniuſcuiuſque mens tantum pœnitendo compunctionis ſuæ eliciat lachrymas, quantum ſe meminit à Deo meruiſſe culpas. Quartò pœnitentia commendabilis eſt, ſi ſit bona intentione facta, non per oſtentationem uel mundi gloriam: ſicut Phariſæus qui ſe iactabat de hoc ꝙ bis in ſabbatho ieiunaret. Lucæ 18. Sed ſicut Manaſſes 2. Paral. 33. qui poſtquam coangustatus eſt, orauit dominum Deum ſuum: & egit pęnitentiam ualde coram Deo patrum ſuorum, & non coram mundo. In quo intelligitur recta intentio pęnitentis. Nos igitur ſalubriter hoc tempore pęnitẽtiam agamus: quia pęnitentia noſtra cor noſtrum emundat, ſenſum illuminat, animam ſuſcitat, & ad ſuſceptionem Chriſti præparat, pręcordia exhilarat, diuinam aufert offenſam, & hominem à uenia & miſericordia patris cœleſtis excludere non permittit. Vnde Aug. Quæ neceſsitas cogit pœnitentiam non agere? nec criminis immenſitas, nec horæ breuitas, nec uitæ enormitas excludit à uenia: ſi ſola fuerit mutuatio uoluntatis. Conſidera de criminis immenſitate in Petro, de uitæ enormitate in Magdalena, de horæ breuitate latrone.

FE-

*Amen dico uobis.Omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan.*8. Enarratio I.

VIdemus ꝙ poſt commeſtionē lactis omnis potus hominis eſt inſipidus:ſed ſi homo lauerit os aqua mūda & recenti:tunc recuperat oris & potus ſaporem. Spiritualiter,per lac intelligitur dulcedo peccati. Quicūque.n.cibatur tali cibo,ineptus eſt ad ſuſcipiendū cibum & potum animæ.1.Cor.2.Animalis homo nō percipit ea quę ſpiritus Dei ſunt. Attamē poſt eſum lactis ſi homo munda aqua lauat os ſuū,talis econtra habebit saporē aliorū ciborū. Spiritualiter, ſic ſi homo lauat os conſciētiæ per contritionē & confeſsionē, redditur ſibi appetitus gratiæ.Vnde introitus Miſſę:Confeſsio & pulchritudo in cōſpectu eius. Et talē appetitū gratiæ petit eccleſia in collecta:Omnipotēs ſempiterne Deus, qui in obſeruatione ieiunii & eleemoſynæ poſuiſti noſtrorum remedia peccatorū,concede nos opere mētis & corporis ſemper tibi eſſe deuotos.Et iſta lacticinia dulcedinis peccati comederunt primi parētes, & trāsfuſum eſt in nos. Rom.5.Sicut per unū hominem peccatum in hunc mundū intrauit:ita & in omnes homines mors pertrāſiit. De quo epiſtola Ezech.18. Patres noſtri comederunt uuam acerbā,& dentes filiorum obſtupeſcunt.Et tamē hoc prouerbiū eſt nunc deletum per mortē Chriſti,qui ſatisfecit pro originali peccato. Ideo ſubdit in epiſtola: Non erit ultra iſtud prouerbium in Iſrael. quia filius non portabit iniquitatē patris,nec pater iniquitatē filii:ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ne ergo moriamur in peccatis:tunc delere debemus peccata noſtra per confeſsionē,ne ſimus ſerui diaboli ſed Dei:quia dicitur in Euangelio:*Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* In ſumma euangelii duo innuuntur. Primò prædicatio Chriſti benigna;ibi,*Dicebat Ieſus ad eos.*Secundò ſubditur iudæorū murmuratio maligna,ibi, *Reſponderunt ei iudæi.* De primo dicit,In illo tēpore;ſ.dum quadā uice dominus prædicaret.Et erāt ibi diſcipuli ſui.Erant ēt ibi quidam de

nouo

nouo ex iudæis cõuerſi,& erãt ẽt ibi alii iudæi nondum cõuerſi. Tunc dominus Ieſus dicebat ad eos qui crediderunt ei, ad illos iudæos, ſ.qui de nouo erant conuerſi: *Si uos manſeritis in ſermone meo,* ideſt ſi ſermonem meũ bene ſeruaueritis triplicem utilitatem habebitis. Primò diſcipuli mei eritis: quia uerbum Dei facit hominẽ diſcipulum Chriſti. Ioan. 8. Qui ex Deo eſt, uerba Dei audit. Secundò, & cognoſcetis ueritatẽ, i. me, quia ego ſum uia, ueritas, & uita, Ioan. 14. Verbum. n. Dei illuminat intellectũ, ut ueritatẽ quis cognoſcat. De quo Pſ. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Et Prouer. 6. Mandatum Dei lucerna eſt, & lex lux, ſ. ueritatis. Nã ſicut dicit Aug. Veritas opponitur falſitati, duplicati, & uanitati. Illud enim quod uerũ eſt non eſt falſum, non eſt duplex, non eſt uanum. Verba igitur Dei faciunt nos de mundo cognoſcere ueritatẽ: quia faciũt nos cognoſcere, ꝙ omnia mundana ſunt falſa, duplicia, & uana. Falſa quidẽ ſunt, quia mundus in diuitiis promittit ſatietatem: & dat uacuitatẽ ut de illo qui guttam aquę habere non potuit. In deliciis promittit delectationem, & dat amaritudinem: Prouer. 5. Fauus diſtillans labia meretricis nouiſsima autem illius amara quaſi abſynthium. In honoribus promittit ſublimitatem uel ſublimationem, & dat ſubitam deiectionem. Vnde Iob. 21. Tenent tympanum & citharam atque gaudent in ſonitu organi: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Idem 30. Eleuaſti me: et quaſi ſuper uentum me ponens alliſiſti me ualde. Secundò ipſa mundana ſunt duplicia et mixta. In mundo. n. nihil purũ ſed omnia ſunt mixta: iuxta illud Iſa. 1. Vinum tuum mixtum eſt aqua. Sic quidem gaudium mundi eſt mixtum cum dolore. Sapientia eſt mixta cum obliuione. Sanitas mixta eſt cum ægritudine. Vita eſt mixta cum morte. In præſenti ergo uita ſunt mixta, ſed in beata uita erunt pura, in inferno autẽ erũt fœtulenta. Deus autem à gaudio ſeparabit dolorem: à ſapientia obliuionem, à ſanitate ægritudinẽ, à uita mortem: et omnes fæces, ſ. dolorem proiiciet in infernũ. Sanctis autem remanebunt omnia puriſsima, ſ. gaudium ſine do-

ne dolore: ſapiētia ſine obliuiōe: ſanitas ſine ęgritudine: uita ſine morte. Tertiò ipſa mūdana ſuntuana. habēt.n. uanitatem ex parte principii: quia ex nihilo ſunt creata. Et parte medii: quia multiplici mutabilitati ſunt ſubiecta. Ex parte finis quia in nihilū ſunt redigenda Eccl.3. Cuncta ſubiacent uanitati etc. Hic refertur de uanitate ex parte principii: q̄a de terra facta ſunt: et in terrā pariter reuertuntur. Hic refertur de uanitate ex parte finis. Tertia efficacia uerbi Dei eſt: quia per ipſum conſequitur homo plenam libertatem. Ideo ſubdit: *Et ueritas liberabit uos*, ſ.à ſeruitute peccati: quia uerba Dei in corde recondita faciunt uitare peccata. Pſal.118. In corde meo abſcondi eloquia tua ut nos peccem tibi. Dixi ſecundò tangitur iudæorum maligna murmuratio dicens: *Reſponderunt ei iudæi*, ſ. iſta audientes, et hoc illi qui nondum erant cōuerſi, grauiter enim iſti tulerunt uerba Chriſti: et maximè pro eo ꝙ dixerat, *ueritas liberabit uos*, putantes Chriſtum de carnali libertate dicere, et quòd ipſi iā ſeruirent. Oſtendunt igitur iudęi ſe liberos eſſe: quia haberent triplicem libertatem. Primò libertatem quę prouenit ex carnis propagatione, quia habent liberum patrem. Vnde dixerunt: *Semen Abrahæ ſumus*. Secundò dicunt ſe habere libertatem quæ creatur ex animæ uirtute, cum dicunt. *Et nemini ſeruiuimus unquam*, quaſi dicerent. Tantæ ſumus magnitudinis et uirtutis, ꝙ nullis nationibus unquā ſeruire uoluimus, nec ſubiici niſi Deo. Vbi dicit glo. Mentiuntur, quia Ioſeph ſeruiuit in Aegypto, et patres eorum ſeruierunt Pharaoni in luto quadraginta annis. Et iſti ſeruierunt Cęſari in tributo. Ideo Auguſt. inuehitur cōtra eos dicens. Ergo prophetę nō ſunt in captiuitatem ducti, ſcilicet in Babyloniam ſeptuaginta annuis. O ingrati quid eſt qđ uultis, uobis aſsiduè imputat Deus ꝙ uos de domo ſeruitutis liberaret, uos quid loquimini? Si nemini ſeruiuiſtis, cur ſoluebatis tributa? Tunc oſtendit ergo dominus ſeruitutem peccati eſſe in eis dicens: *Amen amen dico uobis, omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*. Et dicitur notanter omnis ſiue iudæus ſiue gentilis, diues uel pauper, imperator uel mendicus,

dicus: ſi facit peccatum ſeruus eſt peccati. Et quantò liberior es ad peccatum, tātò magis ligatus es ad ſeruiendū peccato, ut dicit Greg in Moral. Et de hac ſeruitute dicitur. 2. Pet. 2. A quo quis ſuperatus eſt. huius & ſeruus eſt. Nam ſeruitus peccati durior eſt, q̃ quęcunq; ſeruitus domini ſecularis. Vnde Aug. O miſerabilis ſeruitus, ſeruus hoīs aliquando ſui domini duris imperiis fatigatus fugiendo requieſcit. Seruus autem peccati qui fugit, peccatū ſuum ſecum trahit. Peccatum. n. quod facit intus eſt, fecit n. peccatum ut aliquā corporalem caperes uoluptatem. uoluptas tranſit: peccatum non tranſit, pręteriit q̃d delectat: remanſit quod pungit. Sicut diabolus licèt delectatur in peccato: tamē ſecū portat infernū. Sic peccator & ſi delectatur ī peccato, tamē pęnā eius ſecū portat. Ideo Hiere. 16. Seruietis dijs alienis, q̄ nō dabūt uobis requiem die ac nocte. Ergo peccatores non habent libertatē animi, ſed ſunt ſerui peccati. Vnde Aug. Peccator eſt tot dæmoniorum quot uitiorum. Vnde legitur cùm Alexāder corā philoſopho Diogene dixiſſet ſe eſſe dominatorem mundi. Ille ait: Nequaquam es dominus: ſed ſeruorum meorum ſeruus. Superbia enim ancilla mea eſt, ſed domina tua, carnalis concupiſcentia & gula ſunt dominæ tuæ, & ancillæ meæ. Illa enim omnia ſub pedibus meis teneo: & tamen tibi dominantur, & ideo es ſeruus ancillarum mearum. Cum ergo famuli Alexandri in eū uellent irruere: ait Alexander: Videte ne quis eum attingat: quia ſeruus dei eſt, & ueritatem utique dicit. Tunc ſubdit ꝙ hi qui ſunt ſerui peccati ſunt exhæredandi, dicens: *Seruus non maneat in domo domini in æternum.* Filius autem, ſ. dei naturalis, *manet in æternum* quia ſolus & ſine peccato: & ſic habet poteſtatē alios liberandi à peccato, faciendo eos filios dei per gratiam adoptionis, ut ſecum maneant in domo libertatis. Et hoc eſt quod concludit dicens. *Si ergo filius*, qui uerè liber eſt, *uos liberauerit, uere liberi eritis*, non à diabolo: non à corporis captiuitate, ſed ab animæ iniquitate. Tunc ſubdit: *Scio quia filij Abrahæ eſtis*, ſ. ſecundum carnem, ſed nō ſecundum imitationem. Nā Abraham habuit tria opera commenda-

mẽdabilia.Primò quod ad dei p̃ceptum filium ſuum im molare uoluit.Iudæi autem econtrario filium dei occidere uolebãt.De quo ſubdit: *quæritis me interficere*,quod Abraham non fecit.Secundũ commendabile.nam Abraham ſermoni dei obediuit deo dicente ſibi.Gen.12.Egredere de terra tua & de cognatione tua,& de domo patris tui &c.Sed iudęi ſermoni ipſius no lebant obedire.Ideo ſubdit: *Sermo meus non capit in uobis*. Aug.1. non capit in cor ueſtrũ,quia nõ recipitur à corde ueſtro.Sic.n.eſt ſermo dei fidelibus,ſicut piſci hamus:tunc capit quãdo capitur.Tertium.Abraham dei ueritatis credidit deo dicẽte ſibi Gen.12.Semini tuo dabo terrã hanc.Sed iudęi ueritati quã eis prædicabat Chriſtus nolebant credere. De quo ſubdit: *Ego quod uidi apud patrẽ meum loquor uobis:& uos quæ uidiſtis apud patrem ueſtrum facitis*.quaſi diceret: Hæc non faceretis ſi ſermonem meum audiretis, & filij Abrahę eſſetis ſecundum imitationem.Tunc ſecundum Aug.Iudęi uolebant p̃uocare Chriſtũ ut diceret aliquid contra Abraham,ut eſſet eis occaſio faciendi qđ cogitabãt.Ideo ſequitur: *Reſponderunt & dixerunt ei pater noſter Abraham eſt*.Tunc Chriſtus oſtendit eos ſolo nomine & non uita eſſe filios Abrahę.Vnde ſubditur:*Dicit ei Ieſus*, ſi filii Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite,nunc autẽ quęritis me interficere hoĩem, qui ueritatem uobis locutus ſum quã audiui a patre meo,hoc Abrahã non fecit.Vos opera facitis patris ueſtri,ſ.diaboli,quaſi dicat ſecundũ Chry. Rebus & factis oſtendite uos eſſe filios Abrahæ & non ſolo nomine.Sic & uos Chriſtiani nomine & rebus oſtẽdite Chriſtum in uobis,ſed uide excuſationem qua ſe iudęi excuſant:ſicut adhuc Chriſtiani ſe excuſant.Vnde dixerunt ei:Nos ex fornicatione non ſumus nati,unũ patrem habemus deum.quaſi dicat,licèt aliquando noſtra Synagoga à deo recedens fornicata eſt cum diabolis:non tamen a deo receſsimus:nec cum idolis fornicati ſumus. Nunquid non pater unus eſt omnium noſtrũ: ut dicitur Malach. 2. ſed hoc non fuit uerum ſignum ꝙ filii dei erant.Ideo oſtẽdit uerum ſignum filiationis diuinæ dicens: *Si deus pater ueſter eſſet diligeretis utique me*.

ego

ego.n.ex deo proceſſi:ſ.per æternam generationem & ueni: *neque enim à me ipſo ueni, ſed ille me miſit, quare loquelã meã nõ cognoſcitis?* Quaſi dicat:Si diligeretis me cognoſceretis loquelã meam, quia ego loquor uerbum patris mei, cùm ego ſim uerbum.Eccl.24.Ex ore altiſsimi prodij.Sicut aũt iudęi Chriſtũ oderũt ex inuidia.nec poterãt ſuſtinerę ut ipſum uiderent, iuxta illud Sap.2.Grauis eſt nobis ad uidendum eum:qm̃ diſsimilis eſt aliis uita illius. Sic ex inuidia non poterant ſuſtinere ut ipſum audirẽt. Ideo ſubdit: *Quia non poteſtis audire ſermonem meum*:quia eſt contrarius uobis.Et ſubdit rationem; *Vos ex patre diabolo eſtis.* Quòd autem diabolus pater eorum ſit, oſtendit:quia ipſum imitantur in tribus.Primò;quia diabolus eſt iniquus in deſiderando : ſic iudæi contra Chriſtũ inique cogitabant. Ideo ſubdit : *Et deſideria patris ueſtri uultis facere*,ſ.cogitando me interficere.Hiere.18. Venite cogitemus contra iſtum iuſtum cogitationes.Secundo diabolus crudelis eſt in occidendo.Sic iudæi Chriſtũ occidere proponebant.Ideo ſubdit : *Ille homicida erat ab initio*.ut dicit gloſ. Ille non ſolum eſt homicida qui ferro.ſed etiã qui uerbo occidit.Vnde diabolus primos parentes uerbis occidit.Pſ.56.Lingua eorum gladius acutus.Ideo dicit,ab initio.Augu.in lib.11. Homicida fuit ad initio, ſ. inimicus humani generis ex quo homo factus eſt . Sed ſecundum Origen. ab initio.i. ſtatim poſt creationem, apoſtatauit, fuit tamen ibi aliqua morula, ſed breuiſsima ; ubi ſeipſum occidit : & poſt hoc genus humanum.Tertio diabolus eſt mendax in fallendo ſiue infamando.Sic & iudæi Chriſtũ ſuis mendacijs infamabunt.Vndę ſubditur: *In ueritate non ſtetit: quia ueritas non eſt in eo.*Cùm loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mendax eſt, & pater eius, ſ. mendacii. Sic & iudæi Chriſtum ſuis mendacijs infamabant dicentes Ioel. 9. Scimus quia hic homo peccator eſt:dicentes eum peccatorem in corde. Item dicebant eum ſeductorem in ore. Matt.27. Recordati ſumus, quia ſeductor ille adhuc uiuens &c. Item dicebant eum tranſgreſſorem in opere. Ioan.9.Non eſt homo à deo qui ſabbathum non cuſto-
 dit.

dit.Quia ergo iudæi ſic inique contra Chriſtum cogitabant,ſic crudeliter eum occidere diſponebant,ſic mendaciter eum infamabant: ideo ex patre diabolo erant qui ab initio peccauit,hoc eſt ex quo creatus eſt, iuſtitiã recuſauit:& in ueritate non ſtetit,i.nunquam cum ſanctis angelis creatori ſubiectus fuit ſine peccato: ſed poſt creationem per paruam morulam non permanſit. Sic & iudæi.Ideo ſequitur: *Ego autem ſi ueritatem dico, non creditis mihi*. Ecce flebile uerbum, diabolo mentienti creditur: Chriſto uerum dicenti,contradicitur.

DE EODEM,

*Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Ioan.*8. Enarratio.II.

NOtãdum ꝙ in peccato uiuere malũ eſt, ſpecialiter ꝑꝑ quatuor mala ꝙ peccatum faciunt in hoĩs uita.Primo nãque hoĩem bonis ſpiritualibus & temporalibus ſpoliat.Scđo malis ſpiritualibus & corporalibus replet & cruciat, Tertio deũ in iracundiã prouocat. Quarto hoĩem bonorum ſocietate priuat & ſpoliat.Primò peccatum hoĩem bonis tẽporalibus & ſpiritualibus priuat. Bona noſtra ſpiritualia, ſunt uirtutes & diuitiæ & gratiarum actio. Iſti ſunt theſauri bonorum quibus hõ ſpoliatur per peccatum mortale. Hiere. 15. Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis. Ecce quõ peccatum hominẽ omnibus bonis & uirtutibus ſpoliat. Vnde Baſilius in regula: Remiſſam facit aĩam & negligentem erga præcepta, ut neglecta ſua non poſsit ad memoriam prouocare.Sed obliuiſcens nõ ſe inſtigat ad pęnitentiã,& ita paulatim oĩbus bonis ſpoliatur,Non ſolùm aũt peccatum aufert homini bona ſpiritualia: ſed plerunq; temporalia.Ideo dicitur Amb.5.Vineas amantiſsimas plantabitis,ſed nõ bibetis uinũ ex eis,quia cognoui multa ſcelera ueſtra & fortia peccata ueſtra.Ecce qualiter hõ per peccatum rebus tẽporalibus ſpoliatur. Ideò manifeſtè ſciendum ꝙ res temporales non ſunt hoĩs ſicut dicit Ambr, Nõ ſunt hominis bona ꝙ ſecum ferre non põt: ſed ſola eleemoſy-

na

ra, uel miſericordia comes eſt defunctorum. Sc̃d'o pecca tũ malis ſpiritualibus & temporalibus replet & cruciat hoĩes: excęcat. n. ſenſum & intellectum ne uideãt, inficit affectum & cor cruciat. Propter primum dicitur Sopho. 1. Ambulabunt ut cęci, quia domino peccauerunt. Eccl. 1. Omnis qui peccat non cognoſcit deum. Et Eſa. 59. Peccata ueſtra diuiſerunt inter uos & deum ueſtrum. Greg. in homil. Carnis delectatio mentem, quã inficit, obſcurat ne uidere ueri luminis poſsit claritatẽ. Sed unde inferius delectatur, inde mens ad ſuperiora caligine obfuſcatur. Eccl. 21. Quaſi a facie colubri fuge peccatũ. Coluber animal uenenoſum eſt: ſic peccatũ, quia q̃ diu hõ in peccatis eſt, deo dignè ſeruire non põt. Gre. Bonũ meritoriũ non agitur: niſi prius malũ deſeratur. Propter tertiũ dicitur in Pſ. 37. Cor meum cõturbatum eſt, dereliq̃t me uirtus mea. Et hoc ꝑꝑ peccatum. Sic ergo multiplici malo ſpirituali replet peccatum, & non ſolum ſpirituali ter, ſed ẽt corporaliter cruciat: ut patet ĩ antiocho 1. Machab. 6. Ideo dicit dominus de illo infirmo qui triginta & octo annos habuit infirmitate ſua. Ioan. 5. Ecce, inq̃t, ſanus factus es iam noli peccare, ne deterius tibi contingat: Si autẽ hõ à deo miſericorditer à peccato liberatur & ſanatur, & ipſum peccatum iterum cõmitrit, deum ꝑdit, & q̃diu in peccato eſt, ipſum uerum amicum nõ habet. Greg. Deum apprehendere nõ ualet qui adhuc in delectatione peccati iacet. Tertiò peccatum deum ad iracũdiam ꝓuocat. Ecc. 5. In peccatores reſpicit ira dei. Pſ. 67. Appoſuerunt adhuc peccare ei, in irã concitauerunt excelſum in aquoſo: Et tales q̃ ſine timore peccãt, deus ſupra modum odit. Sicut patet in Lucifero & Iuda. Ecc. 12. Altiſsimus odio habet peccatores. Et meritò dominus peccatores odit, quia peccatis magnis eum cruciãt & offendunt in cęlis regnantem magis q̃ iudæi in terris morantẽ. Gre. Plus peccat qui contẽnit regnantem in cęlis, quã qui crucifixerunt ambulantem in terris. Quartò peccatum facit hominẽ ſocietate bonorum indignum. Propter quod dicitur Thob. 4. Panem tuum & uinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo

manducare & bibere cũ peccatoribus. Quia dicit Pſ.17. Cum ſancto ſanctus eris &c. Et Greg. in homi. Moribus prauis ſemꝑ grauis eſt uita bonorum. Item nota ꝙ peccatum nõ ſolum nocet homini in uita, ſed ẽt in morte. In morte namq; occurrunt homini quatuor mala. Sepe n. ſupplantatur, & ignominioſe moritur, à diabolo capitur: & tunc cruciandus ad gehennales flãmas deducitur. Sed quod grauiſsimum eſt à grata dei uiſione in perpetuum ſeparatur, ita ꝙ nec de ſuis rebus poſsit diſponere, nec peccata ſua confiteri. Et ideo dicitur Prou.13. Iuſtitia cuſtodit innocentis uiam, impietas aũt peccatorẽ ſupplantat, & ignominioſe moritur. Hiere.3. Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra qm̃ do. pec. Grego. Hac animaduerſione concutitur peccator ut moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret oblitus eſt dei. Hoc ad literã pluribus accidit peccatoribus qui ad tantã ignominiã & cõfuſionem in morte deueniunt, ꝙ etiam eorum corpora priuantur eccleſiaſtica ſepultura. Sicut legitur de uſurario quem plebs ſepelire noluit: & poſuit eum ſuꝑ aſinum qui gramina ſemꝑ ſolebat portare: tunc aſinus cum deberet ire cum cadauere ſuꝑ cimiterium iuit ſubter patibulũ. Vnde legitur. 3. Reg.16. de Baaſa de quo dixit dominus. Pro eo ꝙ peccare feciſti populũ ut me irritares in peccatis eius: ecce ego demetã poſteriora Baaſa &c. Et ſequitur: Qui mortuus fuerit de Baaſa in ciuitate comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione comedent eum uolucres cœli. Bern. Non eſt dignus in morte accipere ſolatiũ, qui ſe nõ cognouit moriturũ. Scd'o peccator in morte à diabolo capitur. Hinc eſt ꝙ dicitur de peccatore. Pſ. 108. Diabolus ſtet à dextris eius. Et illud Heſt.14. Peccauimus in cõſpectu tuo, & idcirco traditi ſumus ĩ manus inimicorũ noſtrorũ. Tunc certe in morte traduntur in retinaculum peccatores, & tã grauiter cadũt ut ẽt à diabolo abſorbeantur. Aug. Quẽ diabolus non põt deuorare ſeductũ, hunc ad ſeducendum abſorbet ꝑ nequitiã. Et famam ipſius inquinare conatur, ut ſi fieri poſſet opprobriis & malarum linguarum detractione deficiat: & ſic

in eius fauces ruat. Si aũt nec famam innocẽtis macula re poterit, hoc ei ꝑſuadere tentat, ut ꝑ maliuolas ſuſpitiones de fratre ſuo iudicet, & ſic ab illo implicetur & abſorbeatur. Et ideo dicit S. Petrus in canon. ſua. 1. Pet. 5. Circuit q̃rens quem deuoret &c. Tertio peccator cruciandus ad tenebras & flammas gehennales deducitur. Ecc. 21. Viam peccatorum cõplantata eſt lapidibus, & in finẽ eorum inferni & tenebræ & pęnæ. Ibidẽ: Stupa collecta ſynagoga peccãtium cõſummatio eorum flamma ignis. Pſ. 105. Flãma cõbuſsit peccatores. Et alibi. Pſ. 33. Mors peccatorũ peſsima. Mala quidẽ in amiſsione tẽporis: peior in ſeparatione carnis: peſsima in afflictione ignis, q̃a duplici cõtritione conteret eos dominus. Quarto peccator à grata dei uiſione ĩ ꝑpetuum ſeparabitur, & hoc unũ ipſam gehennã ſuperat. Vnde Chryſ. ſuper illud Pſalmi: Sicut fluit cera à facie ignis: ſic pereunt peccatores à facie dei. Tollentur mali & impletur in eis illud Eſa. 59. Iniquitates ueſtrę diuiſerũt inter uos & deũ &c. Et ideo ibidẽ dicitur: Væ genti peccatrici. Et dicent tunc damnati: Vę nobis quia peccauimus. De iſtis peccatoribus & de carẽtia diuinę uiſionis Aug. Mallẽt reprobi omne tormentum ſuſtinere, q̃ faciem iudicis tunc uidere: nec ſcient quod hic ſcire uoluerunt: in uita ſemper moriuntur & in morte ſemper uiui habentur, & deum amplius nunquam ſunt uiſuri.

FERIA VI. DOMINICAE I.

Ecce ſanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat &c. Ioan. 5 . Enarratio I.

VBi filius excedit erga pãtrẽ in aliquo delicto: & uidet ꝙ pater uult eum corripere, tunc occurrit patri & petit ut hoc ſibi indulgeat. Spiritualiter etiã ſic eſt. Vnde nos ſumus filii patris, ſ. omnipotẽtis: & exceſsimus in multo: & audiuimus uindictam patris erga nos. Ne ergo ſe uindicet in nobis, tunc debemus ei occurrere & ſupplicare ut non faciat uindictam, & ſibi propone

re bonam uoluntatem non excedendi ulterius. Et hoc ſai citecclesia ſancta in introitu, dicēs De neceſsitatib. mei ſ eripe me: & uide humilitatem meam: & dimitte oīa peccata mea &c. Et in collecta: Adeſto domine ꝓpitius plebi tuæ: & quàm tibi facis eſſe deuotam benignè refoue miſeratus auxilio. Similiter in epiſtola Ezec. 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Si iuſtus auertit ſe à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem, oēs iuſtitię eius quas fecerat nō recordabuntur. Si aūt iniuſtus egerit pęnitentiā, iniquitatum eius non recordabor. Sic pater exceſſum filij ſi uelit ſe emendare dimittet. Ecce concordia epiſtolæ cum euāgelio. Et ſic dimiſit peccata iſtius infirmi iniungens ei ne amplius peccaret, dicens: *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare &c.* Infirmus curatus à graui infirmitate indiget bono regimine nec recidiuet, & illud à medico ſupplicat ſibi dari. Spiritualiter. Per infirmū intelligitur peccator cōſtitutus in mortali: qui indiget bono regimine uitæ ſuæ ne recidiuet. Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo & iterum tangit, quid prodeſt lauatio illius: quaſi diceret, nihil, ut dicit Pius papa, & habetur de conſe. diſ. 8. c. nihil. Nihil prodeſt ieiunare, orare, uel alia pietatis opera facere, niſi mens ab iniquitate cohibeatur & lingua à detractione. Idcirco eccleſia petit medicum ꝓ regimine cum dicit in introitu: De neceſsitatibus meis &c. & in collecta. Vide infra, quia graue eſt recidiuare, ut patet ī epiſtola, ſcilicet: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua &c. Idcirco dicitur: *Ecce ſanus factus es, &c.* In ſumma euangelij tria innuuntur. Primò infirmitatis miraculoſa curatio. Secundò curationis inuidioſa calumniatio, ibi: *Erat autem ſabbathum.* Tertiò amicabilis amoroſa admonitio, ibi: *Ecce ſanus factus es, &c.* Vel ſic diuidatur euangelium, ſ. quòd in ſumma euāgelii tria innuuntur. Primò cuiuſdā miraculi prælocutio, ibi: *Erat dies feſtus.* Secundo cuiuſdam infirmi ſanitatis adeptio, ibi: *non habeo hominem.* Tertiò eiuſdem infirmi ſanatio, ibi: *ſurrexit & tulit lectum ſuum &c.* De primo dicit: *In illo tempore erat dies feſtus iudæorum, & aſcendit Ieſus in Hieroſolimam.* Nota, quòd Ieſus aſcendit propter duo. Primò ne

uide-

uideretur legi contrarius, quia habetur. Exod. 23. ꝙ omne maſculinum ter in anno deberet ſe præſentare in templum in Hieruſalem, ſcilicet in Paſcha, Pẽtecoſte, & Scenophegia, quam legem Chriſtus noluit ſoluere. Mat. 5. Non ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Sed ter ſingulis annis uenit in Hieruſalẽ. Et feſtum illud de quo fit mẽtio hic fuit Pentecoſte ſecundũ Chryſ. Secundò ut multitudinem populi illuc currentis ad diem feſtũ per ſigna et doctrinas ad eum traheret, ſecundum illud Pſ. 108. In medio multorum laudabo eũ. Et Pſ. 39. Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna. Ad idẽ Io. 18. Ego palam locutus ſum mũdo. Sequitur: *Erat autem Hieroſolimis probatica piſcina cognominata Hebraice Bethſaida, quinque porticus habens.* Sciendum probatica dicitur à probaton Græcè, qđ eſt ouis Latinè, quia oues quæ Deo immolabãtur ibidem lauabãtur, dicebatur Hebraicè Bethſaida. i. domus ouium. Et dicebatur piſcina per cõtrarium, quia piſcibus carebat, et erat prope templum ex aquis pluuialibus collecta. Dicitur ẽt quinque porticus habuiſſe, ſ. per circuitum, ſ. ut multi ſacerdotes abſque impedimẽto cõmodè ſtarent ad lauandum cadauera. *In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorũ expectantium aquæ motum.* ſ. qui fiebat per angelum. Ideo ſubdit. *Angelus autem domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam & mouebat aquam, & qui prior deſcendebat in piſcinam poſt motionem aquæ ſanus fiebat à quacunque tenebatur infirmitate.* Nota piſcina illa à tribus habebat uirtutẽ illam. Primò ab hoſtiis ſacratis quæ ibi lauabãtur, poſtea ſacrabantur. Secũdò à motu angeli deſcendẽtis. Tertiò à ligno crucis. Dicitur. n. in hiſtoria ſcolaſtica ꝙ regina Saba uidit in domo Salomonis quoddã lignum: de quo dixit Salomoni ꝙ in illo ligno ſuſpendendus erat per cuius mortẽ regnum iudæorum deleri debebat, ideo Salomon uolens ſeruare durabilitatem regni lignum illud in profundis uiſceribus terrę abſcondi fecit, ubi poſtea in ſuperficie terrę probatica piſcina facta eſt. Tẽpore uerò paſsionis Chriſti prędictum lignum ſupernatauit. Et ideo iudæi illud receperunt: & crucem domini

ex eo

ex eo parauerunt. Dixi ſecundò tangitur cuiuſdam ægri ſanitatis adeptio, dicens. *Erat autem ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.* Chryſ. dicit ꝙ ab annis puerilibus fuit paralyticus. Ecce lõga infirmitas, in quo patet ꝙ naturaliter curari non poterat. *Hunc cùm uidiſſet Ieſus iacentem & cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet in infirmitate ſua, dixit ei: Vis ſanari,* non quæſiuit quaſi ignorans, nam ſatis cõſtare poterat ꝙ ſanus fieri uoluit: ſed quæſiuit ut excitaret infirmũ ac eiuſdem infirmi deſiderium: *Reſpondit autem ei languidus: Domine hominem nõ habeo ut cùm turbata fuerit aqua mittat me in piſcinam, dũ uenio enim ego, alius ante me deſcendit.* Sciendum duo in reſponſione ſua implicat, quæ cauſæ fuerunt ſuę diuturnę infirmitatis. Primò paupertatẽ quia hominem non habeo, ſecundũ Chryſoſtomum. Quia opinabatur ſibi Chriſtum utilem fore ad mittendum eum in aquam. Secundò debilitatẽ, quia dum uenio ego &c. quaſi diceret: Tã debilis ſum, feſtinanter ire nõ poſſum, ſemper.n. ab alio præuenior. Sic poterat dicere illud Iob 6. Ecce non eſt auxilium mihi in me. Per hoc ſignatur ꝙ non erat aliquis homo purus qui humanũ genus poſſet ſaluare niſi Chriſtus. *Ideo dicit ei Ieſus: Surge tolle grabatum tuum & ambula.* Duo præcepit, ſ. ſurgere & ambulare: ut oſtẽdat perfectam ſanitatem homini reſtitutam. In omnibus enim miraculis ſecundum optimum illius naturæ dominus perfectum opus fecit, ſicut de aqua perfectum fecit uinum. Deut. 32. Dei perfecta ſunt opera. Dixi tertiò tangitur eiuſdem infirmi ſanatio, ibi: *Et ſtatim ſanatus eſt homo: & ſuſtulit grabatum ſuum & ambulabat.* Iuſsit.n. dominus ut grabatum ſecum ferret, quia pauper erat ne alius eo abſente ipſum auferret & eo carere cõpelleretur, quia in neceſsitate pauperi forte licet, & maximè ex licentia prælatorum ſuorum quod diuiti nequaquam liceret. Quia neceſsitas frangit legem ut prouerbialiter dicitur. Tunc ſubdit. *Erat autem ſabbathum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanatus fuerat: Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Vnde quia Chriſtus illud miraculũ ſabbatho fecit calumniabantur ei tunc Iudæi, quaſi malè fecerit

terit ſabbathum uiolando. Ex hoc iſte ſanatus aſſumpſit occaſionem in ſignum gratitudinis ſuum medicum honorando, & ſe à uiolatione ſabbathi excuſando. Vel intelligitur aliter ꝙ hæc calumnia infertur contra iſtū de hoc ꝙ ſabbatho grabatum portat & non de curatione. Vnde dicunt: *Sabbathum eſt, non licet ibi tollere grabatum tuum.* Cuius ratio eſt, quia iudæi frequenter de curatione Chriſto in die ſabbati calumniā inferentes confundēdi erant à Chriſto: per hoc ꝙ ēt ipſi iumenta de puteo in die ſabbathi eruebant & ſanabant: ut habetur Lucę 14. Et ideo de curatione tanquā de re utili & neceſſaria tacent, de portatione uero lecti quæ nō neceſſaria calumniari uidebantur, quaſi diceret: Sanitas non erat differenda, quia erat quoddam neceſſarium: nūquid & opus fuerat imperandum. Chryſoſt. Hoc opus fuit neceſsitas quo ad curationem & ēt lectuli portationē. Et opus neceſsitatis ſemper licuit facere in ſabbatho ut oues & aſini q ceciderunt in foſſata, extrahebantur. Quod aūt ille fuit obrutus lapidibus. Ex eodem, qui colligebat ligna ſecundum Alber. quia quęſiuit lucrū. & hoc fuit opus ſeruile: quia auaritiam commiſit. Secunda ratio eſt: quia licèt in lege uniuerſaliter prohibitum eſſet iudæis, ut aliquid in die ſabbathi operarentur: ſpecialiter tamē portatio onerum in die ſabbathi prohibita fuit. Hier. 17. Ne portetis onera in die ſabbathi. Et ideò ſpecialiter calūniati ſunt portationem lecti, utpotè dicto prophetæ contrariaretur. Sed tamen hoc mandatum prophetæ myſticum eſt: nam per onera non portanda intendebat eos inducere, ut in die ſabbathi requieſcerent ab oneribus peccatorū. De quibus Pſ. 37. Iniquitates meæ, ſicut onus graue, &c. Vnde quia iam erat tempus ſoluendi figuras occultas, mandauit Chriſtus iſti grabatum tollere, ideſt proximū in infirmitatibus ſuſtentare: ſecundum illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portare. *Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula.* Ecce quō ſe excuſauit, & modicum honorauit confitendo ipſum uerum Deum, quaſi dicat: Vos dicitis prohibitum eſſe, ut onus portetur in ſabbatho: & hoc autoritate diuina.

Sed mihi eadem authoritate eſt impoſitũ, ut tollã graba-
tum. Nam ille qui me ſaluum fecit: ille per reſtitutã ſa-
nitatem diuinam uirtutem ſe habere oſtendit: in eo ꝙ
mihi dixit: *Tolle grabatum tuum &c.* Et ideo mandatis
eius meritò teneor obedire. Pſ. 118. In æternũ non obli-
uiſcar iuſtificationes tuas. *Interrogauerunt ergo eum: quis
eſt qui dixit tibi. Tolle grabatum tuum & ambula?* Quia ſana-
tum hominem calumniari non poterant, Chriſtum cura-
torẽ calumniari nitebantur. Ideo nõ bona intentione,
ſed maligno animo, ut Chriſtum perderent & perſeque-
rẽtur, quærunt quis ſit. Ioã. 8. Quæritis me & non inue-
nietis, & in peccatis ueſtris moriemini. *Is autem qui ſa-
nus factus fuerat neſciebat quis eſſet.* ſ. genere & patria: licèt
ſciret in perſona & præſentia, quia diu languidus iacue-
rat & facta Chriſti, & eius famam ignorabat. Et ẽt ideo.
Quia ſubditur: *Ieſus autem declinauit a turba conſtituta in
loco.* Sed diceres, quare hoc? Dicendũ primò ut daret no-
bis exẽplũ bona opera occultanda, & nõ quærendum in
eis fauorẽ hominũ. Matt. 6. Attẽdite ne iuſtitiam ueſtrã
faciatis corã hominibus ut uideamini ab eis. Secũdò ut
declinemus à turba: quia Chriſtus ibi nõ inuenitur. Eccl.
18. Ne oblecteris in turbis, &c. Nam Maria in turba per-
didit Ieſum. Luc. 2. Ideo ſubditur. *Poſtea inuenit eum Ie-
ſus in templo, &c.* Ecce ſignum gratitudinis, ꝙ ille poſt ſa-
nationem fuit in loco Dei inuentus. Cui dixit: *Ecce ſanus
factus es iam noli peccare, ne deterius tibi contingat.* Manife-
ſtè patet ꝙ propter peccatum ſuum languebat. Eſt ergo
ſenſus ſecundũ Bædã: Iterũ non pecces, ne maiorẽ dam-
nationẽ peccati tui incurras: quia qui pro peccato puni-
tur, & ex pœna à peccato nõ retrahitur iuſtũ eſt, ut gra-
uius puniatur. Hiere. 2. Fruſtra percuſsi filios tuos & di-
ſciplinã nõ receperunt. *Tunc abijt ille homo, & nuntiauit iu-
dæis: quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.* Et hoc fecit bono
zelo cõmendans iterũ medicũ ſuum, & manifeſtãs eius
uirtutẽ, q. d. Venite mecũ & laudate eũ pro tanto benefi-
cio mihi præſtito. Pſ. 45. Venite & uidete opera domini.
Moraliter piſcina, i. gens iudaica fuit munita, ne ſine
modo deflueret ad peccata quinque porticis, i. quinque

libris Moyſi.In his iacebat multitudo lāguētiū.Ad Heb. 7.Nihil.n.ad perfectū adducit lex.Rom.3.Ex operibus legis nō iuſticatur oīs caro,i.legē carnaliter intelligēs,niſi Chriſtū futurū & paſſurū proteſtās. Ratio, q̄a litera ſine ſpiritu occidit.Sed diceres,quare lex data eſt?Reſpondet Aug.Ad oſtendēdū quātis uinculis peccatorū quiſq; cōſtringitur. Nam dicitur Ro.3.Per legē cognitio peccati. Ibid.7.Peccatū nō cognoui niſi per legē. Nā cōcupiſcentiā neſciebā,niſi lex diceret:Nō cōcupiſces.Galat.3.Lex ꝓꝑ transfreſsionē poſita eſt:donec ueniret ſemē cui promiſerat.Si.n.data eſſet lex quæ poſſet uiuificare: tūc ex lege eſſet iuſtitia. Contra quod dicitur Rom. 3.Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti.Ergo quinque lib.Moyſi porticus ſunt,quaſi cuſtodia portæ: quia iudæi adhuc ſtant ante portā,nec unquā intrabunt niſi per oſtium,i.Chriſtum.Ioan.10.Ego ſum hoſtium,per me ſi quis introierit ſaluabitur.In his quinque porticibus iacebat magna multitudo languentiū,cæcorū,claudorum, aridorū. Nā iudæi utplurimū oēs tempore Chriſti fuerūt excæcati, quia uerum lumen quod illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum non cognouerunt. Ioan.1. Lux uenit in mundum,& dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem.Vnde Iſa.53. cap. in perſona eorum dicit:Oēs nos quaſi oues errauimus,unuſquiſque in uiam ſuam declinauit.Item claudi omnes affectu,& effectu 3. Reg.18.Vſquequo claudicatis in duas partes : ſi dominus eſt Deus,ſequimini illum.Si autem Baal, ſequimini illum,ideſt auaritiam.O quot hodie ſunt claudi qui uolunt & Deo ſeruire & Mammonæ.Matth.6. Nō poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Oēs adhuc ſunt aridi. Ariditas enim cauſatur ex defectu humoris radicalis, & ſanguinis naturalis & caloris innaturalis .Iudæi caruerunt & carent certa & ſancta fide catholica, quæ eſt initiū & radix uitæ ſpiritualis:ſicut humor radicalis eſt radix uitæ naturalis.Carēt naturali ſanguine agni incōtaminati:quia anima,i.uita omnis carnis in ſanguine eſt. Leuit. 17.Heb.9. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſsio peccatorū.Hunc ſanguinem effuderūt innocētes, quem

iudæi

judæi ſuper ſeipſos perierũt ſentẽtialiter. Matth. 27. Sanguis eius ſuper nos, &c. Item abũdant calore innaturali, qui cauſatur ex ſanguine immundo, ideſt ardore diaboli. Nume. 11. Anima noſtra arida eſt, &c. Sed expectant aquæ motum. Aqua ſecundum Auguſt. eſt populus Iudaicus. Aqua. n. ſiccatur ex uento & calore, & ſic ipſi ex ſuperbia & auaritia. Aqua cuiuslibet rei imaginem præbet, & ſola imagine caret. Et ſic judæi omniũ myſteriorum imaginem in ſuis libris legerunt, & uera imaginẽ Chriſti caret. Ipſi oſtenderunt eum in Bethleem naſciturum. Matth. 2. Et natum minimè cognouerunt. ut patet in figura Geneſ. 27. Iſaac filium non uidit, ſ. Iacob: cui tamẽ multa in poſterum præuidit. Aug. Motus aquæ. i. populi fiebat per angelum, i. per Chriſtum. O quoties mouebat populum iudaicũ per uerba & ſigna, ſed ipſi uſq; ad finem ſeculi iacebunt. Aliquos mouit ex eorum malitia ad iram. Chryſ. Omnis malitia confunditur, cũ per rationẽ ueritatis corrigitur. Hoc eſt in illis qui peccant ex malo propoſito, & ſic iudæi feruebãt ut mare. Iſa. 57. Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non põt. Iſa. 9. Succenſa eſt quaſi ignis impietas. Chryſ. ſuper Matth. Sicut ignis quantò magis ligna ſuſcipit, tãto magis erigitur, Sic animus malus quanto magis ueritatem audierit amplius in malitiam excitatur, quod probauerunt iudæi Chriſto dicẽtes. Ioan. 8. Samaritanus es & dæmonium habes, & uoluerunt lapidare eum, Item ſanabatur unus ad deſignandum quòd in una fide oẽs ſaluari debent. Auguſt. libro de patientia: Antiqui iuſti erãt credentes futurum, quod nos credimus factum. Item in hoc ꝙ ſanabatur unus commendauit unitatem. Si quis præter unitatẽ fuerit, ſanari non poterit. Eph. 4. Vnus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper oẽs & ſuper omnia & in omnibus. Ergo qui unum Deum non habet, nullum habet, & uitã non habet. Et habetur 24. q. 1. Vbi ſana: ubi dicit Aug. Vbi ſana fides non eſt, non põt eſſe iuſtitia: quia iuſtus ex fide uiuit. Aug. in lib. de uera innocentia: Omnis infidelium uita peccatum eſt, & nihil eſt bonum ſine ſummo

mo bono. Ad Hebr. 11. Impoſsibile eſt ſine fide placere Deo. Et eorum infirmitas figuratur in iſto homine ſana to, qui 38. annis, &c. Duo deficiũt de numero quadrage nario, qui numerus ſignat perfectionem. Et ſic iudæi deficiunt in duplici perfectione, ſ. Dei & proximi. ideo ſem per infirmi ſanantē exprobant, ſanato inſultant cur por tat grabatum. Et ſic iudæi quã diu uiuunt Chriſtum & ſuos maledicunt. Pſ. 7. In uerticem ipſorũ iniquitas eorum deſcendet. Qui uſq; in finem ſeculi peregrinantur in terra aliena cum Abrahã, Gen. 12. Caligant oculi eorũ ne futura uideant, cum Iſaac Gen. 27. Claudicãt ſemper tramite recto: cum Iacob Gen. 32. Velamen in facie cum Moyſe portant, donec uelut fures & latrones cum Iuda ſuſpendio traduntur. Item ꝙ antiqui noſtra fide ſunt ſal uati patet. 1. Cor. 10. Myſticus ſenſus. Probatica piſcina eſt pœnitentia. Nam ſicut in illa lauabantur oues, quæ erant domino immolandæ: ſic qui pœnitentia non fuerit lotus, non erit Deo dignus offerri. Quinque porticus ſunt, quinque conſiderationes ad pœnitentiã diſponentes. Prima eſt conſideratio mortis repentinæ aduenientis, quæ debitam pœnitentiam ſurripit. De quo Aug. de pœn. diſt. 7. Si quis poſitus in ultima neceſsitate ſuę egritudinis uoluerit pœnitentiã accipere & accipit, & mox reconciliatur & hinc uadit, fateor uobis & non illi negamus qđ petit: ſed non pręſumimus ꝙ bene hinc exierit neſcio, pœnitentiam dare poſſumus; ſecuritatem aũt dare non poſſumus. Vis quod incertum eſt euadere, age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic agis dico tibi ꝙ ſecurus es quia eo tempore pœnitentiam egiſti quo peccare potuiſti. Si autem uis agere pœnitentiam, quando pecca re non potes: tunc te peccata dimiſerunt: tu non illa. Idcirco Eccl. 9. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut aues laqueo comprehenduntur, et piſces capiuntur hamo, etc. 1. Theſ. 5. Cum dixerint pax et ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Eccl. 14. Memento quia mors non tardat. Secunda eſt conſideratio diſtricti examinis. Hebr. 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis. Eccl. 18. Ante iudicium para iuſtitiam. Apoc. 10. cap. poſt

poſt hoc tempus non erit tempus,ſ.pœnitendi.Eccl.2.Si pœnitentiam non egerimus incidemus in manus domini.Iob.10.Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum antequam uadam & non reuertar ad terram tenebroſam.Iob 31. Quid faciã cùm ſurrexerit dominus ad iudicandum,&c.Ezech.7.Finis uenit.Apoc.6. Incipient dicere petris & montibus, &c. Item ſicut aqua piſcinæ fuit collecta ex aquis pluuialibus:ſic pœnitentia ex effuſione lachrymarum pro amiſsione ſupernorũ.Zach.10. Petite à domino pluuiam in tempore ſerotino, & dominus facit pluuias & niues in tempore nubis. pluuiam.i. lachrymas pro peccato.Hiere.5.Metuamus dominũ qui nobis dat pluuiam temporaneam & ſerotinam.i. compũctionem pro malis commiſsis & bonis dimiſsis. Hęc pluuia deſcendet in ualles,i. humiles.2.Reg.1. Montes Gelboe,nec ros,nec pluuia deſcendet ſuper uos,&c. Tertia eſt conſideratio æternæ damnationis,ubi non eſt locus pœnitentiæ ſed pœnæ:non agendi ſed patiendi. Eccle.9. Quodcũque põt manus tua operari inſtanter fac. Pſal.Conuertetur populus meus hic,&c.Ioan.12.Ambulate dum lucem habetis, ut nõ tenebræ uos cõprehẽdãt. Quarta eſt conſideratio periculi et criminis : quia ſicut non eſt differenda medicina ne morbus inualeſcat:ita nec pęnitentia ne culpa per diuturnitatem creſcat.Greg. Peccatum quod non cito per pœnitentiam deletur ſuo pondere ad aliud trahit.Eccl.5.Ne tardes conuerti ad dominum,et ne differas de die in diem.Bern.Qui hodie nõ aptus eſt, cras minus aptus erit.Quinta eſt conſideratio commodi et utilitatis,ſicut infirmus propter recuperandam ſanitatem ſubiicit ſe cõſilio medici. Multò fortius peccator propter recuperandam ſanitatem animę,debet ſe ſubiicere conſilio ſacerdotis.Eccl.38.Fili in tua infirmitate non deſpicias teipſum,ſed ora dominum, et ipſe curabit te.Seneca:Seipſum interimit,qui præceptis medici non obedit. Aug.Pone te omnino in iudicio ſacerdotis et poteſtate,nihil reſeruans tibi, ut omnia iubente eo paratus ſis facere pro recipienda uita animæ,quę faceres pro euitanda corporis morte.In his aũt pro porti-

cibus

cibus iacebat multitudo languentium: quorum quidam cæci qui peccauerunt ex ignorantia: & in filium, ut Paulus. Quidam claudi qui peccauerunt ex impotentia, & in Patrem, ut Petrus. Quidam aridi qui peccant ex malitia, & qui ſicci ſunt ab humore gratiæ, & hi peccant in ſpiritum ſanctum.

DE EODEM.

Ecce ſanus factus es, iam noli peccare.
Ioan. 5. Enarratio I.

BOni & miſericordis medici propriũ eſt ut ad inſanos & infirmos magnã habeat diligẽtiã, & quãdoq; per miniſtros ſuos, quandoque ꝑ ipſum uiſitet eos, medicinã curatiuam eis porrigendo, quin ẽt ſi aliquem infirmũ ſcit maiori ægritudine laborare, ad hũc maius gerit ſtudiũ, ipſum frequenter per ſemetipſum uiſitãdo. Quod ut facere ualeat, exigitur ut loca infirmorum, ubi ſ. iaceant, & qualitatẽ ægritudinum ipſorum infirmorũ ſciat. Ad ſanatum aũt ægrotũ requiritur rationabiliter ꝙ ſuo medico obediat, & de ſanitate recepta non ſit ingratus: ipſiusq; medici honorem q̃rat quantum in ſe eſt & defendat: uitet quoq; deinceps omnia quæ infirmitatem rurſus introducere poſſent quouis modo. Sic re uera ſaluator noſter Ieſus Chriſtus, qui uerus eſt corporũ & animarum medicus: iuxta illud quod petit Hiere. 17. c. Sana me domine & ſanabor. uidẽs multitudinẽ infirmorũ iacẽtiũ ad piſcinã, inter quos erat principalis, qui triginta octo annos habuit in infirmitate ſua. Ideo ad eos miſit frequenter miniſtrum ſuum. i. angelum qui eis ꝑ motionem aquę ſanitatẽ contulit. Ad eum uero qui maiori ac grauiori grauedine premebatur per ſeipſum acceſsit & eum ſanauit. Ea quoq; quæ de cætero uitare debuit intimauit, dicens: *Ecce ſanus factus es &c.* Pro quo ſciendum myſticè, per hunc infirmum intelligitur quilibet peccator in mortali peccato cõſtitutus: q aliquando non tantum habet triginta octo annos, ſed heu plures:

Nam peccatum mortale comparatur infirmitati. Primò quia infirmitas doloribus uexat,& ſic peccatũ mortale. Iſaiæ 57. Non eſt pax impijs. Pſ.37. Non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorũ meorũ. Iterum Pſ.106. Anima eorũ in malis tabeſcebat: quia ſemp habet remorſum conſcientię. Vnde Iſid. Nulla pęna grauior mala conſciētia. omnia pōt homo fugere pter cor ſuum, quocunq; uadit conſcientia ſua cũ non derelinquit. Quid prodeſt ſi oẽs excuſant & ſola cōſciētia accuſat? quaſi diceret, nihil. Seneca: Nunquam naſcitur lætitia niſi ex pura conſciētia. Prou.15. Secura mens quaſi iugę cōuiuium. Richard. Nihil iucundius bona conſcientia. Nam homo ſecurus cũ corpus moritur, tunc anima deo præſentabitur, cùm ante faciem iudicis ſtatuetur. Secundò peccatũ mortale cōparatur infirmitati: quia infirmitas iudicium ſenſuum permutat, uidelicet iudicium, guſtus, odoratus: & ſic de aliis: & ſic peccatum iudicium mentis. Iſa.5. Vę uobis q dicitis amarum dulce, & dulce amarũ. Et ſicut Cato dicit: Ira impedit animum: ſic & luxuria. Pſ.106. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, &c. Guloſus.n.& accidioſus non ſapiunt diuina. Pſ.106. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum. Tertiò comparatur peccatum mortale infirmitati, quia hominẽ debilitat quòd non poteſt operari: & ſic peccatũ mortale. Pſ.37. Dereliquit me uirtus mea. Greg. Qui extra charitatem eſt, omne bonum amittit. Vnde Eccleſ.9. Qui offendit in uno multa bona pdet, ut patet in Saul. Quartò peccatum mortale comparatur infirmitati: quia infirmitas deturpat totum hominẽ, & pallefacit eum: ſic & peccatum mortale reddit animã pallidam & rugoſam. Thr.1. Egreſſus eſt à filia Sion oĩs decor eius. Item ibidem Thr.4. Quomodo obſcuratũ eſt aurum, mutatus eſt color optimus, ut deus poſsit dicere. Mat.22. Cuius eſt hæc imago, Thr.4. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. Mat.25. Neſcio uos, &c. Quintò infirmus conturbatur timore mortis. Pſ.53. Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me. Nam oĩs reus timet mortem, & ſic peccator. Gen.2. In quacunque hora

come-

comederetis, morte moriemini. Vnde Iac. 1. Peccatum cũ conſummatum fuerit generat mortem. Ergo bene cõparatur peccatum mortale infirmitati. Si igitur uis à tali ſpirituali infirmitate ſanari: tũc debes egredi piſcinam, i. pęnitentiam in qua lauantur omnia peccata. Zach. 13. Erit ſons patens domui Dauid, & habitantibus in Hieruſalem in ablutionẽ peccatorum. Iſtę fons pęnitentiæ olim erat occultus: quia nullus tantam pęnitentiam facere poterat quòd regnum cęleſte acquireret, ſed modò oĩbus eſt patens. Ideo dicitur: Exit pęnitens. In iſto etiã ſonte, ſ. pœnitentiæ ſanantur oẽs infirmi. Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ſ. peccatis, & ego reficiam uos, ſ. per miſericordiam & gratiam. Sed illa ſanatio in piſcina corporali cauſabatur ex pſ̄entia ligni ſanctæ crucis, ut dicitur in ſcolaſtica hiſtoria. Sic ſanatio ſpiritualis in piſcina pęnitentię fit ex memoria dominicæ paſsionis. Talis n. meditatio eſt uirtuoſa: quia ſanat omnes infirmitates prædictas, ſ. languidos, cęcos, claudos, aridos, & inueteratos. Sanat. n. omnẽ deſidiam. Et iſtud deſignatur per hoc ꝙ in paſsione Chriſti terra mota eſt, quia meditatio paſsionis Chriſti deſidioſos mouet, ſ. ad ſolicitudinem & feruorem. Quod ſignatum eſt 1. Macha. 6. ꝙ elephantibus oſtenderunt ſanguinem uuæ ad acuendos eos in prælium. Chriſtus. n. fuit uua in torculari crucis expreſſa, unde multum ſanguinis emanauit. Huius igitur sãguinis meditatio debet nos acuere, ut ſimus ſeruentes ad prçliandum contra dę mones & peccata. Secundò paſsio Chriſti ſanat cęcos, i. peccata facta per ignorantiam: hoc ſignatum eſt in Lõgino, qui cum clarè non uideret, gutta ſanguinis Chriſti in eius oculum cecidit, & ſtatim clarè uidit. Etenim ſanguis Chriſti eſt collirium, quod ſanat omnem cæcitatem oculorum. Apoc. 3. Collirio unge oculos tuos ut uideas. Tertiò paſsio Chriſti ſanat peccata facta per infirmitatem humanam, ſicut patet in Petro: qui ex humano timore Chriſtum in ſua paſsione negauit: ſed tamen cum Chriſtus reſpexit & ſanauit. Quartò ſanat peccata quæ ſunt per malitiam facta; ſicut patet in latrone à

dextris qui multa peccata commiſit, & tamen Chriſtus ſibi pepcit, & regnũ cęleſte ſibi dedit. Quintò ſanat peccata q̃ ſunt per conſuetudinẽ facta: in quibus homines mortui erant. Hoc ſignatum eſt quando in paſsione eius multa corpora mortua & iã putrida ſurrexerunt. Per motum aquæ qui fiebat ꝑ angelum deſignatur motus aĩæ: quia ipſa anima miniſterio angeli quantum ad oẽs ſuas potentias. ſ. memoriam, intelligentiam & uoluntatẽ debet in pęnitentia moueri ad recogitandum & dolẽdum de oĩbus ſuis peccatis, Iſa. 38. c. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animę meæ. De iſto motu dicit Pſ. 47. Ipſi uidẽtes, ſ. peccata ſua, ſic admirati ſunt. ſ. de dei patientia: conturbati ſunt, ſ. per contritionem magnã: moti ſunt ad ſe accuſandum per cõfeſsionem uerã: tremor apprehẽdit eos, ſ. ꝑꝑ pęnam æternam cui obligati erant. Intelligentia debet moueri ſapienter & diſcretè ad confitendũ & cognoſcendũ, & intelligẽdum ſuorum circunſtantias peccatorũ. De iſto motu põt intelligi q̃d dicitur in Pſ. 106. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius. Sicut. n. ebrius illud quod bibit cum delectatione, illud poſtea eiicit cum dolore. Sic & pęnitentes peccata q̃ fecerunt cum omni delectatione, debent euomere per confeſsionem & dolorem & ruborem. Prou. 30. Verba cõgregantis filij uomentis, &c. Peccata. n. quæ peccator cõgregauit malè operando debet euomere cõfitendo. Et ſicut ebrius nullum tenet ſecretum: ſic nec peccator ſacerdotibus aliquod celare debet peccatum. Voluntas debet moueri ad ſatisfaciendũ. De iſto motu debet intelligi illud quod dicitur in Pſ. 95. Commoueatur à facie eius omnis terra. Terra eſt caro noſtra, quæ uniuerſaliter moueri debet ad ſatisfaciendum, & aqua in ſatisfactionẽ eſt aſſumẽda: iuxta illud ad Ro. 6. Sicut exhibuſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ, &c. ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire in ſanctificationem. i. ſatisfactionem. Ideo dicit uniuerſa terra. q̃a omnia quæ ſunt in noſtro corpore debent ſatisfacere ꝑ peccatis. ſ. oculi lacrymando, aures uerba dei libenter audiendo, os deum laudando & orando, manus eleemo

ſynas largiendo,pedes ad eccleſiam ꝑperando.Item hęc piſcina habet quinque porticus.Prima eſt cognitio peccati ut diſpliceat. Pſ.50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco:& peccatum meum cōtra me eſt ſemper, i.diſplicet.Aug.Si homo cognoſcit,ſ.ꝑ diſplicentiā deus ignoſcit.Vnde uerſus:Dupliciter peccat qui ſe de crimine iactat.Et qui non uult cognoſcere, ſicut Cain noluit cognoſcere peccatum cum dominus ait ad eum. Vbi eſt Abel frater tuus?&c.quid feciſti?&c.Ergo eiectus.Similiter Saul cū Samuel eū redarguit. Secūda porticus eſt dolor.Pſ.37.Dolor meus ī cōſpectu meo ſemꝑ.Et ſic Ezec. patet Iſa. 38 . Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę mæ . Et ſic Maria Magdalena non ſolū cognouit ſed fleuit.Luc.7.Tertia porticus eſt integra confeſsio. Iacob. 5. Confitemini altrutrum peccata ueſtra . Et Lucæ 17. Ite , & oſtendite uos ſacerdotibus . Threno.2. Effunde ſicut aquam cor tuum.Quarta porticus eſt ſatisfactio: Lucæ 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ.Non dicit flores.Sapien.11. Per quæ quis peccat per hęc & punietur.Ro.6.Sicut exhibuiſtis membra. &c. Quinta porticus eſt intentio non peccandi . Aug. Vera pœnitentia eſt peccata deplangere, & amplius nō committere. Et hoc docuit hunc infirmum Chriſtus dicens : Surge, ſcilicet contritione & diſplicentia , tolle grabatum conſcientiæ.ſcilicet in confeſsione,& ambula in ſatisfactione : & uade, ſcilicet in propoſito bono , & amplius noli peccare .Subdit:*Ne tibi deterius fiat*.ſcilicet recidiuando. Nota multi ſunt qui recidiuare ſolent. Primo tyranni & oppreſſores pauperum,qui conſueuerunt homines exactionare: difficile etiam poſſunt peccata dimittere & pœnitentiam ꝑficere:ut patet in Pharaone,qui dicit Moyſi & Aaron:Ite orate pro me,& tamen recedente plaga recidiuauit : finaliter tamē in ſecutus filios Iſrael ſubmerſus eſt:Secūdo auari,uſurarii, raptores qui in quadrageſima promittunt reddere male acquiſita : poſt Paſcha autē ab aliis iterum uſuras recipiunt, & tales euchariſtiam recipiunt ut Iudas. Matt. 19. Quam difficile diues intrabit in regnum cœlorum .

Eccl.26. Difficile exuitur negotians a negligentia. Leo papa: Difficile eſt inter ementis & uẽdentis cõmercium non interuenire peccatum. Tertiò falſi religioſi, qui nõ cauſa ſalutis religionẽ intrãt: ut patet de Iuliano apoſtata qui blaſphemauit deum. Et cum S. Baſil. orabat beatã uirginem Mariam, tunc ipſa iuſsit Mercurium militem Chriſtianum interficere Iulianum. Quartò ſortilegi, ut patet de Saul qui conſulit Pythoniſſam. Quintò luxurioſi, adulteri & Sodomitæ, ut uxor Loth. Sexto homicidæ ut Achab. 3. Reg. penul. qui poſt occiſionem Naboth pęnituit, ut dixit dominus: Nonne uidiſti Achab corã me humiliatum, ſed recidiuauit. Et quia fictè pęnituit occiſus eſt in bello. Ibidẽ ult. Septimò guloſi ut Iudæi. Nume. 11. Recordamur piſciũ quos comedebamus in Aegypto gratis. O q̃ graue eſt poſt pęnitẽtiã recidiuare. Vnde Bern. Reincidere q̃ incidere deterius eſt. Vnde 2. Petri. 2. Melius eſt uiam ueritatis non agnoſcere, q̃ poſt agnitionem retrorſum cõuerti. Eccl. 5. Ne adijcias peccatum ſuper peccatum. Primò ex parte dei ꝑꝑ ingratitudinem. Greg. Non eſt dignus dandi s, qui non agit gratias de datis. Nam in ſimili, ſi aliquis pacem firmaret cum domino, & in tali pace occideret ſuos: ille grauius offenderetur. Et ſic eſt de deo. Nam recidiuantes in peccata ſua ſunt ſimiles Iudæis, qui genuflectentes dederũt alapas Chriſto dicentes: Aue rabbi. Vnde Hebr. 6. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei, &c. Secũdò ex parte diaboli: quia recidiuans fortius à diabolo cuſtoditur, ſicut miles caſtrum qđ ſemel ꝑdidit poſtmodum fortius cuſtodit ut Pharao. Vel qui habet unum uinctum ſi ſemel euaſerit & iteratò eum dominus arripuerit, grauius uincit eum. Tertiò ex parte hominis: quia debilitatur ad reſurgendum. Sicut. n. econtra infirmi in infirmitatem cadentes graue eſt cum eis & in maiori periculo. Sicut In ſotularibus qui ſi multoties fuerint reparati, & ad ultimũ non tenent futuram in lutum proiiciuntur. Et ſic tales non habentes propoſitum cauendi peccata, pęnitentia eorũ non ualet 2. Petri 2. Contingit. n. eius illud Prouerbii: Canis reuerſus ad ſuum uomitum, & ſus lota in uolu-

uolutabro luti.Luc.16.Memores eſtote uxoris Loth.Ec cleſ.34.Qui baptizatur à mortuo,&c.

SABBATHO, DOMINICAE. I.

Domine bonum eſt nos hic eſſe. *Mat.*17. *Mar.*9. & *Luc*.9. Enarratio. I.

VBi rex oſtēdit ſe ſuis amicabilē, ibi eo tutius ſperāt in precibus exauditionē.Spiritualiter, & ſic rex regū eſt nobis ēt amicabilis.Ioan.15.Iam non dicam uos ſeruos ſed amicos:ergo tutè poſſumus pces noſtras ad deum fundere.Et hoc facit eccleſia in officio miſſę,ſ. in introitu,uidelicet:Intret in cōſpectu tuo oratio mea inclina aurem tuam ad precem meam domine.Et in col lecta:Populum tuum domine ꝓpitius reſpice:& flagella tuæ iracūdiæ ab eo clemēter auerte.Et hoc docet Pau lus apoſtolus 1.Theſſa.5.cap.Sine intermiſsione orate: quare, ſ.ut poſsimus faciē regis noſtri uidere in clarita te immortalitatis, ut iſti beati diſcipuli q delectabātur in eo dicētes: *Domine bonum eſt nos hic eſſe,&c.*In ſumma euāgelii tria innuuntur.Primò quorū intuitu trāſfigura tio fuit celebrata,ibi:*Aſſumpſit Ieſus &c.*Scd̄ò quāto mi raculo fuit glorificata,ibi: *Ecce apparuerunt.* Tertiò qūo ſecretè fuit occultata ibi: *Nemini dixeritis uiſionē.*De pri mò dicit:In tēpore,ſ.quādo ait diſcipulis de morte ſua, & Petrus noluit credere:idcirco corripuit eum Ieſus.Et inter cætera ait: Amen dico uobis,ſunt quidā de hic ſtā tibus qui nō guſtabunt mortem donec uideāt filium ho minis in regno dei.Et poſt ſex dies uoluit tenere ꝓmiſſum,& licet Luc.9.dicat poſt octo:reſpondet tamē Hie ronymus,quia hi dies intermedii ponuntur,dies autem ibi primus quo promiſit additur, & ultimus quo ſoluit promiſſum.Nota dicit poſt ſex dies ad deſignādum,qđ omne tempus debet prius expendi in bonis operibus: ſi uolumus uidere claritatem diuinam: nam deus in ſex diebus omnē rerum naturam formauit,in ſeptimo quie uit.In cuius figura mandatū fuit filiis Iſrael, ut ſex die-

bus colligerent manna, ſeptimus eſt ſabbathum domini.Exod.16.Manna ſignificat opera meritoria. Eccle.9. Quodcunq; pōt manus tua operari inſtanter fac.Matt. 20.Voca operarios & redde illis mercedem,Sap.3.Bonorum laborū glorioſus eſt fructus.Apoc.14. Opera.n.illorum ſequuntur illos.Itē notatur ꝙ pro bonis non aliud ꝑmium ꝗ gloriam claritatis optemus. De quo Augu.in lib.de uerbis domini,ſermone 16.dicit: Vnuſquiſq; ſe ꝓbet in his q̄ ex charitate fecit operibus, ut non expectet temporalem retributionem:ſed promiſſam dei faciem. Quid ſunt cęlum & terra,mare,& omnia ſidera ꝑter dei faciem?non ſaluant, non ſatiant:ſed ipſe eſt ſalus noſtra & ſaturitas noſtra.Pſ.Satiabor cū apparuerit gloria tua. *Tunc aſſumpſit Ieſus, Petrum, Ioannem,& Iacobum fratrem eius*,ſ.maiorem.Hiero.Non ſtatim poſt promiſsionē ſurſum eos ducit:ſed poſt ſex dies ut reliqui diſcipuli nihil patiātur humanum.i.aliquē inuidiæ motum.Tres diſcipuli ſurſum aſſumpti ſignificant tres potētias animæ q̄ à terrenis ad cęleſtia debēt eſſe eleuatæ. Primò Petrum. Ratio,quia eſt caput.Greg.Sācti uiri quo uerius ſumma cognoſcunt,eo ſublimius terrena conſpiciunt. Secundò Iacobum. Augu. Sicut nullum eſt momentum quo non utatur dei bonitate & miſericordia, & ſic ſemper in memoria. Grego.Dei memoria excludit omnia maleficia. Tertiò Ioannem.i.uoluntatis affectum.Luc.11.Fiat uoluntas tua.Amb.Niſi uacaueritis à terreſtribus,nihil cognoſcere poteritis de cœleſtibus.Aug.Viſa diligere poſſumus:incognita nequaquam.Itē aſſumpſit tres ad deſignandū ꝙ qui uult habere dei claritatem debet habere ſidem trinitatis. Heb.11. Impoſsibile eſt ſine fide placere deo.Ideo ſubdit:*Et duxit eos in montē excelſum*,ſ.Thabor, qui diſtat a Nazareth quatuor miliaribus. *Et transfiguratus eſt ante eos*:ſecundum Hiero.Qualis futurus eſt tempore ultimi ſeu extremi iudicii,talis apparuit apoſtolis. Nemo.n.putet priſtinam eius formam ꝑdidiſſe uel amiſiſſe corporis ueritatem,uel aſſumpſiſſe corpus ſpirituale uel aereum.Sed quomodo transfiguratus eſt, euangeliſta demonſtrat dicens: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol*:

ergo

ergo non mutauit faciem.ſ.per depoſitionem. Ideo Hieron.Subſtantia non tollitur, ſed gloria cõmutatur:quãtum ad omnia liniamenta & effigiem faciei, et quantũ ad habitum transfiguratus eſt.Ideo ſubdit:*Et ueſtimenta eius candida ſicut nix.* Et hoc à claritate corporis quæ claritas fuit ſicut ſol.Quia ſecundum Remi. Nihil lucidius in temporalibus et corporalibus inuenitur ſole. Idcirco ad manifeſtandum exemplum futuræ reſurrectionis facies domini reſplendere & fulgere dicitur ſicut ſol: non ꝙ niſi claritas ſit ſicut ſol, ſed quia euangeliſta non potuit in rebus uiſibilibus nobis oſtẽdere cui eius claritatẽ aſsimilaret.Attamẽ claritas eius corporis bene cõparatur ſoli:quia ſicut ſol eſt origo cuiuslibet luminis corporalis:ſic & claritas Chriſti eſt origo noſtrę claritatis ſpiritualis. Et hãc claritatẽ Chriſtus nõ oſtẽdit in ualle ſed in mõte.Primò ideo ſcđm ſanctum Bedam, ad intelligẽdum ꝙ uoluntas uolẽtis peruenire ad claritatem Chriſti debet eſſe eleuata in contẽplatione.Ad Philip.3. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt:et non depreſſa in delectatione, ſicut illi quorum Deus uenter eſt. Secundò ideo trãsfiguratus eſt in monte, quia ſicut aſcenſus ad montana eſt difficilis,ſic et multo labore peruenitur ad claritatẽ Dei.Mat.7.Arcta eſt uia quę ducit ad regnũ cęlorũ.Ideo nõ oĩs qui dicit mihi,Domine domine,intrabit in illud: ſed qui facit uolũtatem patris.Act.14.Per multas tribulationes oportet nos,etc.Sed diceres:Quare Chriſtus uoluit clarificari uel trãsfigurari? Reſpondetur primo ſecũdũ Amb.ut oſtẽderet ueritatẽ futuræ beatitudinis ne uideretur inania promittere.Ideo oſtẽdit gloriã ſui corporis.Secundò ſcđm Chryſ.quia audientes diſcipuli ſe debere mori pro Chriſto timebant mortem,ut ergo prouocaret eos ad appetendum futuram gloriam, pro qua deberent contemnere præſentem uitam,et non timere mortem,oſtendit eis gloriam ſui corporis.Tertiò ſecundum Hiero.ut non ſcandalizarentur in morte Chriſti,ſed ſperarent gloriam reſurrectionis, ideo oſtendit gloriã corporis.Quartò ſecundum Bædam, ut oſtenderet in quanta gloria rediret ad iudicium.Nota dicit Hiero.In Chriſto

ſto hic manſit eadē ſubſtantia, qualitas, & quantitas cor poris: ſed hic maior ſplēdor acceſsit: & ſic naturalis Chriſti color non fuit mutatus, ſed ſolùm obumbratus: ut patet in lumine cādelę ardētis, in ſplēdore ſolis, Vnde Luc. 9. Species uultus eius facta altera, nō alia, non per mutationē ſubſtātiæ, quātitatis, uel qualitatis, ſed per refulgentiā nimiū ſplēdoris: qđ patet in textu, dicēs: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Sed diceres? Qūo poterāt in eū reſpicere ſine læſione, cùm ſolis intuitus lædit oculos: facies uerò eius fuit clarior ſole? Reſpondet Effren dicēs, ꝙ non totam ſuam claritatem oſtendit ſed tantā quantam delectabiliter poterant contemplari. Vel dicitur, lux in facie Chriſti nō offendebat oculos ſicut lux ſolis: ſed demulcebat eos in tātum ꝙ à delectatione ut ſolis uiſio non poterat auertere. Sed Tho. parte 3. q. 45. ar. 2. Claritas illa quam in transfiguratione aſſumpſit, fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam: non tamen quantum ad modum eſſendi. Nota ſicut poſt reſurrectionem in carne immortali cicatrices permanſerunt: ita in carne mortali mortalitate manente immortalitatis gloriam oſtendere potuit. Et ſic illa claritas fuit ſubiectiuè in Chriſto, non deponēs mortalitatē ſed ea manente: & fuit claritas gloriæ, i. corporis glorificati, hæc Iordanus. Et ut dicit Hugo: Hoc fuit factum diuina diſpenſatione, ut ſecundum uaria tempora diuerſas aſſumpſit dotes glorioſi corporis, ſ. ſubtilitatē in exitu ab utero, & agilitatē ſuper mare, & claritatē ut hic. Nota conuenerunt illa: ſ. trāsfigurationis & gloriæ quo ad eſſentiā, ſed non ad eſſe eſſentię, quia diſconuenerunt in aliquibus ut patet in ſubſequentibus. Nota claritas transfigurationis cōuenit & differt in aliquo cū claritate gloriæ. Primò conueniunt in ſubſtantia, quia utraque ſubſtantialiter eſt eadē. Secūdò cōueniunt in exiſtētia, quia utraq; exiſtit in corpore hominis & non alibi. Tertiò conueniunt ex parte ſubiecti, quia neutrum uariat corpus hominis ſubſtantialiter. Quartò conueniunt ratione originis: quia utraque claritas eſt adiacētia corporis, non originaliter cū corpore. Quintò cōueniunt in excellentia fulgoris mirifici: quia utraque

utraque claritas excellit omnē ſenſum humanū. Sed differunt ęt in quinque. Primò differunt quia claritas gloriæ eſt maior claritate figurationis. quia tantā claritatē ut eſt claritas gloriæ, oculi apoſtolorū nō potuiſſent pati. Sicut filii Iſrael non potuerunt intendere in faciem Moyſi: quæ tamē multo minus emicuit. Secundò differunt in inhęrentia: quia claritas gloriæ inhæret corpori per modum habitus permanētis, ſed trāſfigurationis extitit in corpore Chriſti per modū paſsionis tranſeuntis. Tertiò differunt, quia claritas transfigurationis erat in corpore mortali & corporali: ſed claritas gloriæ in corpore immortali. Quartò differunt quo ad cauſam originalē. Claritas corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate, ut dicit Aug. in epiſtola ad Diaſcorum, ſed claritas in transfiguratione deriuata fuit à diuinitate ipſius Chriſti: Quintò differunt in ratione miraculi. Claritas transfigurationis miraculoſa fuit, ſed claritas glorię nō: quia non eſt miraculum ꝙ corpus ſuſcitatum ambulat: & ſic claritas corporis eſt miraculoſa: quia corpus glorificatū. Itē Diony. in epiſt. 4. ad Gaium: Claritas quę erat in corpore Chriſti repræſentabat futurā claritatē corporis Chriſti: ſic claritas ueſtimentorū deſignabat futuram ſanctorum claritatē. Greg. 33. moral. Veſtiū nomine iuſtos ſignificat. Iſa. 49. His omnibus uelut ornamento ueſtieris. ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Item nota non eſt dicēdum ꝙ Chriſtus aſſumpſit dotem claritatis in trāſfiguratione: quia dos denotat claritatem immanentem corpori glorioſo. Sed ea quæ ad dotes pertinent miraculose habuit. Vnde Glo. dicit illam claritatem non fuiſſe gloriæ & immortalitatis, ſed quandam eius imaginem. Dixi ſecundò innuitur quanto miraculo fuit glorificata, dicens: *Ecce apparuerunt Moyſes & Helias cum eo loquentes.* Imperauit enim limbo & terrę, & ſuſcitauit Moyſen: & delitiarum paradiſo, & emiſit Heliā: Sed diceres. Vtrū Moyſes & Helias ueraciter apparuerunt, an angeli eorū aſſumptis corporibus? Ad hoc reſpondetur ſecundū gloſam, ꝙ non angeli eorum uel phantaſma quoddam, ſed

ipſi

ipſi ueraciter affuerunt: quod probat Hierony. dicens Chriſtus de cœlo ſigna dedit diſcipulis, Helia inde deſcẽdente quo concederet, & Moyſe ab inferis inſurgente. Quod ſic eſt intelligendum, ꝙ Helias cum proprio corpore & anima ibi fuerit: Moyſes uerò cum propria anima non cum proprio corpore, ſed cũ aliquo alio aſſumpto, quia non legitur ꝙ ſurrexiſſet corpore proprio ſed tantùm ſecundum animam. Hoc ẽt uult S. Tho. parte 3. q. 45. ar. 3. Diceres, quid loquebãtur? Dicit Luc. 9. de exceſſu quẽ cõpleturus erat in Hieruſalẽ. Primò de exceſſu amoris, de quo Ioan. 15. Maiorẽ charitatẽ nemo habet, q̃ ut animam ſuã ponat quis ꝓ amicis ſuis. Similiter de exceſſu amoris ipſius patris, de quo Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum ut filium ſuũ traderet unigenitum. Secundò loquebantur de exceſſu paſsionis: ſic ꝙ paſsio eius excederet oẽm paſsionem. Thren. 1. O uos oẽs qui tranſitis per uiam, uidetẽ ſi dolor eſt ſimilis ſicut dolor meus. Tertiò de exceſſu humilitatis. De quo Phil. 2. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Quartò de exceſſu iniquitatis: quia iudæi exceſſerunt menſuram patrum: quia patres occiderunt prophetas: ipſi uero dominũ prophetarum. Ideo Cyrillus dicit: ipſi loquebantur de myſterio paſsionis & mortis in cruce, non Chriſto reuelando quaſi neſciret: ſed gratias ei agebant quaſi uero Deo: quia in eo implentur uerba prophetarum quæ dixerunt de eo. Et gauiſi ſunt prophetæ uidentes humanitatem eius. Effrem dicit: Eũ adorabant & gratias agebãt de ſua benedicta incarnatione, attamẽ compatiebantur ꝙ glorioſa eius facies debebat conſpui & flagellari. Aug. de quinque hereſibus: Quid ſunt Moyſes & Helias niſi lex & prophetæ? loquebantur cum illo ut oſtenderet ſe illũ quẽ lex & prophetæ prædixerunt. Itẽ quare unus uiuus, alter mortuus apparuit? Reſpondetur primo ſecundum Hiero. ut ſignificarent Chriſtũ moriturũ & iterum uicturum. Secundò ut oſtendatur ſi uolumus particeps fieri glorię reſurrectionis, ut ſimus mortui mũdo, & uiuamus Chriſto. Ad Col. 3. Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt in Chriſto. Tertiò ut oſtẽdatur ꝙ eſſet profuturus tã

uiuis

uiuis q̃ mortuis. Sed diceres, quare apparuerunt illi prophetæ & nõ alii? Reſpondetur ſecũdũ Chry. Primò ideo quia homines dicebant Chriſtũ eſſe Heliã uel Hieremiã uel unum ex prophetis. Vt ergo oſtẽderet ꝙ ipſe eſſet dominus prophetarũ: capita prophetarũ ſecum adduxit: ut ſtatim uideretur differentia ſeruorum & domini. Secundò quia iudæi accuſauerunt eũ de tranſgreſsione legis: & ꝙ ſibi uſurparet diuinum honorem, ut ergo oſtendatur ab utraque occaſione innoxius, ideo Moyſen latorẽ legis, & Heliam æmulatorem Dei uoluit ſibi aſsiſtere. Tertia cauſa ut oſtenderet ſe habere poteſtatem uitæ & mortis. Ideo Heliam uiuentẽ & Moyſen mortuum adduxit. Quarta cauſa ut audientes diſcipuli eos loquẽtes de Chriſti paſsione intelligerent ꝙ expediebat Chriſtum mori. Quinta cauſa quia iſtis duobus prophetis prius reuelata fuit gloria domini in mõte, ſ. Sinai ipſi Moyſi, & in monte Oreb Heliæ. Vt igitur eſſent teſtes idonei ꝙ hæc gloria eſſet à diuinitate: ideo eos adducit. Sextã rationem ponit Ambr. dicens. Non plus trãsfiguratus eſt, ſed ſolũ corã prophetis & apoſtolis, ut ueritas diuinitatis autoritate apoſtolica & ꝓphetica cõfirmaretur. Ideo dicit Hiero. ꝙ ſcribis & phariſæis de cœlo ſigna petentibus dare noluit: hic uerò ut apoſtolorũ augeat fidẽ dat ſignũ de cœlo & de terra. Iſa. 7. Pete tibi ſignũ à Deo tuo in profundũ inferni, ſ. de anima Moyſi: ſiue in excelſum ſupra, ſ. de Helia. Tunc ſubdit: *Tunc reſpondens Petrus ait ad Ieſum:* quia feruentior aliis. *Domine bonum eſt nobis hic eſſe.* Aug. in lib. de quinque hęreſibus exclamat cõtra Petrũ apoſtolum dicens. Quid dicis ſancte Petre mundus perit & tu ſecretũ petis, uides tot gentes in unũ cõueniſſe, & tu requiem quæris: uides tenebras mundi, & lumen abſcondis? Nemo accendit lucernã & ponit eã ſub modio, ſed ſuper cãdelabrũ ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Ita domus totus eſt mundus: lucerna uerbi Dei incarnatio. Candelabrum, crucis eſt lignum: lucerna in cãdelabro lucens, eſt Chriſtus in cruce pendens. Tu Petre uis lucernam abſcondere, hic in monte permanere, uis totam mundi domum deſerere. Chryſo. Petrus uoluit

manere

manere quia audiuit Moyſen & Heliā loquentes q̄ oportet Chriſtū Hieroſolymam & ad mortem ire: & ſciebat iudæos Chriſto inſidiari:& adhuc timet pro Chriſto. Sed poſt increpationē nō audet apertè dicere rurſus, propitius eſto tibi, ne iterum audiret: Vade poſt me ſathana, ideo occultè per alia ſigna inſinuat: quia.n. uidebat multā quietem & ſolitudinem cogitauit conuenientem ibi eſſe ſtationē ex loci diſpoſitione, quod ſignificat, dicens: *Bonum eſt nos hic eſſe.* Voluit ēt ſemper hic eſſe, ideo meminit tabernaculorum dicens: *Si uis faciamus hic tria tabernacula.* Cogitauit etiam ſi hoc fieret, non aſcenderet Hieroſolymam, & ſi non aſcenderet Chriſtus non moreretur. Cogitauit ēt ſi iudæi obſediſſent eos, tunc ei adhæreret Moyſes qui Pharaonem deuicit, & Helias qui ignē de cœlo deſcendere fecit. 4. Reg. 1. Et ſic nullus perſecutorum eos lædere poſſet. Vel ſecundū Remigium: Petrus uiſa domini maieſtate & duorum ſeruorum, tunc adeo delectatus eſt, ut cuncta tēporalia obliuioni traderet: & ibi in perpetuum manere uellet. Si autē tunc Petrus ſic accenſus eſt, quanta erit ſuauitas et dulcedo uidere regē in decore ſuo, & intereſſe choris angelorum & omnium ſanctorum? De quo Pſ. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Ideo ſubdit: Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi uis, nō abſolutè, quia timet reprehenſionem. *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum Moyſi unum, & Heliæ unum*, quaſi diceret: Hic moremur:, te contemplabimur, quo habito nullo alio indigemus. Sufficit enim nobis domine uidere te. ſufficit, inquam, tanta tua dulcedine ſatiari. Vnam ſtillam dulcedinis iſte guſtauit, & oēm aliā dulcedinem faſtidiuit. Quid putas eum dicturum fuiſſe, ſi illam dulcedinis multitudinem diuinitatis ſuæ guſtaſſet, quam præparauit Deus diligētibus ſe. Ideo Aug. in 5. ſoliloquiorum: Tantam dulcedinem Petrus guſtauit, et omnium inferiorum oblitus clamauit: Bonum eſt nos hic eſſe, & non fecit mentionem de tabernaculo ſuo: quia deſiderabat Chriſto commorari. Ideo Hiero. inuehitur contra Petrum dicens: Erras Petre, ſicut alius euāgeliſta teſtatur Mar. 9. Neſciebat quid dice-

diceret. Reuera neſciebat: ſed errauit, ſicut dicit Remig. quia uoluit ut regnum cœlorum cõſtitueretur in terris, quod dominus promiſerat dare in cœlis. Errauit etiam, quia oblitus eſt ſe, & ſocios ſuos eſſe mortales, & abſq; guſtu mortis uoluit ire ad æternam felicitatem. Errauit quia Moyſes & Helias non indigent tabernaculis talibus, ſcilicet de ramis palmarum ſeu arborum, ut uoluit Petrus. Et ſic Chriſtus potuit illi dicere: O Simon quid dicis, ſi manſerimus hic, uerba prophetarum quis adimplebit, ſ. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumera uerunt omnia oſſa mea. Quomodo adimplebitur: Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea. Cui erit aſcribendum: Dederunt in eſcam meam, fel. Cui continget: Qui inter mortuos eſt liber. Quis ſoluet ea ſi hic manſerimus, quæ tibi dixi quomodo fient. Quis erit paſtor eccleſiæ: et claues regni cœlorum quas accepiſti cui debentur? Ergo Petrus ita erat gauiſus, ut omnia eſſet oblitus, ſimiliter & ſui, & quid comederet in monte non perpendit quando dixit: Faciamus hic tria tabernacula Moyſi unum, &c. Sed diceres, quõ Petrus cognouit Moyſen et Heliam, cùm prius eos non uiderat? Reſpõdetur, ſicut lux Solis habet facere omnes colores cognoſcibiles: ita claritas glorificationis habet hunc effectum ut ducat in notitiam omnium cognoſcibilium: et ſic in patria omnes ſe cognoſcunt. Tunc ſubdit: *Adhuc eo loquente*, ſ. Petro. Ambr. Interrumpuntur uerba Petri, et reſponſionem non meretur: quia non ſciebat quid diceret. Sed diceres, quare dominus Petro non reſpondit? Ambr. Petrus ex feruore deuotionis loquebatur, oſtendens ergo dominus non eſſe improbum, ſed inordinatum quod concupiuerat, ideo non merebatur audire reſponſum. Vel poteſt dici: Dominus eius ignorantiã non uerbo, ſed facto arguebat. Ideo ſubdit: *Et ecce nubes lucida obumbrauit eos*, quaſi diceret: Ecce tabernaculum ſine faſtidio. Et fuit ſpiritusſanctus in nube: *Et ecce uox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus:* non adoptiuus, ſed per naturam *in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite*, ſ. tanquam idoneum præceptorem, quaſi diceret. Ille eſt filius alii ſunt ſerui, et in illo figite

uobis

nobis tabernaculum,ſ.per charitatem. Ideo dicit ipſum audite.Hoc clamat mater Ioan.2.Omnia quę dixerit uobis facite.Hoc clamat legislator. Deut. 18. Prophetam ſuſcitabit uobis dominus: quem audietis ſicut me, & omnis qui non audierit prophetam ego ultor exiſtam. Hoc clamat Dei filius.Iſa.55. Audite audientes me, & comedite bonum &c.Hoc clamat pater hic in textu: Ipſum audite.Remigius: Recedant typi legales & umbræ prophetarum:& ſolùm ſequimini euangelii lumen.Ecce Chriſtus quadruplices habet teſtes ſuæ claritatis. Primò de cœlo.ſ.uocem ſui patris,de paradiſo Heliam.de inferno Moyſen,de mundo apoſtolos.Notá,atteſtatio patris facta eſt tam in bapriſmo q̃ in transfiguratione. In baptiſmo ad deſignandum ꝙ eſt dator gratiæ. In transfiguratione,ad deſignãdum ꝙ eſt dator gloriæ.Aug.de quinque hæreſibus dicit: Vbi eſtis qui aduerſamini filio? Pagani negant Deum habere filium. Iudæi negant filium incarnatum.Reſpicite,intrate ſcholam Dei,audite uocẽ patris:Hic eſt filius meus dilectus. O iudæi inite cõſiliũ ſi increduli filio fuiſtis & eum occidiſtis,& eius ſanguinẽ effudiſtis:nolite deſperare, ſed credentes baptiſmum ſuſcipite & bibite ſanguinem quem fudiſtis. Non horreatis,effuſus eſt ſanguis medici,& facta medicina phrenetici,non dubitetis,ſed guſtate & uidete,quoniã ſuauis eſt dominus. Per hæc uerba, *Hic eſt filius meus dilectus, &c.* obſtructum eſt os loquentium in qua, Audi Manichæe quid phãtaſma ſomniaris cum audis de nube: Hic eſt filius meus dilectus: Audi de cœlo patrem,de terra filium Sabelliane noli diuidere æqualitatem,quia qualis pater,talis filius &c.Tunc ſequitur: *Audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam.* Hieron. Quia humana fragilitas aſpectum gloriæ ſuſtinere non põt:ſed ſicut ſtellę obſcurantur in ortu Solis:ita à uoce patris prophetæ fugerũt, & apoſtoli ceciderunt:quia uox patris erat quaſi tonitruum mirabile,ita ut etiam terra contremuit.Etiã ideo ad deſignandum ꝙ in iudicio erit decorus. & terribilis. Chryſ.Multa concurrebant quæ timorem cõcutiebãt,ſ. mons altus,locus occultus & ſecretus,magnitudo hominis

nis,uox patris,q̄ ſecundnm Effrem quaſi tonitruū ſonabat. *Tunc acceſſit Ieſus & tetigit eos,dicens: Surgite & nolite timere*. Acceſsit tanquā pius conſolator & adiutor,ut timore ē fugaret:corpora leuaret.Ecce confortat eos. *Et leuātes oculos neminē uiderunt niſi ſolū Ieſum*. Hiero. Ad uocē patris fugerunt ꝓphetæ, quia ſi māſiſſent,dubiū fuiſſet an de altero eorū uel de Chriſto hęc uerba intelligi deberent. Hic eſt filius meus. Dixi tertiò,tangitur,q̄uo ſecretè fuit occultata,dicens: *Et deſcēdentibus illis de monte præcipit illis Ieſus dicens: Nemini dixeritis uiſionem hanc donec filius hominis a mortuis reſurgat*. Nota, Chriſtus inhibuit in populo prædicari iſtam claritatem ꝑ quatuor. Primò ſecundum Hiero,ne eſſet incredibile ꝑ rei magnitudinem. Secundò ſecundū Theophilū, ne ſcandalizarentur qui poſtea uiderent eum crucifigi. Tertiò ſecundum Remig. quia ſi maieſtas fuiſſet diuulgata in populis, plurimi impediſſent paſsionē eius reſiſtendo principibus ſacerdotū. Et ſic redemptio humani generis retardaretur. Quartò ſecūdum Damaſcenum, quia alij imperfecti diſcipuli fuiſſent contriſtati ꝙ talem uiſionem et non uidiſſent, & Iudas magis incitatus ad proditionem Saluatoris fuiſſet. Si uolumus uidere claritatem Chriſti tunc debemus aſcendere in mōtem,hoc eſt ſuſcipere pęnitentiam. Vnde Eſa.2. Venite aſcendamus in montem domini Dei noſtri: & docebit nos uiam ſuam, ſcilicet per quā poterimus uenire ad clarificationem. Figuratur Exod. 19. Moyſes non uidit claritatem domini in ualle, ſed in monte. Spiritualiter, per Moyſen intelligitur quilibet fidelis, qui eſt ſumptus ex aquis baptiſmatis: talis nō poteſt uidere claritatē Chriſti in ualle peccatorum, ſed in monte pœnitentiæ. Nota, pœnitentia dicitur mons propter propietatē montis. Primò mons cito illuminatur à ſole: ſic homo citius illuminatur in monte pœnitentiæ quàm in ualle peccati. De quo Augu. Pœnitentia eſt clauis aperiens portas Paradiſi. Secundò in monte homo eſt propior cœlo quàm in ualle. Et ſic homo in pœnitentia. Iſidorus libro 2. de Summo bono, cap. 12. Pęnitentia eſt medicamentum uulneris, ſpes ſalutis,

Chryſo.Nihil nos ita glutinat deo, ſicut pęnitẽtia uera. Mat.3.Penitentiam agite,appropinquabit.n.regnum cę lorum. Tertiò ꝑ aſcendendi difficultatem,& ſic in pœnitẽtia eſt difficultas.Mat.7. Arcta eſt uia, q̃ ducit ad regnum cœlorum:& Mat.16.Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,ſ.pęnitẽtię & ſequatur me.Itẽ ſi in hoc monte pęnitentię uolumus uidere claritatem Chriſti:tũc debemus tres apoſtolos aſſumere ſicut Chriſtus fecit,ſ.Petrum, Iacobum & Ioannẽ. Primò Petrum qui interpretatur agnoſcens:& ſic hõ debet agnoſcere primò pietatem dei.Ad Ro.2.Ignoras q̃m benignitas dei ad pęnitentiam te adducit. Secundò debet agnoſcere tempus:q̃m ſolùm in hoc tempore eſt remiſsio peccatorũ.Apoc.10. Iurauit angelus ꝙ poſt hoc tempus nõ erit tempus,ſ,pęnitentiæ.Tertiò debet agnoſcere locum.Pſ.Conuertetur populus meus hic nõ in cęlo:quia ibi non eſt dolor.Nec in inferno.Pſ.6.In inferno quis confitebitur tibi,quaſi diceret,nullus:quia ibi non eſt miſericordia.Quartò debet agnoſcere peccatũ.Aug. Si homo cognoſcit, Deus ignoſcit.Scd̃ò debemus aſſumere Iacobum,qui interpretatur luctator uel ſupplantator,concupiſcentiam & delectationẽ ſupplantantes.Sic fecit Apoſtolus Phil.3.c.Omnia arbitratus ſum,ut ſtercora. Figuratur Gen.27.Iacob ſupplãtauit Eſau binis uicibus,ſ. in paterna benedictione. & in primogenituræ emptione.Spiritualiter, ꝑ Iacob intelligitur pęnitens & hic debet ſupplantare Eſau,qui interpretatur ꝓphanus, i.peccatum,dupliciter,ſ.in affectu & effectu.Pſ.17.Supplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.Tertiò debemus aſſumere Ioannem, qui interpretatur in quo eſt gratia Dei,ſ.Primò charitas ſpiritualis,ſecundo puritas intellectualis,tertiò caſtitas uirginalis.Ioan.16. Hic eſt diſcipulus quem diligebat Ieſus . Et ſic nos debemus habere charitatem,ut nihil diligamus ultra deum.Mat.10.Qui amat patrem uel matrem plus q̃ me,non eſt me dignus. Secundò Ioannes puritas intellectualis: & ſic nos,Pſal. Quis aſcendet in montem domini,&c. Et Mat.5.Beati mũdo corde,ſ.in affectu.Exemplũ in cæco nato.Ioan.9.

qui

qui dum lutum habuit ſuper oculos, nihil uidit, ſed poſt quam lauit oculos, clarificatus eſt uiſus. Sic nos lauare debemus affectum, tunc uidebimus clarificationem dei. Etiam requiritur puritas in affectu. Pſ. Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Alius ſenſus moralis: Tres diſcipuli uiderunt claritatem. ſ. Petrus. Iacobus & Ioannes. Sic ſpiritualiter qui uult uidere gloriam Dei, oportet ꝙ ſit unus ex iſtis. Oportet autem eum eſſe Petrum. Petrus interpretatur agnoſcens: & ꝑtinet ad incipientes, qui debent ſe cognoſcere quanta demeruerũt peccatis ſuis: ut quemadmodum peccauerũt, ita acriter pęniteant. Item aliqui ſunt, qui tãtummodo loquuntur de Deo, & non agunt opera deifica: & hoc non ſufficit. Vnde Aug. Deum agnoſcere ueraciter, eſt Deum diligere. Idem Aug. Deus creauit hominem rationalem, ut eũ cognoſceret, & cognoſcendo diligeret. Vnde 1. Ioan. 2. Qui dicit ſe noſſe Deum & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Secundus fuit Iacobus qui interpretatur ſupplantans: in quo denotantur proficientes, q̃a illi debent ſupplantare omnia uitia, & ſe ornare uirtutibus, & hoc duobus modis, uidelicet uitia euitando per fugam, ſecundo ꝑ reſiſtentiam. Primo ut uitet originem peccatorum & occaſionem peccati. Secundo per reſiſtentiam in animo: ut ſi hõ uexatur tribulationibus exterioribus, ꝙ patienter illas homo ſuſtineat, & afferat illud ſe meruiſſe peccatis, quia proficientes plus uexantur q̃ incipientes: quia diabolus nititur eos ſummo conatu impedire. Hoc figuratur Mat. 13. in tritico & zizania ubi dicitur ꝙ uenit diabolus & ſeminauit zizania in medio tritici, &c. Vnde nulla eſt uirtus ſine labore. Ideo proficientes ſignificantur per Iacobum qui interpretatur ſupplantator: eo ꝙ debent uiriliter ſupplantare uitia. Tertius diſcipulus fuit Ioannes qui interpretatur Dei gratia: in quo ſignificantur perfecti, qui ſemper debent eſſe in gratia Dei: quia ſicut Ioannes habuit ſpecialem prærogatiuam à Chriſto: ſic adhuc & ipſi perfecti ſpecialiter diliguntur à domino dilectione ſpirituali. Vnde Greg. Summum bonum in hac uita eſt, uita contemplatiua.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE.

De Euangelio. *Miſerere mei fili Dauid: filia mea male à dæmonio uexatur. Matth. 15. & Mar. 7.* Enarratio. I.

QVando paterfamilias habet incōpoſitum & malum hoſpitē, qui uelit ſibi nocere, & ſi ꝓpria uirtute non ualet eū expellere: tunc inuocat aduocatū & iudicē. Spiritualiter, & ſic quilibet noſtrū eſt paterfamilias domus conſcientiæ ſuæ. Et ſi in illa malū habet hoſpitē, i. diabolū ſibi nocere uolentē, ſ. ꝑ peccata: tunc debet inuocare iudicē uiuorū & mortuorū, ſ. Chriſtū. Et hoc facit eccleſia ſancta in introitu miſſæ. Reminiſcere miſerationū tuarū domine, &c. q̄ à ſeculo ſunt, ſ. filios Iſrael eripiendo de manu Aegyptiorum. Et in collecta: Deus qui nos cōſpicis omni uirtute deſtitui, interius & exterius cuſtodi. Et hoc hortatur Apoſtolus 1. Theſſ. 4. in epiſtola, ut familiā diaboli nō dimittamus regnare in domo cōſcientiæ, cū dicit: Hęc eſt uoluntas dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos à fornicatione: ut unuſquiſq; ueſtrū ſtudeat uas ſuū poſſidere in ſanctificatione & honore, nō in paſſione deſiderij, ſicut gētes q̄ ignorant deū. Non. n. uocauit nos in immunditiā, ſed in ſanctificationē. Et ſic fecit hęc mulier uolēs domū filiæ ſuę mūdare, nō potuit dęmonē expellere. Idcirco inuocauit aduocatū & iudicē, dicens: *Miſerere mei fili Dauid,* Aliud thema: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus ad manducandum.* Mat. 15. Plinius dicit ꝙ ſemen coriandri hominibus eſt medicina & cibus: ſed canibus eſt mors. Spiritualiter ſic uerbū dei eſt ſemē. Eſa. 1. Niſi dominus exercituū reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus. Qđ homini eſt cibus, q̄a paſcit electos. Deu. 6. Non in ſolo pane uiuit hō, ſed in omni uerbo qđ egreditur de ore domini. Et medicina. Vnde Sap. 16. Sermo

tuus ſanat oĩa.Sed canibus.i.reprobis eſt mors:quia uer bum Dei iudicabit reprobos dignos morte,& reprobi di cũtur canes.Sunt.n.multi peccatores ꝗ cõparantur cani bus.Primi detractores:nã ſicut canis latrando & mordẽ do fugat aliquẽ de domo corporali:ſic & tales peccato- res expellunt uerbũ dei ꝑ detractionẽ.Eccl.10.Si Serpẽs mordeat in ſilẽtio,nihil eo minus habet qui occultè de- trahit.Secundi ſunt auari:nã ſicut canis quantumcunq; comedit ſemper fameſcit:& ſic auarus. Eccl.5.nõ imple tur pecunia. Pſ.58.Famem patientur ut canes . Mat.13. Fallacia diuitiarum ſuffocat uerbum & ſine fructu effi- citur.Tertij ſunt luxurioſi: nam ſicut caro canis immũ da eſt:& ſic luxurioſi.Eccl.21.Audiuit luxurioſus & di- ſplicebit ei,& proiiciet illud poſt dorſum ſuum.Quarti ſunt recidiuantes.Prou.26 Sicut canis qui reuertitur ad uomitum,& ſic ſtultus reiterat ſtultitiã ſuã . Et talibus non eſt bonum dare uerbum Dei ꝑꝑ immunditiam:ta- men dignos ſe faciunt per pęnitentiam,ut hæc mulier . Ideo epiſt.prima Theſſ.4.Hæc eſt uoluntas Dei,ſanctifi catio ueſtra.In ſumma euangelii tria innuuntur. Primò huius mulieris deuota deprecatio,ibi: *Miſerere mei*.Scđò à Chriſto deſpecta obiurgatio,ibi: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum &c.*Tertiò Chriſti pia exauditio,ibi: *O mu lier &c.* De primò dicitur. In illo tempore.ſ.cum Chri- ſtus docuit ꝙ manducare illotis manibus non eſſet pec- catũ.Egreſſus Ieſus,ſ.a terra Genezareth relinquens ob ſtinatos iudæos,ſeceſsit in partes Tyri & Sidonis. Vnde Chryſ.In hoc fecit ſicut bonus uenator:qui dum in uno loco non capit,in aliũ ſe transfert:& ſic ipſe dũ in terra iudęorum ꝑ rete uerbi dei capere non poſſet : in terram gentilium ſe trãsferebat.Vnde ſecundum Remig. Tyrus & Sidon fuerunt ciuitates gentilium:quia Tyrus metro polis Chananæorum,Sidon uerò terminus eorum Cha- nanæorum ad partem Aquilonarem. Nã iudæi non po- tuerunt totaliter expellere gentiles de terra ſua. Itẽ cau ſam egreſsionis dicit Chryſo.Cùm uidit ꝙ eſcam uerbi dei Iudæi abominabãtur, corporalem ſuã præſentiã uo luit eis retrahere transferens ſe ad gentiles.Sed diceres,

tamen docuit diſcipulos. Mat. 10. In uiam gentium ne abieritis. Reſpondet Chryſ. Nō erat obnoxius præcepto. Luc. 6. Dominus eſt ēt filius hominis ſabbathi. Vel ſic intelligitur: ne abieritis. ſ. ad prædicādum. Et ergo Mat. 7. dicitur: Occultabat ſeipſum. Et ergo inhibebat inuitationem, ſed non receptionem ſi per ſe uenirent: & ſic recepit tres magos tanquam primitias gētium. Sequitur: *Et ecce mulier Chananæa*, ſ. natione. Notandum Chanaam filius fuit Cham filij Noe, qui patrem deriſit. Vnde terra iſta dicitur Chananæa: quia ipſe primò eā inhabitauit. *A finibus illis egreſſa*: audiuit ꝙ Ieſus fecerat miracula: Chryſ. Chananæi expulſi de terra ꝓmiſsionis, ne peruerterent Iudæos inuenti ſunt prudentiores Iudęis: quia Iudæi Chriſtum expellebant: hæc autem Chananæa egreditur ut eum ſuſcipiat. Origenes: O mira res & noua cogitatio, mirabile negotium Iudęi fugiunt, Chananęa ſequitur, domeſtici derelinquunt alienigenæ appropinquant. Sed diceres, Cur non attulit filiam? Reſpondetur ſecundum Chryſ. Egreſſa nō attulit filiam, ſed fidem, cogitans intra ſe: Ad quem uado, omnia nouit, abſentia uidet tanquam præſentia: omnipotens eſt. Igitur ſi uoluerit poterit filiam meam ſanare, quia ubique pręſens eſt. Nec rogauit ut ad eam ueniret ut regulus. Ioan. 4. dicēs: Deſcende priuſquam moriatur filius meus. Ratio Bedę, quia ſolo uerbo confidit ſalutem poſſe dare. Igitur eius præſentiam non requirit. *Clamabat dicens: Miſerere mei dominę fili Dauid.* Glo. iſta Cananæa confitetur Chriſtum Deum cum dicit, Domine: & hominem ibi, Filii Dauid. Audiuit. n. Chriſtū promiſſum deſcendere de ſtirpe Dauidis. quaſi diceret: Dauid in miſericordia cōſecutus eſt regnum, & ſic tua miſericordia ſuper omnia opera tua: ergo miſerere mei. Dauid pſalendo fugauit diabolum uexantē regem Saul, & ſic tu ꝑdicando in pſalterio decem chordarū expellis dęmonia. Dauid dimiſsis ouiculis patris iuit & liberauit fratres & Iſrael de manu Goliath, & ſic tu relictis nonagintanouē ouibus patris tui, i. nouem choris angelorū ueniſti ouem errantem quærere. *Et ecce filia mea*, ēt eſt ouicula errans & rapta à lupo, i.
diabolo:

diabolo: ergo miſerere mei, filia mea male à dæmonio uexatur. Hic detegit uulnera medico & magnitudinem morbi cum dicit *a dæmonio*, & qualitatem cum dicit *uexatur male*. Nota diabolus hoīem uexare pōt ex ſe autē uincere nō pōt niſi uolentem: ut patet per beatū Amb. in lib. de beata uita, & habetur 15.q.1.ca.non eſt, dicentem: Nemo noſtrū tenetur ad culpam niſi propria uolūtate ſe deflexerit: uoluntarium militem ſibi elegit Chriſtus: uoluntarium ſeruū ſibi actionatur diabolus: neminem iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet, niſi ſe ei prius peccatorum ære uēdiderit. Nam licèt ex ꝑmiſsione diuina habeat poteſtatē in corpus: non tamē in aīam, ut patet Iob primo & ſecundo. Similiter de S. Antonio. Vnde tiplices peccatores ſpecialiter uexat diabolus, ſ. ſuperbos. Iob 41. Ipſe eſt rex ſuꝑ omnes filios ſuperbiæ. Apo. 9. Habebant ſuper ſe regem angelū abyſsi. Similiter auaros & luxurioſos. Vnde 1. Ioan. 2. Omne qđ eſt in mundo aut eſt concupiſcentia oculorum: aut eſt ſuperbia uitæ. Clamabat miſerere mei, quaſi dicat: Nō ex meis actibus ſeu iuſtitia, ſed de tua miſericordia, qua carnē ſuſcepiſti, ego clamo ad te. Orig. Ecce quanta huius mulieris fiducia: licet Cherubin in cōſpectu eius trement in cęlo: hæc mulier nō formidat cum in terra clamat: Miſerere, qui a miſericordiam q̄ro: dolorem ſuffero, quia filiam à dęmonio uexatā habeo. O noli ſpernere me peccatricē quia quid faciam neſcio: quo fugiam ignoro. Nā tu ſolus cōſolator & auditor in tribulatione. Ideoq; obſecro, me aſpice domine, me exaudi: uide diuturna uulnera mea: ipſa patitur & ego deficio. Nō poſſum diu ab ea diſcedere, non habeo liuorem exterius, ſed pugnatorem interius. Quotidie uulnus meum creſcit & opprobrium: nunc uideo curuum eius aſpectum: nūc manibus crines ſparſi, ſpumas de ore fundi. Audio eius luctū. Nam hæc ipſa filia mea eſt dęmonis eſca: non audeo tangere eam nec ei appropinquare. Ergo miſerere mei, quaſi diceret: O omnes qui fuerunt patres & matres conſiderate luctum q̄ flebilis mater ego ſum. Subdit: *Qui non reſpondit ei uerbum*. Origenes: Vide & mirum & inauditum nego-

tiũ: hæc flebilis mater petit & obſecrat & lamentũ ſuũ producit in clamorem: & conſolator omnium lugentiũ non reſpondit ei uerbum: latet fons uitæ, ſummus medicus occultat medicinam, quare? ut tempore ſuo daret. Et propterea nõ reſpondet: non ꝑ indignationem, ſed ut dicit Hiero. ut conſtãtiam probaret & probatam manifeſtaret. Sed diceres, quare tacet pius medicus cùm dicitur Pſ. 9. Deſiderium pauperum exaudiuit dominus, ideo præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Reſpondet Beda: Tacet non quòd deſpiciat preces miſerorum, ſed ut perſeuerantiam eorum demonſtret. Secundò non reſpondet dicit Hiero. ut deſiderium eius, ſcilicet Chananeę, magis accendat. Prou. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Tertiò ut ipſa diſcipulorũ animos excitaret: atq; ipſi exinde ad intercedendum pro ea plus mouerentur: nobis in exemplum ut ad ſanctos Dei conuertamur iugiter eorum auxilium implorando. Iob 5. Ad aliquem ſanctorum conuertere. Bern. Si hic mortales exiſtentes pro peccatoribus orauerunt: quantò magis nũc cùm immortales ſunt, quia beatitudo in patria charitatem non minuit ſed auget. *Et accedentes diſcipuli rogauerunt eum dicentes.* Hiero. Diſcipuli ignari myſterij diuini & miſericordia moti dixerunt: *Domine dimitte eam*, quam tenes non exaudiendo: *quia clamat poſt nos*, præ anguſtia quæ eam tenet puniendo: *quia clamat poſt nos*, affectuosè: quia compaſsi non audentes dicere: da ei gratiam. Et ex illo habetur ꝙ Chriſtus fuit in uia. Sed Marcus dicit hoc factum eſſe in domo. Augu dicit, ꝙ uenit in domum in mente rogans & affectans, & non audebat loqui, ſed Chriſtus exiens domum. ipſa ſecuta clamauit poſt Chriſtum & diſcipulos. Sequitur: *Ipſe reſpondens ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael*, idèſt ad Iudæos. Orige. O domine quid eſt hoc uerbum: quæ eſt iſta excuſatio. Nũquid es homo factus, ut tãtũ unum angulũ ſaluares plebis iudaicę: & integrum mundum relinqueres? uidelicet Pontum, Aſiã, Aegyptum, Cyliciã, Capadociam, & cæteras partes: & de Ieruſalem tantùm curas, nonne uides iniuriam patris tui falſis ſimulachris?

lachris? An non prophetæ uulgauerunt, ſ. Dauid Pſal. 2. Poſtula à me, & dabo tibi gentes, &c. Iſa. 11. Egredietur uirga de radice Ieſſæ, & dominabitur omnibus gẽtibus. Et Iacob: Ipſe erit expectatio gentium. Gene. 49. & Malach. 1. Ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. Et Pſ. 46. Omnes gentes plaudite manibus. Matth. 8. Ite & docete omnes gentes. Et nũc hæc miſera gentilis rogat & obſecrat pro filia: & tu dicis: Non ſum miſſus niſi ad oues, &c. Venit Centurio rogans dediſti ueniam & dixiſti: Veniam & curabo ſeruũ tuum: paralyticum curaſti, leproſos mundaſti, mortuos ſuſcitaſti: & ſolam hanc mulierem miſeram Chananeã reſpuis deprecantem. Vnde Chryſoſtomus in homilia dicit: Ideo noluit eam exaudire in momento, ne iudæi occaſione accepta dicerent: Non credimus tibi, quia ſoluiſti legem quę præcepit abſtinere à Chananęis: & tu fabulaſti cum eis. Ergo poteſt dicere Chriſtus: O iudęi, ecce teneo legem: hęc non ſine cauſa clamat & obſecrat, & tamen nõ exauditur: qa ad iudęos ſum miſſus, ut dicitur Rom. 15. Dico Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circũciſionis, i. iudęorũ. Subdit: *At illa uenit*, ſ. ꝓpius. qa antea à lõgè clamauit *& adorauit eũ*. ſ. ut Deũ creatorẽ cœli & terræ, Intẽrius. n. ſpiritu ſancto didicerat, Dominũ Deũ tuũ adorabis, &c. Et adhuc nõ deſperauit, ſed ait: *Domine adiuua me.* Ecce fidelis mater dolorẽ filię cõputat quaſi ꝓpriũ. Origenes: Ecce prudẽtia fœminę: nõ à ſeductore: nõ à falſis uatibus poſtulabat auxiliũ ut quidã heu faciũt. Cõtra quos Leuit. 19. Nõ declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ne polluamini ab eis. ibid. 30. c. Aĩa q̃ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciẽ meã cõtra eã, et interficiã eam de medio populi ſui. Sic mortuus eſt Saul ꝓꝑ iniquitates ſuas. 1. Paral. 10. eo ꝙ cõſuluit Pythoniſſam quędebebat ſuſcitare Samuelẽ: ut habetur 1. Reg. 28. Pſ. 59. In Deo faciemus uirtutẽ, et ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Et ergo hęc dixit: *Domine adiuua me.* quaſi diceret: Tu es potens iuuare me. Sequitur: *Qui reſpõdens ait.* Hic tangitur ſecũdum principale in quo ut dixi ſubiũgitur à Chriſto

de

deſpecta obiurgatio; dicens: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum*, i. euangeliū & miracula. Eccl. 15. Cibabit illum dominus pane uitæ & intellectus. Et filii iudęi ſunt, quia in culturā unius Dei nutriti. Iſa. 1. Filios enutriui & exaltaui: ipſi aūt ſpreuerūt me. *Et mittere canibus ad manducandum.* Rabanus: Gentiles ꝑ idolatriam dicuntur canes. Sicut. n. canes comedunt multa cadauera, ſic Gentiles habuerunt pluralitatem deorum. Chryſ. Ecce patiens mulier nec contradicere auſa eſt nec dolet de inimicorum laudimus: nec moleſtata eſt in proprio conuitiò. Nota gentiles ante conuerſionē dicebantur canes. Primò ratione immunditiæ. Secundò ratione idolatriæ. Tertiò ratione ſæuitiæ in ſanctos, Apoc. 21. Foris canes & ueneſici, &c. Sed modò mutatio mirabilis qui olim canes fuerunt: nunc Chriſtiani & filii Dei ſunt. Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et qui filii Dei fuerunt, nunc canes appellantur. Et ēt ex triplici proprietate canum, quam ponit Auicenna in quarto canone: Si homo comederet de felle canis ad quantitatē unius lentis moritur. Sic Chriſtus guſtauit fel amaritudinis Iudæorū. Matth. 27. Dederunt ei uinum bibere felle mixtum. Ideo Pſ. 20. Circundederunt me canes multi. Deut. 32. Fel draconū uinū eorum: & uenenum aſpidum inſanabile. Secundò ſecundum Caſsiodorū: Canes latrant cōtra hos quibus inuident. Et ſic iudæi contra Chriſtum. Ioan. 18. Si non eſſet hic malefactor nō tibi tradidiſſemus eū. Tertiò ſic dicit Auicenna: Canes uerſi in rabiē proprios dominos non cognoſcunt: & ſic Iudæi, Ioan. 19. Nō habemus regē niſi Cæſarem. Deut. 32. Oblitus es domini creatoris tui. Et ſequitur: *At illa dixit: Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Chryſ. O mira patientia & humilitas, medicus dicit: non eſt bonum, ipſa confirmat utique. Ipſe iudæos filios uocat, hæc dominos, quaſi diceret: Tu me uocas canem, ego te dominū, tu mihi cōuitiaris, ego te glorifico. Et ſi ſum canis, tunc tu dominus meus, quaſi diceret, Canis fidelis eſt domino: & ſic ego tibi, quia à te non recedam. Item canis ſi expellitur per unum oſtium, per aliud intrat. Et ſic ego quan-

quamuis multoties repulſa, tamen adhuc confugio ad te: Si ergo ſum canis, nutri me ut canem qui edunt de micis. Et ſic præſtà mihi minimam ſcintillam tuæ gratiæ: nam panem filiorum non meriti: nec ad menſam tecum ſedere digna ſum. Dixi tertiò tãgitur pia exauditio, ibi, *Tunc reſpondens Ieſus ait: O mulier magna eſt fides tua.* Reuera magna: maior quàm Archiſynagogi. Matt. 9. qui dĩcit: Veni impone manũ tuam ſuper filiam meã & uiuet. Hęc aũt credidit Chriſtum in abſentia poſſe ſanare filiã. Maior quàm Marthæ. Ioan. 11. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, &c. O magna fides, nõ uidit mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos, nec prophetas audiuit, nec ſcripturas legit. *Fiat tibi ſicut uis.* quaſi dĩceret: Tua uoluntas curat tuam filiã: eſto medica, iuxta uoluntatem tuam fiat tibi. Et in hoc uerbo fiat, creauit Deus cœlum & terram. O ſi uolumus exaudiri, debemus habere proprietates eiuſdem mulieris. Primò ſicut ipſa egreſſa eſt de finibus Chananæorum: ſic & tu de conſuetudine peccati. Gen. 12. Egredere de terra tua, i. deſiderio terreno. Primo propter famem: Aggæi 1. Comediſtis & non eſtis ſaturati. Hieron. Voluptas carnalis non ſatiat: & habetur Luc. 15. de filio prodigo. Secundò propter guerram. Et ſic Pſ. 10. Qui diligit iniquitatem odit animam. Tob. 12. Qui faciunt iniquitatẽ hoſtes ſunt animę ſuæ. Et ſic faciunt guerrã cũ Deo, q́d eſt difficile. Act. 9. Durũ eſt tibi cõtra ſtimulum calcitrare. Et ſic ẽt cũ Deo. Iſa. 59. Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos & Deum ueſtrum. Tertiò propter crudelitatem dominorum, ſ. peccatorum. Ioan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Sic filii Iſrael de Aegypto. Item ẽt egredi debemus de finibus, i. occaſionibus peccati, ſ. uitando locum, ut patet Gen. 39. De Ioſeph qui non intrauit commodum dominę. Dan. 13. Ecce oſtia pomerii clauſa, &c. Tempus etiã & perſonam. Gen. 19. Loth egreſſus de Sodomis, &c. Eccle. 13. cap. Qui tãgit picem, inquinabitur ab ea. Eccl. 9. Cum ſaltatrice ne aſsiduus eſto. Item proprię miſerię cõfeſsio filiam uexatam liberat. Pſ. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti

impie.

impietatẽ peccati mei.Cõfitere ꝙ Mamõ te uexat, i. uſura,& Aſmodeus,i.luxuria.Prouer.28.Qui abſcõdit ſcelera ſua non dirigetur:qui aũt confeſſus fuerit, miſericordiam conſequetur.Et ſic tu.Secundò compaſsio filię.2. ad Thimo.2. Si ſuſtinebimus, cognabimus . Mar.5.Beati miſericordes, quoniam, &c. Tertiò magnitudo fidei. Mar.9.Omnia poſsibilia ſunt credenti. Ad Heb.4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut miſericordiam cõſequamur.Quartò humilitas orationis.Eccl.25. Oratio humiliãtis ſe,nubes penetrabit. Quintò perſeuerãtia non ſemel uel bis petere debemus, ſed in omni tẽpore.Ideo dicit Hiero.Non incepiſſe ſed perfeciſſe uirtutis eſt.Et Iſid.Tunc placet Deo noſtra opera,quando quæ incipimus implemus.Remig.Non inchoãtibus, ſed perſeuerãtibus præmium attribuitur.Moraliter,mulier eſt ratio ſuperior ſiue ſyndereſis:filia eius eſt uoluntas uel conſcientia,quæ uexatur à dæmonio per diuerſas tentationes.Rabanus:Si quis habet conſcientiam alicuius uitii ſorde pollutã,habet filiam à dæmonio malè uexatã. Vnde Aug.quærit quæ eſt maior pœna quã anima miſera põt pati in mundo.Reſpondet idem ſuper Pſ.Deus noſter refugium & uirtus.Inter oẽs tribulationes & turbationes animæ humanæ,nulla eſt maior pœna quàm cõſciẽtia delictis plena: ibi ſunt tribulationes & turbationes.Ratio Iſid.lib.2.De ſummo bono : quia ubicunque homo abierit,reatus ſuæ conſcientiæ illum non derelinquit.Omnia põt homo fugere præter cor ſuum:à ſeipſo enim non poteſt recedere.Greg. Quid prodeſt ſi omnes homines te excuſant,& ſola conſcientia accuſat, quia iã habes infernum in te.Sap.17.Timida nequitia dat teſtimonium condemnationi. Quid facies, uide exemplum in muliere Chananæa:ipſa.n. mox ad medicum cucurrit.Et ſic ẽt tu.Eccl.5.Ne tardes conuerti ad dominum: ne differas de die in diem ut faciunt pigri,dicẽtes: Cras, nam craſtina dies non eſt noſtra:ſed præſens. Greg. Qui pœnitenti ueniam ſpopondit,diem craſtinum nõ promiſit.Impedit diabolus hominẽ,ſicut tigridem uenator ponens ſpeculũ in uia:ſic diabolus obiicit obſtacula.Bern.

Qui

Qui hodie non aptus eſt: cras minus aptus erit. Secundò ipſa de finibus illis egreſſa eſt, ſ. Tyri & Sydonis, i. à peccatis carnalibus & ſpiritualibus, & à finibus, ideſt, circunſtantiis Gen. 39. Sicut Loth de Sodomis. *Et clamabat Miſerere mei: quia filia*, ideſt conſcientia *a dæmonio*: ideſt à peccato *male uexatur*: quia rationis lumen obnubilat, quia animæ pulchritudinem fœdat, & conſcientiæ integritatem uulnerat. Sed diceres, quare mortale peccatum dicitur eſſe dæmonium? Reſpondetur primò propter grauitatem peccati: quia tantæ grauitatis eſt peccatum, ut ſpiritum omni aere leuiorem in plumbi uertit grauitatem. Pſal. 37. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Iſa. 14. cap. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? Secundò propter deformitatem, eſt n. tantæ deformitatis: quòd conqueritur. Pſ. 52. Abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis. Et Thren. 4. cap. Quo modo obſcuratũ eſt aurum, mutatus eſt color optimus. Ergo dicere debemus cũ muliere præſenti: Miſerere mei domine fili Dauid. Neceſſarium eſt peccatrici animæ cogitare de Dei miſericordia, ne deſperet. Nam multa faciunt peccatorem deſperare. Primũ eſt peccatorum magnitudo. Et ſic deſperauit Cain. Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea quàm ut ueniam merear. Contra quę Bern. ait: Mentiris Cain, maior eſt Dei miſericordia quã quæuis noſtra miſeria. Pſ. 35. Miſericordia tua magna eſt ſuper me. Idem Pſ. 18. Emundabor a delicto maximo. Nũquid nõ magnũ eſt filium Dei uulnerare ut fecit Longinus: & tamen ſibi eſt dimiſſum. Auguſtinus: Quid conuerſo nõ ignoſcitur, cùm effuſori ſanguinis ignoſcebatur? Bern. Miſericordia Dei eſt tam magna, ꝙ omnis noſtra malitia eſt, ſicut reſpectu totius maris una gutta. Secundum eſt peccatorum multitudo. Prouerbiorum 18. Peccator dum in profundum uenerit peccatorum contemnit. Et ſic Iudas qui prius occidit patrem & matrem, & poſt hoc Chriſtum tradidit. Sed recordare miſericordiæ Dei quæ multiplicior eſt. Pſal. 32. Miſericordia domini plena eſt terra. Recordare illud Matth. 18. quòd ſeruo nequam dimiſit decem millia talentorum. Recordare 2. Paralip.

ralip.ult.Manaſſes qui ait:Peccaui ſuper numerũ arenæ maris.Recordare Magdalenæ,de qua Greg. Septem dæmonia habuit, i. uniuerſis uitiis plena fuit. Attamen Luc.7.dicitur:Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Tertiũ eſt peccatorum turpitudo, talis ꝙ etiam homo plerunque uerecundatur illa confiteri. De quibus ad Epheſ.4. Deſperantes tradiderunt ſemetipſos in ignominiam impudicitiæ,& operationem immunditiæ omnis. Nam quæ in occulto fiunt turpe dicere eſt.Sed reminiſcere miſericordiæ Dei.Iſa.1. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum quaſi nix dealbabuntur:& ſi fuerint rubea ut uermiculus,uelut lana dealbabuntur. Quartum eſt diuturnitas temporis ꝙ homo diu iacuit in peccatis. Et ſic Pharao deſperauit. Exo.8. Sed contra hoc eſt miſericordia Dei quæ prompta eſt omni hora dimittere.Ezec.18. In quacunque hora peccator ingemuerit,&c.Aug. Nec temporis diuturnitas,nec uitæ breuitas, nec criminis qualitas uel quantitas exlcludit à uenia,ſi fuerit contritio perfecta & uera.Quintum eſt reiteratio peccatorum.Multi.n. dum ſe uident recidiuare in peccatis, deſperant cogitantes illud ad Hebr.6. Impoſsibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati,guſtauerunt et donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti,&c.rurſum reuocari ad pœnitẽtiam.Sed contra hoc recordare illius miſericordiæ.Mat. 38.Non dico tibi ſepties,ſed potius ſeptuagiesſepties,i. toties quoties,&c.Exẽplum, Iacobus de Vitriaco dicit: Quædam iuuencula occidit patrem & matrem,ut patet in ſermonibus de tempore,in ſermone huius dominicæ. Ideo Gloſ. ſuper Ioſue 2. Paratus eſt Deus ut ſaluet per clementiam quos non poteſt ſaluare per iuſtitiam.

DE EODEM.

Miſerere mei fili Dauid. Matth.15. & Mar.7.

Enarratio. II.

CVm omni tempore pater miſericordiarum miſerator & miſericors dominus ſuã miſericordiam paratus ſit impendere:non eſt mirum quin ipſo tempore

re quo miſereri ſubito paratus eſt, & ſolet eius miſericordia implorari:& ipſi cuius miſericordia plena eſt terra miſericordiam petentibus miſericordiæ beneficiũ debeat impartiri.Iſidorus:Gratia & miſericordia Dei donum eſt per qđ bonę uoluntatis eſt exitus,imo non reſpicit quales ante uixerimus, ſed quales circa finem uitæ erimus.Ille qui nos malos tolerat,non dubium eſt quin conuerſis clementer ignoſcat. Sed inter miſericordiam eius implorantes tales inueniuntur, quibus non meritò debeat denegare.Inter alia aũt quatuor genera hominũ poſſumus aſsignare,qui Dei miſericordiam poſsint impetrare,uidelicet Deum timentes,peccata ſua humiliter confitentes:de ſeipſis opera pœnitentiæ iuſtitiam faciẽtes:& miſericordiam proximis impendentes.Primi ſunt Deum timentes.Pſal.102.Qũo miſeretur pater filiorũ, miſertus eſt dominus timentibus ſe.Attende ꝙ pater filium errantem caſtigat & corripit.Pſal.88. Si iuſtitias meas prophanauerint,& mandata mea nõ cuſtodierint, uiſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberibus peccata eorũ:miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eo.Et Abacuch 3.Cũ iratus fueris, miſericordiæ memor eris.Bernar. O bone Ieſu,ſentio te iratum,ſpero te propitium,quia cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Cunctis eſt hoc dicere: Hic ure, hic ſeca ut miſericordia conſequatur.Pſ.102.Miſericordia domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper timentes eum.Sed tales qui ſic timent Deum non miſericordia eius indigni ſunt,ſed in futuro filium cum patre et ſpiritu ſancto uidebunt.Oſtẽdet ſemetipſum nobis filius ſicut pollicitus eſt nobis, nõ tantùm in forma ſerui,ſed etiam in forma Dei Oſtẽdet nobis patrem et filium,& ſpiritũ ſanctum,ſine quorum uiſione nobis non ſufficeret.Vnde Bernard. In ueritate didici nil ita efficax eſſe ad miſericordiam Dei inueniendam,retinendam,et recuperandam : quàm ſi omni tempore inueniaris non ſolùm alta ſapere, ſed timere. Secundi ſunt peccata ſua humiliter confitentes. Prouer. 28.Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur,ſ. ad dominum,ad quem dirigetur uerus confitens.Pſ.118.Confitebor

bor tibi in directione cordis. Quod fit quando pœnitēs illum ſolum attendit in confeſsione cui ſoli peccauit. Iob.31.Si abſcondi quaſi homo uulnus peccatum meū. Cum enim peccatū ſit ſicut uulnus: uulnus peccati oſtē dere coram medico,ſ.ſacerdote,ut dicit Grego. Si medicum expectas,oportet ut uulnus detegas. Vulnera enim clauſa plus cruciant, ſed dum putredo quæ intra latet eiicitur, dolor ad ſanandum aperitur. Vnde dominus Luc.15.Ite oſtendite uos ſacerdotibus. Vbi oſtendit ꝙ confeſsio debet eſſe accelerata,ibi,Ite:aperta,ibi, oſtendite:de peccatis propriis,ibi,uos:legitima,ibi, ſacerdotibus:Sequitur enim ibidem.Prouer.28. Qui autem con feſſus fuerit & reliquerit ea,ſ.peccata, miſericordiam cō ſequetur.Quantum autem miſericordia Dei ualeat pec catoribus cum confitentur,oſtendit Bern. dicens. O res confuſa,o res monſtruoſa, peccator deſperās de Dei mi ſericordia,cum omnia peccata originalia & uenialia & mortalia ab origine mūdi cōmiſſa ſint, quaſi una gutta aquæ contra pelagus totius maris.Ecce quantā meretur qui humiliter confitetur.Tertii ſunt de ſe per pœnitentiæ opera iuſtitiam facientes.Thob.13.Facite iuſtitiam coram domino,credentes ꝙ ipſe faciet uobiſcum miſeri cordiam ſuam.Qualis autem ſit iuſtitia quam facere debemus ut miſericordiam conſequamur, beatus Bernardus deſignat,dicens:Iuſtitia,eſt animi nobilitas unicuique tribuens propriam dignitatem: ſibimetipſi ſanctimoniam,ſuperiori reuerentiam,populo cōcordiam, inferiori diſciplinam,miſero compaſsionem, & inimicis patientiam.Et talibus ita iuſtitiam faciētibus dominus miſericordiam ſuam conſolabiliter oſtendet. Vnde Auguſt.Fœlix homo cui dominus miſericordiam ſuā oſtēdet,ipſe eſt qui ſuperbire non poteſt:quicquid enim ipſe habet ab illo habet qui eſt omne bonum noſtrum: & cū uiderit homo ꝙ quicquid boni habet, non à ſe habet, ſed à Deo ſuo,uidet quia totum quod in ipſo laudatur de Dei miſericordia eſt,non de meritis ſuis, & uidendo illa non ſuperbit,ſuperbiendo non extollit ſe, extollendo non cadit,non cadendo ſtat,ſtando inhæret,inhæren

do manet, perfruitur, & laudatur in domino Deo ſuo. Quomodo autem ueram iuſtitiam facere debeamus dicit Apoſtolus Roman. 6. Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immūditiæ & iniquitati: ita nunc ea exhibete ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quarti ſunt miſericordiam proximis impendentes. Eccl. 4. In iudicando eſto pupillis miſericors ut pater: & ſequitur: Et eris uelut filius altiſsimi obediens & miſerebitur tui. Gloſa iure uiciſsitudinis. Qualem.n.uis inuenire Deum, talem te inueniat proximus. 2. Reg. 2. dixit Dauid ad uiros Iabes: Benedicti uos à domino qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino meo Saul, & ſepeliſtis eum, & nunc quidem retribuet uobis dominus miſericordiam & ueritatem. Mat. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Ber. Beati illi qui in miſericordia ſubueniunt miſeris: quoniam ita rependetur eis, ut per miſericordiam Dei ab omni miſeria liberentur. Quibus autem ſpecialiter miſericordia debeat exhiberi B. Ambro. oſtendit, dicens: Grandis culpæ eſt ſi fidelis ægeat, & ei miſericordiam non exhibeas. Nam & iuſto miſericordia debetur. Vbi uero non manifeſtatur perſona, cognoſcitur tamen tempus urgens: largius ſe miſericordia perfundere debet. Itē Ambr. Eſt ēt probanda liberalitas ut ſi proximos ſanguinis tui egere uideas uel cognoſcas, illis tuipſe ſubuenias quibus plus eſt pudor depoſcere ſumptum ab alijs. Item nota ꝙ quatuor ſunt genera hominum, qui Dei miſericordia meritis ſuis exigentibus non ſunt digni, uidelicet luxurioſi carnis immunditia ſectātes, auari & cupidi in miſericordes apud proximos exiſtentes, ſuperbi & elati de malis ſuis ſe iactātes, duri & indeuoti pœnitere nolentes. Primi ſunt luxurioſi carnis immunditiam ſectantes. De quibus dicitur Iob 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens: Non me uidebit oculus & operiet uultum ſuum: & perfodit in tenebris domos ſicut in die condixerant ſibi: & ignorauerūt lucē, ſi ſubito apparuerit aurora arbitrātur umbram mortis. Et ſequitur: Ad nimium calorem tranſibit ab aquis niuium: & uſque ad inferos peccatum il-

lius, obliuiſcatur eius miſericordia, dulcedo illius uermes, & non ſit ſine recordatione. Et ꝙ de luxurioſo præ dicta intelligantur, innuitur ubi dicitur: Dulcedo illius uermes: poteſt enim uermis nomine carnis uocari, qui luxurioſo & cuilibet dedito carni dulcedo eſt. Et ſubdit gl. Ecce quam cęcus eſt qui uermẽ ornat. Vnde dicit Gre go. De luxuria cęcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſiue odium, affectus præſentis ſeculi, horror & deſperatio futuri ſeculi generatur. Secundi ſunt auari, cupidi, immiſericordes erga proximos exiſtentes. Attende, ꝙ de operibus miſericordiæ ſpecialiter mentio fiet in iudicio, quando dicet iudex: Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, &c. Et ideo Pſal. 111. Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio. Et dicitur auaro: iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiam. Quo modo immiſericordes ſint auari. Aug. de uerbis domini dicit: Inexplicabilis eſt ſola auaritia diuitum: ſemper rapit & nunquam ſatiatur: nec Deum timet, nec homines ueretur, nec matri percit, nec patrẽ agnoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſeruat, uiduam opprimit pupillorum res inuadit, liberos in ſeruitutem reuocat, teſtimonium falſum profert, res defuncti mortui occupat. Nonne ipſi qui hoc faciunt moriuntur: & ideo omnes auari qui hoc faciunt in die iudicij nullam miſericordiam conſequentur. Et ideo Pſal. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperem in die mala liberabit eum dominus. Qui enim miſericorditer miſeretur pauperis beatus erit. Prou. 22. Qui ſequitur miſericordiam, inueniet uitam, iuſtitiam, & gloriam. Bern. Verè beatus qui intelligit ſuper ægenum & pauperem, & non ſuper cupidum: ſed ſuper pauperem qui inuitè & uerecundè accipit: & accipiens glorificat patrẽ ſuum: qui in cœlis eſt. Tertij ſunt ſuperbi de malis ſuis ſe iactãtes quod peſſimum eſt. Sed exiguo & humili conceditur miſericordia. Sap. 6. Præ ſuperbia eorum eſt miſertus totam gentem & excellentem in peccatis ſuis. Et glo. ideſt non eſt miſertus: quia ſuperbiunt in peccatis ſuis & contemnũt

iudi-

iudicium Dei. Et meritò ſicut dicit Iſid. Sicut ſuperbia eſt origo omnium uitiorum: ita miſericordia eſt origo omnium uirtutum. Ipſa uerò in peccatis prima, ſed miſericordia poſtrema. Quarti ſunt duri & indeuoti de peccatis pœnitere nolentes, quod ſatis patet Ezec. 9. Vbi dicitur: Signa Tau, ſuper frontes uirorum gementium & dolentium, &c. Signum ſalutis poni præcipitur, ſ. quod habet ſimilitudinem crucis, & ſignificat pœnitentiam. De hac cruce dicit Aug. ꝙ uita Chriſtiani hominis ſi ſecundum Euangelium uiuit, crux & martyrium eſt. Qui autem hoc ſignum non habent ſine miſericordia puniri uidentur. Vnde ſicut ibi dicitur. Signa Tau ſuper frontes uirorum gementium & dolentiū, ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius, & ſequitur: Tranſite per ciuitates ſequentes eum & percutite: non parcat oculus ueſter neque miſereamini ſenem, & adoleſcentulum: uirginem ac mulierem, interficite uſque ad internecionem: omnem autem ſuper quem uideritis Tau non occidatis, & à ſanctuario meo incipite, ideſt à ſacerdotibus & electis meis qui ſeruitores domini eſſe debent, & qui ad cuſtodiam ſanctuarij ſunt deputati. Et ꝙ ſenem non excuſat ratio ſenectutis: nec adoleſcētem ratio ætatis. Si tamen peruenerit ad annos diſcretionis nec uirginem ratio integritatis nec mulierem ratio ſexus. Quia ſecundum Hiero. ibidem, per hoc datur intelligi, quod nullus peccatorum niſi in cruce & in ſignaculo Chriſti poteſt ſaluari, quia inquit. Omnes iſti pereūt, ſi abſque Chriſti ſignaculo ſe aliquid eſſe credunt.

De eodem. *Sanata eſt filia eius ex illa hora. Matt. 15. & Mar. 7.* Enarratio III.

SCiendum pro doctrina. Per hanc mulierem debemus intelligere peccatorem. Et meritò: quia initium peccati mulier. Eccl. 25. A muliere initium factum eſt peccati. Qui habet filiam unicam infirmam, ideſt animā languentem in peccatis: & uexatam à dæmonio, ideſt peccato. Et multis modis ſanatur infirmitas corporalis:

ſic & ſpiritualis. Primo ſanatur quis ſudore contritionis prauum humorem peccati expellentis. Nam uolens habere ſudorem corporalem primo tegit ſe lecto, ſecundo apponit ſe igni. Et ſic tu age ſpiritualiter ut poſsis habere ſudorem cõtritionis: tege te lecto mortis. Eccl. 41. c. O mors quam amara eſt memoria tua, & Eccl. 7. c. Memorare nouiſsima tua & in æternum non peccabis, qua ſi dicat dolebis cum uera contritione. Secundo appone te igni. i. recordare iudicij & æternæ damnationis in meditatione. Vnde Pſal. 38. In meditatione mea ardeſcit ignis. Ex quo cauſatur ſudor cõtritionis lachrymarum. Quid eſt lachryma contritionis, niſi quidam ſudor contritionis quo repellitur ægritudo mentis & ſanatur? Vnde Pſal. 146. Qui ſanat contritos corde, &c. Ex hoc ſudore lachrymarum ſanatus eſt Ezechias rex, 4. Reg. 20. Cui ægrotanti ad mortem nuntiatum eſt ꝙ diſponeret domui ſuæ, quia moreretur.; qui conuertit faciem ſuam ad parietem & fleuit amarè: ſed per Iſaiam miſſum à domino reuocata eſt nuntiatio dicens: Vidi lachrymã tuam & ſanaui te. Et ſpiritualiter per Ezechiã intelligitur quilibet peccator qui eſt rex operum ſuorum. Si infirmatur in peccato: debet ſe conuertere ad parietem, i. ad recordationem peccatorum quæ diuidũt peccatorem à Deo. ut paries uicinos ſegregat. Vnde Eſaiæ 59. Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos & Deum &c. Et poſtquam conuerterit ſe ad parietem, ideſt recordatur peccatorum ſuorum dẽt flere, & ſic ſanabitur. Et ſic ſanata eſt Maria Magdalena quæ uexabatur à ſeptem demonibus, ubi ꝑ lachrymas quibus lauit domini pedes ſanata eſt, Luc. 7. Secundo ſanatur quis corporaliter minutione ubi emittitur malus ſanguis. Et ſic ſi uis ſanari ſpiritualiter debes emittere in confeſsione malum ſanguinem, ideſt peccatum. Vnde Pſal. 50. Libera me de ſanguinibus. Gloſa, ideſt de peccatis. Vnde ſicut malus ſanguis corrumpit corpus: & ſic peccatum corrumpit animam. Vena autem per quam debet exire iſte ſanguis peccati eſt os pœnitentis. Prouer. 10. Vena uitæ eſt os iuſti. nã per os tanquam per uenam debet emitti ſanguis peccati. Sed heu

aliqui

aliqui emittunt bonum ſanguinem, & malum abſcondunt, hoc eſt ſe excuſant in confeſsione, ſicut phariſæus, Luc.18. Ieiuno bis in ſabbatho, &c. Nō ſum ſicut cæteri hominum. Tales non ſanantur: ſed debilitantur. Nam iſte deſcendit in domum ſuā iniuſtificatus. Sed alij qui nimis diu tardant cum minutione, & ſic diuerſas incurrunt infirmitates. Et ſic ſpiritualiter eſt cum confeſſione. Vnde Greg. Peccatū qđ per pœnitentiā non abluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Vnde cum infirmitas obticetur, tunc ſanitas protrahitur. Prouerb.28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: ſed qui confeſſus fuerit & reliquerit ea miſericordiam conſequetur, ut dicit Dauid Pſal.31. Iniuſtitiam meam non abſcondi, &c. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino &c. Tertio ſanatur quis per dietam ieiunij. Eccle.37. In multis eſcis erit infirmitas &c. Et qui abſtinens eſt adijciet uitam. Vnde regula medicinalis: Abſtinētia eſt opima medicina. Nam uolens expugnare caſtrum facit hoc per famem, & ſic tu. Caſtrum enim repletum cibarijs difficile expugnatur. Et ſic anima repleta peccatis difficile curatur. Eccl.37. Propter crapulam multi perierunt. Ad hoc ſonat illud prouerbium. Aſinus repletus cū pitichoream. 1. Corin. 10. Omnis qui in agone contēdit ab omnibus ſe abſtinet. Quarto ſanatur quis per inciſionem, ut in membris corruptis quæ alia inficiunt. Et ſic à prauo conſortio. Pſal.17. Cum ſancto ſanctus eris, &c. Figuratur. Marc.7. in ſurdo & muto qui eiectus de turbis ſanabatur. Et Matth.9. in filia principis cùm eiecta eſſet turba de domo, eam ſanauit. Prou.1. Prohibe pedē tuum à ſemitis impiorū. Quinto ſanatur quis per combuſtionem ferri, id eſt uerbi Dei Pſal. 118. Ignitum eloquium tuum uehementer, &c. Hiere. 33. Nunquid non uerba mea ſunt quaſi ignis ardens? Sap.16.cap. Non eſt herba neq; malagma, ſed ſermo tuus domine ſanat omnia. Prou.4. Filij auſculta ſermones meos &c. uita enim eſt inuenientibus ea &c. uniuerſæ carni ſanitas. Pſa.16. Miſit uerbum ſuum & ſanauit eos &c.

De Eodem. *Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Mat. 15.*

Enarratio IIII.

CLamor orationis optimus eſt nuntius ad aures Dei. Pſal. 17. Clamor meus in cōſpectu eius introiuit in aures eius. Voces ualentiores apud ſereniſſimas aures Dei faciunt non uerba noſtra, ſed deſideria. Sunt autē quatuor quæ faciunt hominē clamare, aqua, ignis, gladius, beſtia. Sic & nos clamare debemus propter aquam & tempeſtatem ſpiritualem, propter ignem æternalem, ꝑ gladium iudicialem, ꝑ beſtiam infernalem, ſ. diabolum. De primo Ionæ 1. Mare ibat & intumeſcebat ſuper eos, & clamauerunt ad Deū, & dixerūt: Quæſumus domine ne pereamus in aīa uiri iſtius &c. Quid eſt fluxus præſentis miſeriæ, niſi mare uel aqua, ubi tempeſtatibus tentationum & tribulationum anima periclitatur, imo peccando ſubmergitur. Ideo in orationibus ſic clamandum eſt quaſi homo iam ſubmergi timeret, ſicut de Petro dicitur Matth. 14. Cum cœpiſſet mergi clamauit dicens: Domine ſaluum me fac. Et Matth. 8. cap. Domine ſalua nos, perimus. Vſitatum dictum eſt: Qui neſcit orare, aſcendat mare. Et certè periculoſius mare eſt in quo anima, quàm in quo corpus ſubmergitur. Et ideo magis clamandum eſt. Pſal. 68. Veni in altitudinē maris: & tempeſtas dimerſit me, laboraui clamans raucè, fractæ ſunt fauces meæ. Vnde dicit Augu. Vt liberemur, clamemus ne fortè in præſſuris conſentiamus iniquitati, & irrecuperabiliter abſorbeamur. De ſecundo Ioelis 1. c. ad te domine clamabo: qa ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccēdit omnia ligna regionis. Specioſa deſerti, ideſt huius mundi ſunt nobilitas, potētia, gloria, iuuentus, pulchritudo & huiusmodi. O quot nobiles & potētes & guloſus & iuuenes & pulchras mulieres & uiros iam comedit ignis inferni per duo, uel tria, uel quatuor, uel quinque, uel ſex millia annorum. Et non ſolum tales, imò oīa ligna regionis, ideſt quoslibet alios peccatores. Deut. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore

rore meo,& ardebit uſq; ad inferni nouiſsima.Ideo clamandum eſt in oratione. Vnde uerſus apud Catonem: Tum tua res agitur,paries cum proximus ardet. Iam.n. ſi proximus paries,ſ.maritus,uel uxor,uel pater, uel mater,uel frater,uel ſoror,uel alius proximus tuus forte per annum,uel per quatuor,triginta,uel quadraginta arſit: nõne times,nonne clamas, & forte pro eiſdem bonis ardet pater tuus quæ tu habes,& pro eiſdem tu cum eo ardebis. Nonne clamas? Flãma uerò ſuccendẽs ligna eſt illa de qua Luc.16.Crucior in hac flamma. Clama miſer peccator & aquam lachrymarum fundas, ut ignẽ nõ ſolum gehennæ, ſed & culpæ tibi extinguas. Iſid. Dei ſeruiens quoties aliquo tangitur uitio toties ad orationem ſe ſulſit quia frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit.De tertio dicit Ezech.21.Iſte exacutus eſt gladius,& iſte limatus eſt,in manu interficiẽtis Chriſti.Clama & ulula fili hominis,&c.Iſte gladius eſt ſententia damnationis:quæ non ſolũ acutus,ſed exacutus eſt, ut per ipſum non ſolum corpus,ſed etiam anima ſferiatur:limatus & ſpendens eſt,ut ab omnibus uideatur. In manu interficientis eſt,ut promptus habeatur.Deut.32. Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea,reddã ultionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me,retribuã.Promptus enĩm eſt, nõ ſolum in iudicio,ſed etiã in morte peccatoris. Vnde omni hora timendus eſt.Ideo in oratione clamandum eſt, ac ſi iam gladio perſodi deberes. Hiere. 26. Vlulate paſtores & clamate & aſpergite uos cinere: quia completi ſunt dies, ut interficiamini.Clamate in cinere futuros uos cineres conſiderantes.Hoc etiam dicitur Ionæ 3.quod rex Niniue ſedit in cinere & homines & iumenta nihil guſtantes ſaccis operiebãtur,ut clamarent ad dominum in fortitudine.De quarto Pſal.56. Clamabo ad dominũ altiſſimum qui bene fecit mihi,&c. Et ſequitur ibidem: Et eripuit animam meam de medio catulorũ & leonũ,&c. O ſi te iam leo,uel urſus, uel lupus, uel ſerpens inuaderet quomodo clamares: quantò magis clamandum eſt, cõtra diabolum leone fortiorem.1.Pet.5. Tanquam leo

fugiens circuiuit, quærens quem deuoret. Neceſſarius autem eſt clamor orationis contra diabolū. Ideo Chryſ. Oratio iugis infirmitas eſt hoſtis: ipſe contra ſe tela miniſtrat qui hoſtem precum inſtantia non fatigat. Vnde & Thobias clamauit cùm eum inuaderet piſcis, id eſt diabolus, ut dicitur Thom. 6. Expaueſcens Thobias clamauit uoce magna, dicens: Domine inuadit me piſcis. Si clamat quem piſcis iſte inuadit, i. diabolus tentando: multò magis clament qui in uētre huius piſcis ſunt malè, ſcilicet uiuendo. Ionę 2. Clamaui ad deum de tribulatione mea, & exaudiuit me de uentre inferni: clamaui & exaudiſti uocem meam.

DE EODEM. *Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Matth. 15.* Enarratio V.

ECce mulier iſta multum clamando multos mouit ad intercedendum. Nos quoque orando multū clamabimus, ſi multitudinē impedimentorum, inimicorum, interceſſorū, neceſſariorum conſideramus. Clamare ergo debemus ut impedimenta deponamus: ut inimicos confundamus: ut interceſſores moueamus: ut neceſſaria obtineamus. De primo habetur Luc. 18. Qui pręibat increpabant eum ut tacerent, &c. Turbæ increpātes ſunt cogitationes & phantaſiæ orationes impedientes. Magis autem impedit clamorē orationes elongatio clamantis. Tantò autem homo ā Deo longius, quāto in uitiis profundius. Et ideo in perſona profundi peccatoris ait. Pſ. 58. Infixus ſum in limo, & nō eſt ſubſtantia: laboraui clamans, &c. Aug. debet unuſquiſque noſtrum uidere in quo profundo ſit de quo clamat ad dominum. Clamauit enim de profundo Ionas in uētre ceti. Melius eſt nunc pœnitendo clamare de profundo peccati ſalubriter. Pſal. 129. De profundis clamaui ad te domine &c. quām de profundo inferni inutiliter: ſicut diues in inferno ſepultus Lucę 16. clamans dixit, Pater Abrahā mitte Lazarū &c. De ſecundo dicitur. 1. Machab. 4. Ne timueritis multitudinē eorū ne fortè formidetis, uſque clamemus

mus in cœlum & miſerebitur noſtri dominus, &c. Et ualde clamandum eſt, propter tentationis impetũ & formidinem, & propter tentantium multitudinem. Non n. habes tot capillos in capite, quot anima inimicos. Vnde Pſal. Laboraui clamans raucè, &c. uſquequo multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis? Si enim legio dæmonum uexauit unum hominem corporaliter ſicut dicitur Lucæ 8. quid ergo erit animę quam plures perſequuntur? Clamore ergo orationis fugandi ſunt. Legitur enim Iudic. 7. quòd per tubas ſonantes & per fractas lagenas hoſtes fugabantur. In confractione lagenarum datur intelligi mortificatio corporũ. In tubis uerò orationes ſignificãtur. Tuba enim in uno fine flatum recipit, & in alio ſonum reddit ſic & orationis flatus ſit in mũdo: ſed ſonus auditur in cœlis. Greg. Magna uirtus orationis quę effuſa in terris in cœlo operatur. Sic ergo oratione & mortificatione confunditur diabolus. Mat. 17. Hoc genus non eiicitur niſi per orationem & ieiunium. De tertio dicitur quòd Chananęa tam diu clamauit donec apoſtolos interceſſores habuit. Hoc etiam figuratum eſt Heſter. 4. ubi dicitur quòd ſciindens Mardocheus ueſtimenta ſua indutus eſt ſacco ſpargens cinerẽ capiti: & in platea medię ciuitatis uoce magna clamauit: & hoc eiulatu uſque ad fores palatii uenit: ſic noſtra ueſtis ueteris cõſuetudinis debet ſcindi: & poſt hoc ſacco pœnitẽtię nos debemus indui, & cinere memorię mortis mẽte ſpargi. Eccl. 15. In medio eccleſię aperuit os eius, &c. uſque ad fores palatii cœleſtis regni. Tantũ debet clamare anima tua: ut angeli, uirgines, martyres, apoſtoli audiãt, & ẽt domino dicant: Dimitte eã quia clamat poſt nos. Et fortè ſecunda Heſter, ideſt Maria mouebitur ad intercedendũ ſi audit clamorem tuũ. Bernard. Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore tuo, non recedat à corde tuo: & ut impetres orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum. De quarto nota, quòd clamare debemus ſicut mendicus de ſubuentione, Pſal. 33. Iſte pauper clamauit ad dominum: & de omnibus tribulationibus ſaluauit eum.

Et

Et Pſal.9. Non eſt oblitus clamorem pauperum. Et ſicut infirmus pro ſanatione. Pſal.29. Domine Deus clamaui ad te & ſanaſti me. Sicut cæcus ꝑ illuminatione. Lu.19. Cæcus autem multo magis clamauit: Fili Dauid miſerere mei. Et ſicut demoniacus pro liberationes ſic hæc Chananæa clamauit. Et ſicut tribulatus pro conſolatione. Pſal.106. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſsitatibus eorum eripuit eos. Et ſicut moriturus pro euaſione. Dan.13. Exclamauit uoce magna Suſanna & dixit: Domine Deus æterne, &c. Clama ergo miſer peccator pro tantis neceſsitatibus ad Deum. Sed certè ſicut lingua ſerpentis ſybilare poteſt, clamare autem non poteſt: ita lingua uenenatæ orationis non clamor orantis, ſed ſybilus ſerpentis apud Deum. Hieron. Neſcio qua conſcientia ea lingua quis Deum rogat, qua mentitur aut maledicit aut detrahit. nam labia, ſcilicet ſancta tantum exaudit Deus.

DE EODEM.

De Epiſtola.

Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra. 1. *ad Theſſal.*4.

Enarratio VI.

CRudelis hoſtis capta ciuitate ui ipſam deſtruit & omnes munitiones ipſius ne amplius reſiſtere ualeat. Spiritualiter. Diabolus eſt crudeliſsimus hoſtis. nam ſi contra animam poteſt habere uictoriã ad illum intrans omnes uirtutes ſurripit & exterminat muros, i. ſenſus & cogitationes, ut bruta infernalia ingredi & egredi ualeant, & ibidem paſcantur. Figuratur. 4. Reg. 25. ubi legitur: Nabuzardan princeps exercitus Babilyonis ui obtenta Hieruſalem expoliauit templum, & abſtulit inde candelabrum luminis: altare aureum, menſam propoſitionis coronam faciei, uaſa templi, & uaſa incẽſi, & uaſa ſacrificij, & ueſtes ſacerdotales. Et poſtmodum omni ſpurcitia templum repleuit. Spiritualiter, ſic diabolus uincens animam intrat templum cordis: & primo extinguit candelabrum luminis, ideſt excæcat iudicium

cium rationis. Secundo ſubtrahit altare aureum, ideſt charitatem. Tertio menſam propoſitionis euertit: per quā uerba Dei & prędicationes deſignantur: quia uerbū Dei ſpiritualis cibus eſt animæ. Quarto remouet coronam faciei templi, i. aufert uerecundiā peccādi. Quinto deſtruit uaſa incēſi, i. deuotas orationes. Sexto uaſtat uaſa ſacrificii, i. peruertit cor & oculos, ne ibi uideatur lachrymarum contritio per quam Deo fit ſacrificium acceptum. Vltimo lacerat ueſtem ſacerdotalem, i. ueſtem innocentiæ per prauam uoluntatem. His igitur expoliatus homo qui prius erat templum Dei efficitur ſtabulū brutorum, ideſt dęmonum & omnium uitiorum. Vnde Aug. in ſoliloquiis; Ipſi, inquit, uidentes me ſine te deſpexerunt me: diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea quibus honoraueras me: fecerunt ſibi uiam per me, ſub pedibus ſuis conculcauerunt me: & polluerunt templū ſanctum tuum, ſcilicet per prauam uoluntatem. Cui reſiſtere debemus & implere uoluntatem Dei: de qua dicit thema. *Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra.* In ſumma epiſtolæ duo innuūtur. Primo docet nos tenere ueritatis uiam ibi, *Rogamus*. Secundo docet nos habere mentis munditiā. De primo dicitur: *Fratres rogamus & obſecramus uos*. Apoſtolus ſcripſit illam epiſtolam Theſſ. & Theſſalonica erat ciuitas metropolis in Macedonia quæ eſt quædam pars Græciæ. Et Apoſtolus multum laborauit cum ſociis ſuis ad conuerſionem eorum, ſ. cum Siluano, & Timotheo. Ideo hortatur ne falſos apoſtolos ſuſcipiant in domino Ieſu per amorem eius: *ut quemadmodum accepiſti a nobis*, ſ. uerbo & exemplo, *quomodo oporteat uos ambulare:* ſ. in uia morum & uiuere ſpiritualiter: *& placere Deo*, ſ. per bona opera. De quo dicit magiſter in glo. Ille Deo placet qui fidem rectam quā habet, executione uirtutum & perfectæ operationis decorat. *Sic & ambuletis & abundetis magis*, i. magis ac magis creſcatis in bonis operibus; quia ſecundum Greg. In uia Dei non progredi eſt regredi. Vnde B. Aug. dicit: Summa perfectio Chriſtianæ religionis eſt, ut quātuncunq; homo in hac uita ꝓficiat ſemper deficere ſe putet. Cuius cauſam aſsignat

Leo

Leo Papa, dicens: Nam qui æſtimat ſe ad hoc perueniſſe quod cupit, non quæſita reperit: ſed in acquiſitione deficit. Ex hoc patet error illorum qui dicunt, ꝙ homo in præſenti uita poteſt tantum culmen perfectionis attingere ꝙ amplius in gratia & charitate proficere non pōt. quod reprobatur in clementina de Hær. cap. ad noſtrum. Sed diceres; an progredi ſit homini neceſſariū ad ſalutem? Reſpondetur ꝙ non, quia tunc multi homines non ſaluarentur qui ſemper in uno ſtatu ſunt bonæ conſuetudinis: puta qui in eiſdem orationis & eleemoſynis uitam continuāt. Sed cōtinuus profectus neceſſarius eſt homini quantum ad deſiderium, non autem quantū ad opera exteriora. Quod ſic patet: Quilibet enim ī hac uita quātuncunq; ſanctus dicere debet cū propheta, Nunc cępi. Luc. 17. Si feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis, dicite ſerui inutiles ſumus. Grego. Hæc perfectorum ſumma eſt iuſtitia ut ſe nunquā perfectos credant, ne ibi diffidendi incidant in periculū, ubi proficiendi deponāt appetitum. Ideo abundetis magis, ſ. in deſiderio, non autem: oportet in operis exercitio ſubdit: *Scitis enim quæ præcepta dederim uobis.* Hugo. Si deficiāt uires ad opus, at tamen uoluntatem & affectum adhibeamus. In ſumma epiſtolæ duo innuuntur. Primo docet nos habere mētis munditiam, ibi: *Hæc eſt uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra.* Secundo prohibet tria uitia, ibi: *ut abſtineatis a fornicatione &c.* De primo dicit: *Hæc eſt uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra.* i. mundiria. Leui. 11. Sancti eſtote, i. mundi: quoniam ego ſanctus ſum Pſa. 100. Ambulans in uia immaculata hic mihi miniſtrabit. Quod aūt non uult immūdos in miniſterio ſuo habere, patet in Oza. 2. Reg. 6. qui cum tenere uellet arcam domini dum declinaret de curru cecidit & expirauit, dicunt iudęi quia ea nocte cum uxore ſua dormierat: Idcirco opus eſt habere conſcientiam mundam. Nam dicitur Eccl. 10 Sicut princeps populi, ſic etiam miniſtri eius. Sed princeps noſter candor eſt lucis æternæ, idcirco uoluntas eius requirit in nobis ſanctitatem. Nam anima noſtra eſt templum Dei: & niſi templum iſtud mundum ſit, dominus in eo non habitat,

 tat,

tat,1. ad Corin.3. Neſcitis quia templum Dei eſtis uos, & ſpiritusſanctus habitat in uobis: Si quis autem templum Dei uiolauerit,diſperdet illum dominus.Bern, Balſamus eſt gratia dei,ideo uas purum requirit. Sap.1.Nō habitat in corpore ſubdito peccatis . Sciendum tamē ꝙ conſcientiam noſtram mundare debemus tribus modis. Primo per uerbum Dei Ioan.15. Iam uos mundi eſtis ꝓpter ſermonem meum quem locutus ſum uobis.Et ideo ſacra ſcriptura ſignificatur per labrum,de quo Exod.38. quod habebat ſpecula exterius, in quibus qui intrabant in tabernaculum immunditiam ſuam uidere poterant, & intus aquam qua lauabantur: Ideo Ioan.17.Sanctifica eos in ueritate.Sermo tuus ueritas eſt.Sæpe.n. contingit ꝙ peccator audit unum uerbum in ſermone de quo tantam capit contritionem, ꝙ ſi haberet mille peccata mortalia dominus dimitteret ſibi omnia.Exemplum legitur:Paulus primus heremita uidit homines intrantes eccleſiam:inter quos uiditvnū nigrum & tenebroſum ſicut carbo, & dæmones ducebant eum cathenatū & uinctum gaudentes,& ſaltantes, & angeli ſequebantur triſtes & flentes.Cumq; daret ſe ad orationem, & fleret ꝓ eo quod uiderat:ſurgens ab oratione uidit eum clarū & pulchrum & ſolutum,& angelos circa eum lætantes, & dęmones remotos, confuſos & flentes. Et reuelatum eſt ei ab angelo ꝙ ille peccator uerbo Dei in eccleſia audito contritus eſt, & per conſequens mundatus ab omni peccato.Secundo mundatur per confeſsionem. Vnde 1. Ioan.1.Si cōfiteamur peccata noſtra fidelis eſt,& iuſtus ut remittat nobis ea:& emundet nos ab omni iniquitate,& ſic per cōfeſsionem peccati expellitur diabolus iuxta illud Luc.11. Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuū, in pace ſunt ea quæ poſsidet:ſi autem fortior eo ſuperueniens uicerit eum,uniuerſa arma eius auferet,&c.Quod figuratur.1.Macha.4.Iudas mundauit templum à gentibus inquinatum.Spiritualiter. Iudas confitens interpretatur. Nam ubi frequens confeſsio,ibi decor & pulchritudo.Tertio mūdatur per eleemoſynarum largitionem. Luc.11.Date eleemoſynā, & omnia munda uobis erūt.

Et

Et Aug. Miſericordiæ medicina tollit peccata maxima. Exemplum in Petro Telonario, require in vitis patrum. Item ſciendum præter hanc uoluntatem adhuc multiplex eſt uoluntas Dei. Prima eſt, ut à peccato conuertamur. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus, non ſed magis ut conuertatur & uiuat: quaſi diceret: Nolo mortem peccatoris, ſed uolo magis ut conuertatur & uiuat. Aug. Erubeſcat humana pigritia, plus uult ille miſereri quàm nos à miſeria liberari. Ergo Deus peccata hominum diſsimulat propter pœnitentiam. Quia uoluntas eſt, ut peccator cõuertatur & uiuat, & ideo expectat. Vnde Greg. Quiſq; uiuit & delinquit, idcirco miſeratio diuina eũ tolerat ut ab iniquitate ſe compeſcat. Vnde Bern. Miſeratio tua domine quo poterit explicari ſermone, q̃ benignus, q̃ liberalis: q̃ gratuitus fuerit, ego peccabã & tu diſsimulabas: ego à ſcelcribus non continebam, & tu à uerberibus continebas: ego prolongaui multo tempore iniquitatem, & tu domine prolongabas tuam pietatem. Secunda uoluntas Dei eſt, ut in bono proficiamus. Vnde Aug. dicit: Sũma perfectio Chriſtianæ religionis eſt, ut quãtum homo in hac proficiat: intãtum ſe deficere putare debeat. Et ratio huius eſt: quia ſtatus præſentis uitæ eſt, quæ clam uia qua ad patrem pergimus: ut dicit Greg. ſed uia nũquam perficitur niſi adepto termino. Hinc eſt ꝙ totus terminus p̄ſentis uitæ debet eſſe in proficiendo & non deficiendo. Ad quod hortamur, 1. Pet. 2. Sic eſt uoluntas dei ut bene facientes ſitis, i. ut bona opera faciatis. Illa. n. duo ſibi inuicem concomitari debent, ſ. ut malum relinquamus & bonum faciamus. Vnde Pſ. 36. Declina à malo, & fac bonum. Et Eſa. 1. Quieſcite peruerſe agere, & diſcite benefacere. Quia non ſufficit ad uitam æternam ut malum relinquamus, niſi etiam bonũ faciamus, ut patet de ſeruo inutili. Matt. 25. cui dictum eſt: Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, &c. Tertia uoluntas Dei eſt ut miſericordes ſimus. Matt. 9. Miſericordiã uolo & non ſacrificium. Prouer. 31. Facere miſericordiã & iudicium magis placet Deo q̃ ſacrificium. Et ſi homo nõ haberet

in eleemoſynarum largitione ſufficeret in proximorum compaſsione,ut Iob:cum omnia ſua perdiderat, & non haberet unde pauperibus ſubueniret,compatiebatur eis & flebat Iob.30.Flebam quondam ſuper eo,qui afflictus erat,& compatiebatur anima mea pauperi. Ideo commendauit eum dominus dicens Iob.1: Nunquid conſiderasti ſeruũ meum Iob,ꝙ non ſit ei ſimilis in terra.Greg. Plus eſt compaſsio ꝙ̃ datum.Nunquam.n.qui uerè compatitur,quod neceſſarium eſt proximo negat. Qui.n.de corde compatitur pauperi de ſeipſo dat non de ſuis bonis.Greg.Exteriora largiens rem extra ſeipſum præbet: qui autem fletum ex compaſsione præbet proximo ſuo, aliquid de ſeipſo dat.Quarta uoluntas Dei eſt ut in bonis operibus perſeueremus. Ioan. 16. Hæc eſt uoluntas eius qui miſit me patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Sola perſeuerantia facit ut homo nõ tardat.Vnde Matth.10.Qui perſeuerauerit uſq; in finẽ hic ſaluus erit.Iſido.Tunc placent Deo opera noſtra.quando bonum quod inchoamus fine perſeuerãti implemus. Item ſciendum qui impleuerit iſtas uoluntates domini multas recipiet utilitates. Prima utilitas, quia amicus Dei efficitur. Seneca:Idem uelle idem nolle, uera amicitia eſt.Secunda in ſuis orationibus exauditur. Ioan.9. Si quis Dei cultor eſt & uoluntatem eius facit,hũc deus exaudit.Sicut patet in apoſtolis & alijs ſanctis. Ideo 2. Machab.1.Det uobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis eius uoluntatem.Et ſtatim ſequitur: Exaudiet orationes ueſtras & reconcilietur uobis: nec uos deſeret in tempore malo. Si ergo fecerimus eius uoluntatem nos ad eum cõuertendo: ipſe exaudiet noſtras orationes culpã remittendo ſicut patet in filio ꝓdigo.Luc.15. qui reuerſus ad patrem rogauit ut reciperet eũ in filium. Ideo 1.Ioan.5.Quodcunq; petieritis ſecundum eius uoluntatẽ exaudiet uos.Et Greg.Quid mirum ſi poſtulantes tardè exaudimur,qui præcipiẽtem dominũ audimus tardè aut nullo modo.Tertia utilitas,in pace eius conformatur.Luc.2.cap.In terra pax hominibus bone uoluntatis. Nam qui nõ conformat uoluntatem ſuã uoluntati dei: pacem

pacem perfectam non habet. Iob. 9. Quis reſtitit ei & pacē habuit? quaſi diceret, nullus. Sed qui omnia uult quæ Deus uult, pacem habere pōt. Sicut. n. Deus omnia quęcunq; uoluit fecit: ſic quaſi omnia fiunt quæ talis uult: ut legitur in exemplo ſecundùm quod quidam reſpondit quibuſdam admirantibus de fertilitate agrorū & uinearum ſuarum: Non mirum, inquit, cum ſemper habeā tale tempus quale uolo. Et cum mirarentur ſuper eius reſponſione & quærerent uirum, utrum haberet alterius modi tempus, ꝙ alij homines, reſpondit: Nunquam uolo tempus aliud eſſe niſi quale deus uult: & tale neceſſariū eſt. Quarta eſt remuneratio ad ſuam uoluntatem. Dicit. n. Deus ſeruientibus ſibi: Si ſeruieris mihi ad meam uoluntatem, remunerabo tibi ad tuam uoluntatem. Matth. 7. c. Non oīs qui dicit mihi domine, domine, &c. ſed qui facit uoluntatem patris mei, &c. Pſ. 72. Tenuiſti manum dexteram meā & in uoluntate tua deduxiſti me: & cum gloria ſuſcepiſti me. Ille uerò qui uult facere uoluntatē ſuam ſibiipſi ſeruire uidetur. Non ergo à deo mercedem requirit, ſed à ſe ipſo. Vnde Oſeæ 10. Confuſio Effraim capiet: & confundetur Iſrael in uolūtate ſua. Dixi ſecundo prohibet tria uitia. Primo luxuriam, dicens: *Abſtineatis uos à fornicatione.* Quod pōt intelligi de carnali uel ſpirituali fornicatione. Fornicatio ſpiritualis eſt omne peccatum mortale. Aug. Omnis anima aut eſt Chriſti ſponſa aut diaboli adultera: uę animæ quæ ſponſum legitimum & ſpecioſum forma præ filijs hominum nobiliſsimum & ditiſsimum reliquit pro adultero leproſo uiliſſimo, turpiſsimo & pauperrimo diabolo. Sed fornicationem carnalem etiam prohibet: cum ſubdit: *Vnuſquiſq; cuſtodiat uas ſuum poſſidere in ſanctificatione.* i. in macerationem, ita ꝙ non laſciuiat. Pro quo ſciendum, duobus modis homo maculatur luxuriæ uitio. Primo circa uſum illiciti ſicut eſt in fornicatione. Secundo circa immoderatum uel inordinatū uſum liciti, ſicut eſt in propria uxore. Et idcirco primo prohibet fornicationem cum dicit: *Vt abſtineatis uos a fornicatione.* Fornicatio eſt omnis uſus carnalis cōmixtionis præter legitimum cōcubitum. Vnde

de fornicari eſt foras nidū cadere. Nidus coniugatorum eſt matrimonium, à quo mox ut cadit homo, deuoratur à diabolo. Vnde Prou. 27. Sicut auis tranſgrediens de nido ſuo: ſic uir qui reliquit locum ſuum. Vitanda aūt eſt fornicatio ꝑꝑ tria. Primo ꝑꝑ lucrum diaboli. Secundo propter contemptum Dei. Tertio ꝑꝑ immunditiam ſui. In nullo peccato tantum lucratur diabolus & pro tā uili foro, ſicut in illo qui hic binos & binos deuorat. Prou. 6. Pretium ſcorti uix unius eſt panis: quia fatua mulier illo pretio dat corpus fornicatori: et animam diabolo, cui non daret ſotulares ſuos dudum ruptos, nec ſolum animam ſuam tradit diabolo, ſed etiam illius miſeri q cōmiſcetur ei. Vnde ſequitur ulterius in textu iam allegato: Mulier autem uiri pretioſam animam capit. Item in nullo peccato contemnitur Deus tantum, et pro tam uili re. Quia miſer homo delectationem turpium et uiliū membrorū præponit delicijs Paradiſi. Vnde Eccl. 21. Audiuit luxurioſus uerbum et diſplicebat ei, et proiecit illud poſt dorſum ſuum. Et dominus Ezec. 23. Proieciſti me poſt corpus tuum. Item in nullo peccato ſordidatur tantum homo & tam turpi ſorde ſicut in fornicatione: quia non ſolum animam maculat, ſed & corpus contaminat. Vnde 1. Cor. 6. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Vbi dicit glo. In fornicationis opere ſic totus homo abſorbetur à carne, ut iam dici nō poſſit ipſe carnalis: ſed ſimul totus homo dicitur caro. Item ꝑpter pœnam inflictam. Innoc. in lib. de utilitate humanę conditionis: Luxuria omnē ætatē corrumpit, omnē ſenſum confundit, omnē ordinē ſoluit. Vnde fornicatio dicitur quaſi formæ necatio. Quia ſicut leproſus eijcitur à ciuitate, & poſt mortē tugurium eius cōburitur igne: ſic luxurioſus eijcitur ab electorum conſortio, & corpus & anima æterno traduntur incendio: nam ſicut hic arſit in culpa: ita ibi ſemper ardebit in pęna. Fornicatores. n. magis ardebūt, ſicut patet 2. Pet. 2. Nouit dominus pios de tentatione eripere: iniquos uerò in die iudicij cruciādos reſeruare. Magis autem eos qui poſt carnem concu-

piſcentia immunditiæ ambulant. Propter hoc Iſid. ait: Omnibus peccatis fornicatio maior eſt, fornicatio uniuerſa accendit mala: unde melius eſt mori quàm fornicari. Secundo prohibet immunditiã in propria uxore, cum dicit: *Et ſciat unuſquiſq; uas ſuum*. i. uxorem ſuã poſsidere: quia mulier dẽt eſſe ſubiecta uiro: nõ econuerſo. Vnde dominus Gen. 3. uiri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Et aſsignantur quinq; rõnes illius ſubiectionis ante peccatum: tres autem poſt peccatum. Prima ratio ante peccatũ eſt, quia creata eſt poſt uirũ: aut quia uia uir præcipuus eſt, quia primus. Secunda, quia ꝑ uirum creata eſt. Tertia quia de uiro. De his habetur. 1. Cor. 11. Quarta quia adducta ad uirum non econuerſo. Quinta quia impoſuit ei nomẽ. Tres rationes poſt peccatũ ſunt quia molliter locuta eſt cum ſerpente, quia primo comedit de pomo uetito & porrexit ipſum uiro: ſeducta eſt. n. & ſeduxit. Ideo in ſignũ ſeductionis & ſubiectionis mulier uelamen debet habere ſuper caput ſuum. 1. Cor. 11. Qualiter autem uir uxorem debeat poſsidere oſtendit cùm dicit: In ſanctificationẽ abſtinendo ab ea pro loco & tẽpore ſicut Apoſtolus docet. 1. Cor. 7. Nolite fraudare inuicem niſi forte ex cõſenſu ad tp̃s, ut vacetis orationi, &c. Vnde Aug. Fruſtra ueneratur Laurentium in craticula, q̃ uoluptatur in carnis laſciuia. Fruſtra ueneratur feſtum Petri & Andreæ in cruce qui amplexus exercet in uoluptate. Vnde Vrias ait, 2. Reg. 11. Arca Dei habitat in papilione & ſerui dei mei manent ſuper faciem terræ: & ego ingrediar in domum meam, ut comedam & bibam & dormiam cũ uxore mea. Ideo ſubdit, *Et honore*, ſ. mundo ſecundũ illud qđ natura docet: nihil fœdũ in uxore, ſ. inordinatas delectationes quęrere, pręter cõem mũdũ quẽ ordinauit natura. Vnde 1. Pet. 3. Viri ſimiliter cohabitãtes ſecundũ ſcientiã quaſi infirmiori uaſculo muliebri impatientes honorem, tanquam cohęredibus gratię uitæ, ut non impediantur orationes ueſtræ. Item nota ꝙ actus coniugalis multis fit de cauſis. Aliquando fit cauſa prolis procreandæ ad cultum Dei: & ſic eſt meritorius. Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia non

habet

habet culpam. Secundo fit cauſa uitandæ fornicationis in proximo:harum una cauſa reſpicit ſeipſum:altera ꝓximum. De primo 1. ad Cor. 7. Vxori uir debitum reddat ſimiliter autem & uxor uiro. Aug. Redde debitum, & ꝓ ſanctificatione perfecta Deus tibi computabit. Si autem fit cauſa uitandæ fornicationis in ſeipſo: tunc non eſt meritorium boni, ſeduitatio mali. Veniale autem eſt ꝓpter bonum nuptiale. Alio modo fit cauſa ſaturandæ libidinis: & ſic tunc eſt mortale. Vnde Philoſophus: Omnis uehemens amator proprię uxoris adulter eſt. Hiero. In matrimonio opera liberorum conceſſa ſunt: uoluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiuntur in uxore damnantur. Et hoc prohibet Apoſtolus, dicens: *Non in paſſione deſiderij ſicut & gentes quæ ignorant Deum*. Tob. 6. Hi qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut Deum à ſua mente excutiant, & ſuæ libidini ita uacent ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmon ſuper eos. Tunc prohibet auaritiam, dicens: *Et ne quis ſupergrediatur proximum*, ſ. conculcando & affligẽdo ipſum ſicut milites, qui homines ſuis grauibus exactionibus opprimunt & affligunt, ſicut ſæpe fit ꝙ quicquid pauper per laborem & ſudorem acquiſiuit, per annum ipſi nobiles in una ueſte uel in uno palefreto expẽdant, uel in uno prandio immoderatè conſumant: ſiue canibus & auibus ſuis diſtribuant. Ezech. 19. Factus eſt leo & didicit capere prædam & homines deuorare: habent etiam leonculos ſuos, ſcilicet miniſtrales & baliuos, qui ad modum ſanguiſugæ ſanguinẽ pauperum ſugunt, & in ſinum dominorum euomunt. Mich. 7. Princípes poſtulat & iudex in iudicando eſt. Contra hos etiam clamat dominus Eſa. 3. Quare atteritis populum meum & facies pauperum commolitis, quia propter oppreſsionem pauperum tædebat uiuere ſapientem, qui ait Eccle. 4. Verti me ad alia quæ ſub ſole geruntur, & uidi calumnias & lachrymas innocentium & conſolatorem neminem: ne poſſe reſiſtere eorum uiolentiæ cunctorũ auxilio deſtitutos: & laudaui magis mortuos quàm uiuentes, &c. A talibus nec eleemoſynã debemus accipere. Vnde

de Hiero.ait ſuper Eſai.1.Principes tui ſocij furum, &c. Nos quoq; cauere debemus, ne ab illis accipiamus munera,qui de lachrymis pauperum congregant ſibi diuitias.Tunc prohibet doloſam fraudem quæ ſpecies furti eſt, dicens : *Neque circumueniat in negotio fratrem ſuum*, ſicut mercatores & artifices, qui in ſtateris,ponderibus & mēſuris,& mēdacijs iniquis,per mendacia & iniurias multos homines decipiunt:cùm tamen dominus præcepit Leui.19.Statera iuſta & æqua ſit pondera : iuſtus ſit modius,ęquuſq; ſextarius.Item mentiūtur quando aſſerunt rem uilē uel corruptam eſſe pretioſam & bonā : & exercent pro magna parte quicquid doli ut fraudis pōt excogitari.Contra quos ait Eſai.5.c.Væ qui dicitis malum bonum:& bonum malum:ſicut uenditores ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: ſicut illi qui tenebroſa loca eligunt, in quibus uendunt pannos ut defectus minimè appareāt.Ideo meritò tanquā filii tenebrarum proijcientur in tenebras exteriores,ponentes amarum in dulce & dulce in amarū,ſicut caupones. Ne iſta leuia uideantur,ſubdit: *Quoniam uindex eſt dominus*. Ad Rom. 12. Mihi uindictam & ego retribuam.Et Pſal.74. Cum accepero tps,ego iuſtitias iudicabo. Eccl.5. Deus .n.uindicans uindicabit. Bern. Quid faciet de iniuſtitijs ex quo ipſas iuſtitias iudicabit. Luc.6. Eadem menſura qua menſi fueritis remetietur uobis. Baſi.Qua menſura unuſquiſq; peccat aut bene agit, præmiū habebit.Deut. 25.Secundum menſuram delicti, erit plagarum modus. Apoc.18.Quantum glorificauit ſe & in delitiis fuit,tantum date illi tormentum & luctum. Sed heu quidam illud non timent.Eccl.8. Quia non profertur contra malos cito ſententia,abſq; ullo timore filii hominum perpetrant mala.Eccl.5. Ne dixeris peccaui & quid mihi accidit triſte:deus enim patiens eſt redditor.Deut.32.Mea eſt ultio & ego retribuam in tēpore.Sed quia nō profertur cito contra malo ſententia non timetur. Contra qđ Aug.Lento gradu diuina proiecit firmitas, ſed tarditatem compenſat continuitas. Subdit in textu, dicens : *Non uocauit nos deus in immunditiam:ſed in ſanctificationem.*

Eccc

Ecce cauſa diſponens ad uirtutes eſt munditia cordis. Prou.21. Qui diligit cordis mũditiam, habebit amicum regem. Philoſo.4.de animalibus: Vas uenenaticũ ſi ꝓiicitur in aquam piſces non intrant: ſi autẽ mundum fuerit, intrant. Spiritualiter, & ſic uirtutes. Exod.7. Piſces mortui in flumine ſanguinis, ideſt peccati. Pſal. Libera me de ſanguinibus, ideſt peccatis, &c.

DE EODEM, *O mors quàm amara eſt memoria tua. ſcribitur Eccl.41.* Enarratio 7. extraordinaria.

HVgo in didaſcalicon lib.4. dicit, ꝙ candela cineribus applicata & intincta citius & facilius inflãmatur. Spiritualiter. Per candelam intelligitur mens humana cineri amaritudinis immerſa, talis melius inflãmatur & accẽditur in charitate diuina. De quo Greg. loquitur ſic dicens: Si ſollicitat in bono opere, qui ſemper cogitat de extremo fine. Nam ſicut cineres ſunt amari ſaporis, ratione cuius perturbant guſtantem: ſicut & memoria mortis contriſtat hominem, de quo thema: *O mors quam amara eſt memoria tua, &c.* Pro quo ſciendum, quadruplex eſt mors. Prima mors naturæ, ſecũda culpæ, tertia gloriæ, quarta gehennæ. Et cuiuslibet mortis memoria eſt amara. Prima eſt mors naturæ, ſ. qua priuatur homo uita naturali. De qua ad Heb.9. Statutum eſt omnibus hominibus mori. Et hæc eſt amara tribus de cauſis. Primo quia ineuitabilis.2.Reg.14. Omnes morimur & quaſi animi quæ dilabimur. Nam ſicut in aqua non uidetur ueſtigium nauis trãſeuntis: ſic nec hominis hodie mortui & heri uiuentis. Nam contra hanc mortem iuuat fortitudo: nec nobilitas, nec diuitiæ, nec ſcientię. Non fortitudo.1.Reg.2. Non in fortitudine ſua roborabitur uir. Nõ nobilitas Pſal. Quæ utilitas ſanguine meo dum deſcendero in corruptionem? Non diuitiæ. Pſ. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis. Non ſcientiæ. Eccl.2. Moritur doctus pariter & indoctus. Et cognouit Dauid, dicẽs: Quis eſt homo qui uiuet & non uidebit mortem?

quaſi diceret, nullus. Eccl.41. Omnia quæ de terra ſunt in terram reuertentur. Ideo hortamur, Eccl.14. Ante obitum tuum operare iuſtitiam. Secundo hæc mors naturæ eſt amara: quia nihil deportabimus. Iob 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris, nudus reuertar illuc. Et Bernar. Mundus inexorabilem ſibi conſtituit ianitorem quia nihil ſinit deportari. 1. ad Timot.6. Nihil intulimus in hūc mundum, nec aliquid deportabimus. Tertio eſt amara, quia uelox. Eccl.14. Memor eſto quoniam mors non tardat. Reuera, quia quotidie appropinquat. Aug. Vita noſtra nihil aliud eſt niſi curſus ad mortem. Et Luc.3. Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, ideſt ad uitā hominis. Nam omni hora & die deponitur quædam particula, ideo ſtultum eſt ſperare in lōgitudinem dierum: ſicut fecit diues, de quo Luc. 12. cui dictum eſt: Stultè hac nocte morieris, &c. Ecce promiſit ſibi annos plurimos, & non habuit noctem plenam, ſic & nos. Greg. Qui pœnitenti ueniam ſpopondit, diem craſtinum non promiſit. Quarto eſt amara, quia dubia. Primo quo ad tempus. Matth.25. neſcitis diem neq; horam. Secundo eſt dubia quo ad ſtatum. Eccl.9. Neſcit homo finem ſuū. Tertio eſt dubia quo ad locum Bern. Certum eſt, ꝙ moriemur, incertum autem vbi, quomodo & quando: nā mors ubiq; te expectat: ſi prudens es ubiq; expecta eam. Ideo Eccl.11. Si homo multis annis uixerit meminiſſe debet tenebroſis tēporis. i. mortis in qua occidet lux gratię. Secunda eſt mors culpæ, ſ. quādo homo facit peccatū mortale. De qua Pſal. Parauit in eo uaſa mortis, ſcilicet per peccatum. Et hoc dupliciter. Primo conſentiendo. Matthe.5. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt, ſcilicet in peruerſa uoluntate. Nam ſicut bona uoluntas remuneratur: ſic & mala punitur. Grego. Non eſt uacua manus à munere quando arca cordis eſt plena bona uoluntate: & ſic econtra: Nō eſt uacua manus à pœna, ubi eſt uoluntas mala. Nam cogitatio mala ſine conſenſu eſt uenialis. Vnde Aug. Non ſentit qui nō cōſentit. Secundo moritur homo peccatū perpetrando. Iacob. 1. peccatum cum conſumatum fuerit

gene-

generat mortem, ſcilicet culpæ. Et hæc mors eſt amara. Nam ſicut mortuus eſt frigidus: & ſic peccator in mortali ſine igne diuini amoris eſt. Etiam ſicut mortuus non comedit nec bibit: & ſic peccator in mortali non fit particeps bonorum. Eccleſ. 9. Qui in uno offendit perdit multa bona. Item ſicut mortuus fœtet, & ſic peccatores. Pſal. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis. Tertia eſt mors gloriæ, ſcilicet ubi homo moritur mundo & peccato & uiuit Chriſto. ad Coloſſ. 3. Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram. Non dicit membra ueſtra quæ ſunt ſub terra ut in morte, nam tunc non ſunt apta ad mortificationem, ſed ad putrefactionem. Non quæ ſunt in terra, ut in ſenectute, ſed quæ ſunt ſuper terram, .i. iuuentute: tunc membra ſunt apta ad mortificandum ne uitia in eis regnent, ad Rom. 6. Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentijs eius. Et ſic peccata ſunt mortificanda. Et tunc uiuificant merita. ad Ro. 8. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et ad Coloſ. 3. Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt in Chriſto. Nam ſicut mortuus priuatur ſenſibus, ſic & boni abſtinent ſenſus innoxios. Et hoc docuit Iſid. Mori oportet in carne mundo, ne moriamur in aĩa Chriſto. Hæc mors eſt amara ipſis mundanis. Matth. 7. Arcta eſt uia quæ ducit ad uitam, &c. Dulcis uerò bonis & electis. Pſ. Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Quarta eſt mors gehennæ, de qua Ezec. 24. Non plangés neque plorabis, neq; fluent lachrymæ tuę: ingemiſce tacens, luctum mortuorum non facies. Rom. quia ibi non eſt ſpes redemptionis. Iob 7. Qui deſcendit ad inferos nõ aſcendet neq; reuertetur ultra in domum ſuam: nec eum cognoſcet amplius locus eius. Aug. Mors æterna eſt, quæ nullo fine clauditur: nulla accedit conſolatio: nulla recedit deſperatio. Et Ioan. Luet omnia quæ fecit, nec tamẽ conſumetur, quia ibi erit mors ſine morte, æternitas ſine fine. Tali morte mortuus eſt diues. Luc. 16. & ſepultus eſt in inferno: ut ferrum à fabro in igne. Et hæc eſt amara, imò amariſsima. Pſ. Mors peccatorum

rum peſsima.Et horum mortuorum hodie non fit mentio nec memoria.Aug.Si ſcirem patrem meum uel matrem in inferno,nollem plus orare ꝙ pro diabolo ꝓ eis. ſed primorum mortuorum qui tãtum mortui ſunt morte naturę ſit memoria. De quibus 2.Machab. 12. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſoluantur.

FERIA II.

Quæretis me, & in peccato ueſtro moriemini. *Ioan.* 8.

Enarratio. 1.

Videmus ꝙ capti multa patiuntur detrimenta. Primo famem,ſecundo triſtantur frequenter,tertio nõ habent requiem,& ſi habent dominum gratioſum, ille liberat eos. Spiritualiter, & ſic animæ fideles ſunt captæ purgatorio.Primo patiuntur famem,ſ. bonorum operum.Pſal.58.Famem patientur ut canes. Nam nihil habent niſi quod eis præſtamus: quia ſunt extra ſtatum promerendi. Secundo triſtantur & cum triſtitia capiunt cibum,i.opera:quia nõ exeunt niſi ſatisfaciant.Pſa. 79. Cibabis nos pane lachrymarum.Tertio requiem non habẽt,ergo clamant ad fideles amicos. Et ſic facit eccleſia in officio miſſæ.Redime me & miſerere mei,&c.Et ĩ collecta. Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut familia quæ affligendo ab alimentis abſtinet: ſectãdo iuſtitiam mens à culpa ieiunet.Et figuratur in epiſtola Daniel.9. qui orauit:Domine Deus qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu forti:peccauimus domine,iniquitatem fecimus in omnem iuſtitiam tuam, auertatur obſecro ira tua,&c.& exaudi Deus noſter orationẽ ſerui tui & præces eius,&c.Et quia uidemus ſi uinctus habet gratioſum dominum exaudiet eum,ſi non mittit eũ mori in uinculis.Et ſic fecit Ieſus iudæi dicens: *Quæretis me,& in peccatis ueſtris moriemini.* In ſumma euangelij quatuor innuuntur. Primo uilis delicti caſtigatio ibi: *Ego uado & quæretis me.* Secundo ſubtilis peccatis meditatio,ibi: *Si enim non crediderit is.* Tertio fidelis dicti demonſtratio,

monſtratio,ibi: *Dixit eis Ieſus*. Principium qui & loquor uobis. Quarto utilis fidei modificatio,ibi: *Cùm exaltaue ris*. De primo dicit, In illo tempore.ſ. cùm fuerat Ieſus in templo in Hieruſalem,& ait: *Ego ſum lux mundi*. Tũc ſcribę dixerunt: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes,teſtimonium tuum non eſt uerum. Et reſpondit Ieſus: In lege ueſtra ſcriptum eſt: Duorum hominum teſtimonium eſt uerum. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhi bet de me qui miſit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater tuus? Reſpondit: Neq; me ſcietis, neq; patrem meum ſcitis. Si me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis*. Tunc inter cæte ra ait: *Ego uado ad patrem*. ſ.per paſsionem. Prænuntiat mortem ſuam eſſe uoluntariam:quia per ſe uadit nõ ab alio ductus.Ioan.10.Nemo tollet à me animam meam. Nam dicitur Ioan.7.Quærebant eum iudęi apprehende re,& nemo miſit in illum manus: quia nõdum uenit ho ra eius.Ideo bene dicit: *Ego uado*, quaſi diceret: Fruſtra me perſequimini, ego enim elegi tempus quando pro humani generis ſalute mori debeam: & quæretis me. ſ. perſequendo in membris, & non ex amore,ſed ex odio. *Et in peccato ueſtro moriemini*. i. ſi perſeuerabitis uſq; ad mortem in ipſo moriemini. Nota ſecundum quod ſunt diuerſi homines,ſic & diuerſimodè ſeu diuerſis tempori bus quæritur Ieſus.Primo aliqui quærunt eum manè,& ſic inuenitur faciliter. Et ſic iſtæ mulieres in die Paſchę. Marc.ult.Et ualde manè una ſabbathorum,&c. Et ſic tu in iuuentute.Prou.8.Qui manè uigilauerit ad me,inueniet me.Secundo aliqui quęrunt eum ueſperi,& inuenitur difficulter,ſicut dicitur Luc.24. de duobus diſcipulis euntibus in Emaus,qui dixerunt:Manè nobiſcũ domine,quoniam adueſperaſcit. Et tamen dominus durè reprehendit eos.Et ſic aliqui in ſenectute.Pſal.21. Aruit tanquam teſta uirtus mea,quia obſtinati raro confitentur,Ideo ſequitur:Et lingua mea adhęſit faucibus meis. Et ſic quandoq; moriuntur ſine confesſione, ex quo ſequitur.Et in puluerem mortis deduxiſti me. Tertio aliqui quærunt eum ſero, & eſt dubitabile an inuenitur, Ioan.20.Cùm eſſet ſero,&c.Ieſus uenit,& tamen dubita

uerunt,

uerunt, quia ſpiritum eſſe crediderunt. Et ſic aliqui in morte uolunt eum quærere. Vnde Aug. Pœnitentia ſera raro uera. Si uis agere pœnitentiam quando peccare nō potes, tunc peccata te dimittunt: & tu non ea, tene certū, & dimitte incertum. Quarto aliqui in nocte, & ſic milites, cuſtodientes ſepulchrū quærētes in nocte non inuenerunt. Et ſic aliqui in peccato noctis non inueniunt. Cant. 3. In lectulo meo quæſiui per noctem, & nō inueni. Reuera non inueni miſeratorem poſt mortem: quia ſic eſt in mundo, non ut glorificatorē; quia ſic eſt in cœlo; ſed ut iuſtitiæ exactorem. Iſa. 52. Quærite dominum dum inueniri pōt, &c. Ergo ſubdit: *In peccatis ueſtris moriemini.* Nota quidam moriuntur pro peccatis, & ſic tantum unus eſt mortuus: ſ. Chriſtus. 1. Pet. 2. Chriſtus mortuus eſt ꝑ peccatis noſtris: iuſtis ꝑ iniuſtis. Et hęc mors eſt amara. Thr. 1. O uos oēs qui tranſitis per uiam, &c. Et Sap. 1. Morte turpiſsima condemnemus eum. Aliqui uero moriuntur peccato, & ſic tantum boni. 1. Pet. 2. Peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus. Aliqui propter peccatū, & ſic nos omnes Rom. 5. Per peccatum intrauit mors in mundum. Aliqui in peccato & ſic iudæi, de quibus hic in textu dicitur. Moriemini in peccatis ueſtris. Eccl. 41. O mors quam amara eſt memoria tua. Tūc ſubdit: *Quo ego uado uos non poteſtis uenire*: quia iam mortui erant in peccatis & in ſtatu damnationis: ideo ad gloriam patris ad quam iuit Saluator per mortem, nunquam uenire poterant. Remig. Non poterant uenire, quia noluerunt in eum credere, nec eum diligere: illa eſt enim uia ad eum. Sciendum multipliciter impediuntur aliqui à deo, quod non poſſunt uenire quo Chriſtus uadit. Primi ſunt ignorantes uiam. Pſal. Non eſt timor Dei ante oculos eorū: uiam pacis non cognouerunt. Et hæc eſt uia pęnitentię, per quam peruenitur ad pacem ęternitatis. De qua Exo. 5. Ibimus uiam trium dierum in ſolitudine. Tres dies ſunt tres partes pœnitentię: ſine quibus nemo perueniet ad Chriſtum. Lu. 13. Niſi pœnitentiam egeritis oēs ſimul perhibitis. Secundi ratione contrarietatis, & ſic impediuntur peccatores. Et de hoc loquitur. Pſal. Non habi-

habitabit in medio domus tuæ qui facit ſuperbiam, ſed ſolum qui peccato caret & eſt innocens. Pſal. Domine quis habitabit ĩ tabernaculo tuo? Innocẽs manibus, &c. Tertii ratione imperfectionis uel indiſpoſitionis. Hoc modo impediuntur iuſti quàm diu ſunt in corpore. 2. ad Cor. 5. Quandiu ſumus in corpore peregrinamur à domino. Talibus enim dicit dominus ſimpliciter. Quo ego uado uos non &c. ſed addit determinationem temporis. Ioan. 13. Quo ego uado non poteſtis me modò ſequi. Sequitur malus iudæorum intellectus circa prædicta. *Dicebant ergo iudæi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quo ego uado uos non poteſtis uenire.* Quæ quidẽ opinio ſecundũ Aug. ſtulta eſt: nã poterant ſeipſos interficere, & uenire ad mortem. Non ergo mors erat terminus quo iturus erat, ſed uia qua ibat ad patrem. Vnde nõ dixit, ꝙ non poſſent ire ad mortem, ſed per mortem non poterant ire ad locum quo Chriſtus exaltabitur per mortem ad dexteram patris. Vel ſecundum Orige. iudæi habuerunt ex Iſa. 53. ꝙ Chriſtus eſſet uoluntariè moriturus. Dicit enim ibi pro eo qui tradidit animam ſuam in mortem. Et ideo ex hoc habuerunt aliquam ſuſpitionem quòd Ieſus Chriſtus eſſet. Ex hoc ergo quod dixit: Quo ego uado, introduxerunt hanc opinionem ꝙ ipſe ſemetipſum uoluntariè morti traderet. Contumelioſè tamen hæc proferunt dicentes: *Nunquid interficiet, &c.* Aliàs dixiſſent: Nunquid anima cùm ipſi placuerit egredietur relicto corpore, quod nos non poſſumus facere. Sequitur iam illud quod eis dominus ad hoc reſpondit conuincendo eos ꝙ uerba ſua non intelligebant. *Vos deorſum eſtis, ego de ſuperius ſum: uos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo.* Non ergo eſt mirum ꝙ maiores ueſtri falſum habuerunt intellectum, quia de mundo fuerunt & animales: animalis autẽ homo non ſapit ea quæ Dei ſunt. Augu. Si non credideritis quia ego ſum Chriſtus, quia ego ſum filius Dei, non credetis quia ego ſum uerbum patris, quia ego ſum conditor mundi, quia ego ſum hominis creator, hominis & redpẽtor. Niſi hæc omnia credideritis moriemini in peccatis. Ideo iudæi dicebant

bant Chriſto: *Tu quis es?* quaſi dicerent ironicè, ut ſciamus te & non moriamur in peccato. Sciendum ꝙ litera illa intelligi poteſt de Chriſto filio Dei & de Chriſto homine. Nam Chriſtus ſecundum ꝙ filius Dei eſt, eſt de ſuperius. Ioan. 16. Exiui à patre, & ueni in mundum. Et ſimiliter non eſt de hoc mundo ſenſibili qui conſentit in rebus ſenſibilibus quia præcedit mundum, ſicut cauſa effectum. Io. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, & mundus per ipſum factus eſt. Si autem homo Chriſtus eſt de ſuperius ꝓꝓ uirtutem firmatiuam quæ fuit uirtus ſpiritus ſancti, quantum ad animã, corpus eius bene eſt pars uniuerſi. Et ſic eſt de mundo quantum ad ſubſtantiam: non tamen quantum ad peccati deordinationem, quæ deordinatio nomine mundi in ſacra ſcriptura ſæpius intelligitur. Vnde nullum habuit affectum ad hunc mundum, & ad hæc mundana, ſed ad ſuperiora ubi iã eius animus conuerſabatur. ad Phil. 3. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Matt. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, &c. Iudæi uerò ſic erant de mundo, quia habuerunt affectũm ad terrena. Vnde ergo concludit: *Dixi ergo uobis quia moriemini in peccatis ueſtris.* Circa quod ſciendum, ꝙ unumquodq; in ſuo genere de inferioribus ſi ſibi relinquãtur naturalia deorſum tendit, ſicut omnia grauia, & nihil naturaliter tendit ſurſum niſi quod à ſuperioribus habet originẽ: ſicut ignis & huiuſmodi leuia. Sicut ergo eſt in rebus corporalibus, ſic in ſpiritualibus, quod innuitur Ioan. 3. De cœlo deſcendit, ſecundum hoc ſenſus literæ ille eſt: Hæc eſt cauſa quare non poteſtis uenire quo ego uado: quia cum ſi ſis deorſum quantum in uobis eſt, non poteſtis aſcendere, & ideo dixi, quia moriemini in peccatis ueſtris ſupra dixit in peccato ueſtro ſingulariter, quia principale peccatum eorum fuit perſecutio Chriſti et membrorũ eius. Sed adhuc ſequebantur multa alia peccata. ꝓꝓ hoc replicauit in plurali, dicens: *In peccatis ueſtris moriemini.* Dixi ſecundo tangitur ſubtilis peccati medicatio, cùm ſubdit: *Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccatꝓ ueſtro*, q. d. Nati eſtis in peccato originali à quo non poteſtis abſolui, niſi per fidem meram: quia niſi credideritis,

deritis, quia ego ſum. moriemini in peccato. Et ſic reme dium quo peccatum eorum curari potuit fuit, fides. Dixit, autem Chriſtus notanter: quia ego ſum, & non dixit, quia ego ſum Chriſtus, uel filius Dei, uel quem prophetæ prædixerunt: ut oſtenderet ſe eſſe illum qui olim Moyſi dixerat: Ego ſum qui ſum. Eodem enim uerbo eſſentiæ uſus eſt loquens ad iudęos, dicẽs: Quia ego ſum, quaſi diceret: Ego qui tunc ueni per angelum, ut mitterem Moyſen ad populum meum: ego ipſe per meipſum ueni ad liberandum genus humanum. Illi autem in ſtultitia ſua perſeuerãtes, & ſubtilitatem uerborum non intelligentes, dixerunt quod ſequitur, *Tu quis es?* ſ. ut credamus. Quod cognoſcens quondam. Sapiens aiebat: pauper locutus eſt, & dicunt eis: Tu quis es? Eãdem queſtionem fecerunt olim Scribæ & Phariſæi Ioanni Baptiſtæ. Ioã. 5. Dixit tertio oſtenditur fidelis dicti demõſtratio, cùm ſubditur: *Dixit autem Ieſus, principium qui & loquor uobis.* Fidele quippe dictum fuit ꝙ remedium contra peccatum perſecutionis fuerit fides. Et ad hoc ſunt rationes inducentes. Prima eſt naturę ſubtilitas, quæ innuitur cũ dicitur, Principium &c.: Vbi ſciendum ꝙ pater dicitur principium filii per generationem. Ioan. 1. In principio erat uerbum, &c. Filius autem dicitur principium cum patre: ſpiritus ſanctus per inſpirationem. Et tres perſonæ ſimul ſunt principium creaturę per creationem. Pſa. In principio, i. filio tu domine. ſ. pater terram fundaſti. Similiter & filius dicitur principiũ reſpectu totius creaturæ. Nam hoc ꝙ eſt per eſſentiam tale eſt principium & cauſa eorum quæ ſunt per partipationem. Ipſe autem eſt per eſſentiam, omnes uerò creaturæ per participationem. Igitur eſt omnium creaturarum principum. Pſal. Tecum principium, ideſt filius. Sed quia Chriſtus non habet in ſe diuinam naturam ſolum, ſed etiam humanã: ideo addidit, *qui & loquor uobis*, q. dicat, Ego ſum deus ꝑ uos factus homo: ad hoc deſcẽdi ut uobis loqui poſſem per ſuſceptam formam ſerui. Hebr. 1. Multipariè multiſq; modis olim loquens Deus patribus in prophetis, nouiſſimè autem diebus illis loquens nobis in pro-

prio filio,&c.Ioan.1. Vnigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit.Secunda ratio inducens ad credendum eum eſſe Chriſtum,eſt iudiciaria poteſtas.De qua ſequitur: *Multa habeo uobis loqui & iudicare:* quia ego habeo autoritatem uos iudicandi . Sed ſciendum ꝙ aliud eſt loqui uobis,aliud loqui de uobis. Loqui uobis eſt loqui ad utilitatem ueſtram. Sic loquitur nobis Chriſtus dum uiuimus prædicando,inſpirando & huiuſmodi. Loqui de uobis eſt non ad ueſtram utilitatem,ſed ad iuſtitiam oſtendendam, & hoc modo loquitur in iudicio futuro : & ſic accipitur hic: *Multa habeo adhuc uobis loqui.* Sed quod dicitur Ioan.3. Nō enim miſit Deus filium ſuum in mundum ut iudicet: intelligitur de iudicio in primo ſuo aduentu. Ratio tertia inducens eſt ueritas æterna, de qua modo ſubditur: Sed qui miſit me uerax eſt ; & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo, q.d. ſecundum Chryſo. Dico ꝙ habeo de uobis iudicare: ſed hoc differo, non ex potentia,ſed ex obedientia uoluntatis paternæ. Nam qui miſit me uerax eſt. Vnde cùm promiſit mittere ſaluatorem & propugnatorem , miſit me nunc ad ſaluandum. Ergo quia non loquor niſi quæ audiui ab eo: ideo loquor uobis ſalutaria. Vel ſic. *Qui miſit me uerax eſt.* Ego autē loquor conſona ei: ideo loquor uera. Ideo debetis mihi credere. Veritatē enim dico uobis, quia filius ſum ueritatis. Sciendum etiā quòd audire eum à patre, nihil aliud eſt quàm ipſum eſſe à patre: quia ab illo habet audientiam à quo habet eſſentiam. Et attendendum ꝙ omnem gloriam dat Deo patri unicus filius, ut nos clam inſtruat exemplo ſuo: quia ſi ipſe qui eſt coæternus filius omnem gloriam dat ei à quo eſt, multò magis nos Deū glorificare in operibus debemus cùm ſerui eius ſimus . *Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum* : hoc addit Euangeliſta ut oſtendat cæcitatem eorum: nondum habebant oculos cordis apertos, quibus & filii æqualitatem intelligerent , quia carnales erant . Veruntamen multi Iudæorum in morte eius crediderunt uidentes miracula quæ fiebant, ut habetur Luc.23. Similiter ad prædicationē apoſtolorum poſt mortem eius . Dixi quarto

tangi-

tangitur utilis fidei modificatio, cùm ſequitur: *Cùm exaltaueritis filium hominis, tum cognoſcetis quia ego ſum:* Vbi ſciendum modus ſiue modificatio qua peruenitur ad fidem quæ remedium dictum eſt contra peccatum perſecutionis, dicitur forè filii hominis exaltatio, ſiue crucifixio, quæ per iudęos cruci crudeliter aſsiſtentes facta eſt. Et tunc multi de iudęis crediderunt eum Chriſtum eſſe: non ſolùm ꝑ gloriā reſurrectionis ſuæ, ſed ẽt ſecundum Chryſ. ꝑ pœnā captiuitatis & deſtructionis iudęorū. Vel ut dictū eſt multi iudęorū uidētes ſigna in paſsione domini facta ꝑfectè crediderunt. Iuxta illud Io. 12. Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipſum. Ideo ſecundū Aug. Crucis cōmemorat paſsionē, ut det ſpem peccatoribus, ut. ſ. nemo deſperet in quocunq; etiā ſcelere & malo ſit conſtitutus: ex quo ipſi crucifigentes Chriſtum per ſanguinem eius liberantur à peccatis. Et à me facio nihil: ſicut me docuit pater ita loquor, &c. In duobus aſsignat originem ſuam à patre. Primo in his quæ facit, ideo, dicit: A me facio nihil. Ioan. 5. Non poteſt filius à ſe facere quicquam: ab illo enim ſibi eſt operatio, à quo ſibi eſt generatio. Secundo in his quæ dicit .ſ. ſicut docuit. i. tradidit mihi ſcientiam generando me ſciente, quia cum ſit ſimplex natura ueritatis, hoc eſt filio eſſe ꝙ noſſe. Ioan. 17. Mea doctrina nō eſt mea, quaſi dicat, ſicut eſſe non habeo à me, ſed à patre: ſic etiam doctrinam ſiue ſcientiam. Et ne intelligatur ꝙ ſit miſſus à patre quaſi ab eo diſtinctus: ideo addit docendo eius inſeparabilitatem à patre. Et qui miſit me. ſ. ſecundum humanitatem, mecum eſt. ſ. ſecundum diuinitatem, & non relinquit me ſolum. Simul enim ſunt inſeparati pater & filius. Primo per eſſentiæ unitatem. Io. 9. Ego in patre, & pater in me eſt. Secundo per amoris coniunctionē Io. Pater diligit filium, &c. Et licet ſic ſint ſimul, tamen ſolus filius miſſus eſt: hoc eſt, ſolus incarnatus eſt, ſicut ſolus paſſus eſt. Miſsio. n. eius īcarnatio eſt, ad Gal. 4. At ubi uenit plenitudo tēporis miſit Deus filiū ſuum, &c. Et ut aliquo utar exemplo perpende. Sicut aliqua arbor radium Solis in ſe ſuſcipiēs ferro inciditur: cum tamen

radius

radius ſolis, nec incidi poſsit, nec ab arbore ſeparari: ita Deus pater & ipſa in Chriſto diuinitas pati non potuit, ſed ſola Chriſti humanitas paſsibilis fuit: quamuis pater miſit filium, tamen non receſsit à filio, nec è conuerſo. Ideo ſequitur: *Et non relinquit me ſolum: quia quæ placita ſunt ei facio ſemper.* Per hoc tamen ꝙ ea quæ patri placita fuerunt fecit, non ponitur pro cauſa meritoria: ſed pro ſigno. Signum autem ꝙ pater eſt cum filio, eſt illud ꝙ filius facit quæ patri placent. Ideo bene dicitur Prou. 8. Cum eo eram cuncta componens. Hęc illo loquente multi crediderunt in eum. Ecce effectus doctrinæ Chriſti quæ eſt conuerſio multorum ad fidem. Ideo fides tantum exauditur: auditus tantùm per uerbum Dei. Meliores fuerunt hi multis modernis Chriſtianis qui nequaquam auditis de Chriſto prædicationibus credere curãt. Iō damnabũtur, quia qui nō crediderit cōdẽnabitur, &c.

FERIA III.

Vnus eſt enim magiſter ueſter, Chriſtus. Mar.12. Luc.20. Matt.23. Enarratio I.

Conſuetudo & proprietas boni ſcholaris eſt, ut quærat magiſtrum illuminatum & ut ſit ei obediens. Spiritualiter, & ſic nos habemus magiſtrum Chriſtum. Coll.2. Omnes theſauri, &c. Verè illuminatus, ergo introitus quærit talem cum cantat: Tibi dixit cor meum exquiſiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Pſal. Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo, &c. Ergo in timore tene mandata eius. Et hoc petit in collecta: Perfici quæſumus domine in nobis benignus conſeruantiæ ſubſidium: ut qui te autore facienda cognouimus te operante impleamus: Et hoc fecit Helias, ut patet in epiſtola: qui fuit obediens uadens ad mulierem Sareptanam. Similiter & mulier quæ habuit modicum farinę & modicũ olei ęquè benè ꝓꝑ obedientiã Dei diuiſit Heliæ, & nō fuit diminuta farina, nec oleum. 3. Reg. 17. Ecce quàm pius magiſter qui diſcipulos ſuos non ſinit pati defectum, de quo thema. *Vnus eſt enim*

enim magiſter ueſter Chriſtus.

In ſumma Euangelii duo innuuntur. Primo ponit exceſſum prælatorum. Secundo ſubdit informationē ſubditorum ibi: *Vos autem nolite uocari rabbi, &c.* De primo dicitur, In illo tempore. ſ. cùm Chriſtus interrogauit iudæos de Chriſto cuius filius ſit: ipſi non potentes reſpōdere: & ſic refutati, ait diſcipulis ſuis & turbis quomodo prælati excederent in tribus. Primo ꝙ ſubditos uerbis & exemplis non inſtruunt. Secundo quòd ſubditis fortia onera imponunt, & ſibi leuia. Tertio ꝙ de poteſtate ſibi collàta ſuperbiunt. De primo: *ſuper cathedram Moyſi.* Glo. i. doctrinā quā Moyſes docuit. *Sederunt ſcribæ & phariſæi,* quaſi in magno honore, ſed nō in opere. Chry. Videte quomodo ſedeatis: quia non cathedra facit ſacerdotem: ſed ſacerdos cathedram: nō locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Subdit: *Omnia quæcunque dixerint uobis,* i. ad utilitatē ueſtram: *ſeruate,* ſ. corde: & facite, ſ. opere. *ſecundum uero opera eorum nolite facere.* Bern. Multi multa ſciunt, ſeipſos neſciunt, alios docent, & ſeipſos negligunt. Gl. interlinearis: Doctrinam ſerua, uitā eorum uita, quia opera eorū mala. Chryſ. ſuper Mat. ponit tria exempla. Primū, terra fert aurum pretioſum; quæ tamen uilis & calcatur pedibus: & aurum eligitur, terra relinquitur. Et ſic uos doctrinam recipite, mores relinquite, & non contemnite ꝓꝑ immundam eorum uitam. Et uerbum Dei dicitur aurū, quia incorruptibile, & ſic uerba Dei ſeruant hominem à putrefactione peccati. Pſ. In corde meo abſcondi eloquia tua ut non peccem tibi. Secundum exemplum Herba amara multoties fert florem delectabilem: & apis dimittit herbam & colligit florē. Sic licet prælatus amarus in rancore: tamen florē uerbi dei proponit: quia ſicut flos producit fructum; & ſic uerbum Dei. Iac. 1. Voluntariè nos genuit uerbo ueritatis. Tertium exemplum. Roſa de ſpina oritur, & ſic prælatus, licet ſit auarus. Luc. 8. Diuitiæ ſpinæ ſunt: tamen roſam uerbi dei ſerua. Et uerbum dei dicitur roſa ratione dulcis odoris: Pſal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine, &c. Quartò ſicut margarita pretio

a inuenitur in conciliis marinis,&c. & ſic uerbum dei. Matt.7. Nolite margaritas proiicere, &c. ergo uerbum Dei non eſt ſpernendum à malo ſacerdote. Quintũ exẽplum, ſicut unus non ſpernit nuntium domini, licet ueniat ſciſsis ueſtimentis, quia non accipit eum propter ſe, ſed ꝑ dominum:& ſic tu malum ſacerdotẽ qui miſſus eſt a Deo.ad Rom.10. Q̃uo prædicabunt niſi mittantur,& portent memoriam de? Pſ.67. Dominus dat uerbũ euangelizantibus uirtute multa. Ezec.3. Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Iſrael attrita fronte eſt,& duro corde. Ergo ſunt audiendi. Subdit rationem: *Dicunt & non faciunt*, i. non concordat uerbis doctrinæ uita eorum. Chryſ. Pacem aliis dãt & ipſimet non habent. Fidem prædicant, & infideliter agunt. Veritatem laudant,& mendacia diligunt. Auaritiam caſtigant, cupiditatem exercent. Similes ſunt manibus in uia, campanis in eccleſia, fabris arcæ Noe. Conſideremus prædicatores, doctores, magiſtros ſacerdotes, religioſos, iudices, iuratos ciues. imò omnes chriſticolas: uerum non uerificetur de iis hoc: *dicunt & non faciunt* Pſal.11. Quoniam defecit ſanctus, diminutæ ſunt ueritates à filiis hominũ: uana locuti ſunt unuſquiſque ad proximũ ſuum, labia doloſa in corde, ſ. cùm os aliud loquitur, cor aliud machinatur. ad Rom.2. In quo alterũ iudicas, teipſum condemnas. Sicut candela aliis lucens ſeipſum conſumens: ſic prælati alios uerbo Chriſti uiuificant & ſeipſos mortificant. Alios ſaluãt, ſeipſos damnant, ſicut dicitur Chriſto Mat.27. irriſoriè: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non põt ſaluum facere & docere. Vnde Aug. Benè docere & male agere, eſt lingua propria ſe condemnare. In quibus impletur illud Gen.27. Vox quidem Iacob.i. ſupplantatoris, manus, i. opera Eſau, ideſt ueritatis. Ergo uerus prælatus uerbo & opere debet docere. Act.1. Cœpit Ieſus facere. Vnde dum uox uitæ non diſcordat, dulcis eſt ſymphonia, ſ. prædicatoris. Et Matt. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus erit in regno cœlorum. Sed heu plures ſic dicunt contra docentes. Tamẽ hoc delictum committit prælatus noſter, nõ eſt hoc aduer-

uertendum: ſed in propria uirtute uel conſcientia confidēdum eſt: quia de prælatis dicitur ad Rom. 2. Qui ergo alium doces teipſum nō doces. Qui prædicas non furandum, furaris: non mœchandū, mœcharis, &c. exiſtimas ꝙ fugias iudicium Dei, quaſi dicat nullo modo, quia quantò gradus altior, tanto caſus profundior. Secundus exceſſus erat ꝙ ſubditis fortia onera imponunt & ſibi leuia. Ideo ſubdit: *Alligant hominibus onera grauia & importabilia,* ſcilicet onera legis, de quibus Act. 15. dixit Petrus: ut quid uultis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus: ut fuerunt onera decimarum. Vnde Matth. 23. Væ uobis ſcribę & phariſæi, qui decimatis mentam, &c. & relinquitis quæ grauiora ſunt, legis iudicium & miſericordiam & fidem. Et hoc fecerunt ut allicerent ad dandum decimas. Iſti figurantur per Roboan. 3. Reg. 12. Pater meus cecidit uos flagellis, ego autem cędam uos ſcorpionibus quod tamen non debet fieri. Tribus enim de cauſis ſecūdum Chryſoſt. pœnitentia grauis non eſt imponenda. Primo propter maius periculum quia ſępe talis homo pœnitentiam ſibi datam proiicit, & tanquā deſperatus ad peccatum redit, ut patet in exemplo: Si faſcem ſuper adoleſcentem poſueris importabilem: aut proiiciat aut ſuccumbit. Secūda ratio. Chryſoſt. propter uitandum dei iudicium. Nam melius eſt reddere rationem de miſericordia quàm de crudelitate. Iacob. 2. Iudicium ſine miſericordia fit illi qui nō facit miſericordiā. Ergo miſericors confeſſor poteſt dicere illud Pſal. 39. Non abſcōdi miſericordiam tuam a concilio multo. Tu autem domine ne longè facias miſericordias tuas a me, Ac ſi diceret: Sicut fecialis, ſic fac & mihi. Tertia propter liberalem dominum, ſecundum Chryſoſt. Vbi enim paterfamilias largus eſt diſpenſator: non debet eſſe auarus miniſter. Ideo Chryſoſt. Circa uitam tuam eſto auſterus: circa aliorum benignus. Audiāt te homines parua mandantem & grauia facientem. Ad Gal. 6. Fratres ſi homo occupatus fuerit in aliquo delicto uos qui eſtis ſpirituales, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Et

O 2 ſub-

ſubdit: Alter alterius onera portare,&c. & ſic adimplebitis legem Chriſti. Vnde uerſus,

Confeſſor mitis, affabilis, atque benignus,
Sit ſapiens, iuſtus, ſit dulcis, compatienſque:
Vt non ipſe ſuum,commiſſaque crimina prodat.

Debet nãq; eſſe Samaritanus,de quo Luc.10.Vnde uerſ.

Infundat oleum mulcens uinumque, flagella.
Nunc uirgam patris: nunc porrigat ubera matris.

Exemplo patris, qui occurrit filio prodigo. Luc.15. Tertius exceſſus erat quod de poteſtate ſuperbierant & de opere.Ideo ſubdit: *Omnia opera faciunt ut uideantur ab hominibus*,i.gloriam hominum quærunt. *Dilatant autem phylateria ſua*,i.chartas decalogi.Ideo Hiero.dicit: Phylaterium dicitur à phylaſſęi, i. ſeruare, & therón quod eſt lex,quaſi conſeruatoria legis, quia ſcribebant decalogum in magis ſcedulis fronti impoſitis,ut prę cæteris religioſiores apparerent,malè interpretãtes illud Deut. 6.Ligabis ea quaſi ſignum in manibus tuis, & erũt ſemper ante oculos tuos, cum ſpiritualiter manus ſit operatio & oculi ſint ipſa meditatio:*Et magnificant fimbrias.* Licet enim omnes iudæi in quatuor angelis palliorum portabant iuxta præceptum Moyſi. Num.15. Deut. 22. phariſæi tamen ferebant grandes fimbrias & ſpinas ligabant in eis quæ eos eundo uel ſedendo pungerent, ut ſic recolerent beneficia Dei,& hoc totum faiebãt ad oſtentationem. Sicut adhuc aliqui gerẽtes habitum uilem ad hominum laudem. De quibus Matth. 7. Attendite à falſis prophetis qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.Nam dicitur Eccle. 19.Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo.Tũc ſubdit de eorum ſuperbia cordis. *Amant enim primos recubitus in cœnis*: ut ſic principaliores uideãtur: *& primas cathedras in ſinagogis & ſalutationes in foro.* Nam homines tripliciter conueniunt, uel ad tractandũ carnalia ſicut in cœnis: uel ſpiritualia ſicut in ſynagogis: uel etiam temporalia ſicut in foro. Et omnibus his uolebant phariſęi principatum habere,& gloriam in publico quærebant ſibi exhiberi. Ideo ſubdit: *Et uocari ab ho-*

hominibus rabbi. Chryſoſtomus: Vocari uolunt non eſſe: nomen appetunt & officium negligunt. Nam deſiderare ſcientiam & actum docendi non eſt malum, ſed meritorium, ſed deſiderare nomen tantum, hoc eſt malum & ſuperbiæ peccatum. Si tantum deſideretur nomen & autoritas magiſterij, & ad hoc ꝙ ſcientia iam habita aliquis poſsit melius uti, non eſt malum, ſed eſt bonum: quia bonus doctor debet inquirere illa quæ faciunt efficatiam ſuæ doctrinæ. Dixi ſecundo ſubdit informationem ſubditorum dicens: *Vos autem nolite uocari rabbi*, id eſt nolite appetere ſcientiam ratione uanæ laudis. Iacobi 3. Nolite plures magiſtri fieri, ideſt nolite uobis aſcribere uel alijs attribuere authoritatem ſcientiæ: quia homines docent miniſterio: Deus autem infundit lumen ſapientię. Ideo ſequitur: *Vnus eſt enim magiſter*, ſ. autoritate, ſ. qui illuminat hominem interius: quod alius non poteſt. Pſal. 70. Deus docuiſti me a iuuentute mea, &c. Vnde Chryſ. Si autem homo hominem erudiret, omnes homines diſcerent, quia doctores habent: nunc autem quia non homo docet ſed Deus, ideo multi docētur, ſed pauci diſcunt. Hæc ille. *Omnes enim fratres eſtis*. Vbi diſſuadet appetitū laudis ratione poteſtatis. Nullus enim debet ſibi uſurpare poteſtatem ſuper alium niſi uocatus tanquam Aaron: quia omnes æquales ſumus fratres ab uno, ſ. Deo facti: & ab uno, ſ. Adam geniti: ad unam hęreditatem uocati, ſ. regnum cœlorum. *Et patrem nolite uocare ſuper terram. Vnus eſt enim pater ueſter qui in cœlis eſt.* q. d. Autoritatem generandi, ſiue carnaliter, ſiue ſpiritualiter, nolite alicui terreno patri aſcribere: ſed Deo. Malach. 2. Nunquid non eſt unus pater omnium noſtrorum? Vnde Chryſo. ſuper Matth. In mundo enim quamuis homo hominem generat, tamen unus eſt pater qui omnes creauit. Non enim initium uitæ hominis ex parentibus: ſed tranſitum uitæ per eos accepimus. Hæc ille. *Nec uocem magiſtri: quia magiſter ueſter unus eſt Chriſtus.* Sed diceres, ex quo opera trinitatis ſunt indiuiſa, ut dicit Aug. de trinitate lib. 1. Et Chriſtus dixit Matth. 10. Non uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loqui-

tur in uobis. Cur magiſterium hic ſpecialiter attribuitur Chriſto, & non patri uel ſpiritui ſancto? Reſpondetur, quia Chriſtus eſt Dei uirtus & ſapientia. 1. Corin. 1. Item in Chriſto theſauris ſunt omnes ſapientiæ & ſcientię. Coloſ. 2. Item Chriſtus eſt fons ſapientię & uerbum Dei in excelſis. Eccl. 1. Item Chriſtus ideo eſt miſſus in mundum, ut eſſet hominibus magiſterium & adiutoriũ, ut dicit Aug. licet hæc omnia attribuuntur trinitati: tamen Chriſto ſpecialiter. Nota, magiſter appellatur qui erudit exemplo. Rabbi uerò dicitur qui erudit uerbo. Tunc ſubdit: *Qui maior eſt ueſtrum erit miniſter ueſter:* hoc eſt, qui uult alios præuenire regẽdo, debet illos prę uenire obſequendo. Eccl. 32. Rectorem te poſuerunt noli extolli, ſed eſto in illis quaſi unus ex illis. Origenes: Qui proponit uerba diuina, ſcienſq; fructificat: nequaquam ſe magiſtrum ſed miniſtrũ fateatur. Ideo ſubdit: *Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur*, i. pro honore habebit dedecus: pro laude habebit infamiam. Remig. Omnes qui ſe de ſuis meritis extollunt, apud Deum humiliantur. Et qui ſe in beneficijs humiliant, apud Deum exaltantur. Pro quo ſciendum, triplex eſt ſuperbia. Prima in affectu: & illam habuit Lucifer in cœlo. Eſa. 14. In cęlum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſoliũ meũ. Et hæc orta eſt in cœlo & impugnat homines cœleſtes: ſicut diſcipulos Ieſu. Luc. 22. Facta eſt contritio inter eos, qui eorum maior uideretur eſſe. Secunda in intellectu, ſ. in appetitu ſciẽtię. Et oriebatur in paradiſo in primis parentibus Gen. 3. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malũ. Heu multi uexantur tali ſuperbiæ: de quibus Eſa. 5. Vę uobis qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris, & corã uoſmetipſis prudentes. Tales non appetunt ſcientiam Dei, ſed mundi. Hiere. 4. Sapientes ſunt ut faciant mala bene autem facere neſcierunt. Et 1. Cor. 3. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Tertia in actu: & hęc eſt diſperſa in toto mundo, ut unus alterum opprimat: dicitur illud Sap. 2. Opprimamus pauperem iuſtum: & non parcamus uiduę; &c. ſic ſortitudo noſtra lex iniuſtitiæ noſtræ. Ab hoc peccato debemus cauere: quia eſt maximum

ximum

ximum.Pſal.18.Emundabor à delicto maximo.Nam eſt corona aliorum omnium.Eſa.28. Væ coronæ ſuperbię. Nam eſt regina aliorum uitiorum.Nam ſicut regina nō ambulat ſolitariè,ſed cùm ſocietate: ſic ſuperbia. Eccle. 10.Initium omnis peccati ſuperbia: qui tenuerit illam implebitur maledictis,ſ.uitiis.Gloſ.interlinearis: De ſuperbia naſcūtur hęreſes,ſciſmata,detractiones, inuidię, uerboſitates,iactantiæ,contentiones, & huiuſmodi,quę ex cupiditate procedunt. Secundo regna requirit magnas expenſas: & ſic ſuperbiæ non ſufficiunt principatus,ducatus,& epiſcopatus.Vnde Eccle.21. Domus quæ nimis locuples eſt annihilabitur ſuperbia.Tertio regina eſt caput regionis.Et ſic ſuperbia aliorum peccatorum. Eccl.25.Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, ideſt ſuperbiæ.Vnde Chryſ.Tolle hoc uitium.: quia ſi non uelint homines apparere hominibus ſine labore,omnia uitia reſecantur.Figuratur Exod.12. Dum primogenita Pharaonis moriebantur,filii Iſrael liberati ſunt.Et 1.Regum 17.Golias in frōte percuſſus à Dauid mortuus eſt, & filii Iſrael ſaluati erant. Et ſic per abiectionem ſuperbię fugatur diabolus,& ſaluabitur fidelis populus.Item ſuperbia eſt uitanda, ideo quia ſignum damnationis. Greg. Euidentiſsimum ſignum reproborum eſt ſuperbia electorum humilitas;nam uidemus ſub cuius principis uexillo homo militat, illius dicitur eſſe miles. Et ſic homo repertus ſub uexillo humilitatis, eſt miles Dei. Repertus uero ſub uexillo ſuperbię,eſt miles diaboli. Iob 41.Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Itē ſuperbia eſt uitanda,quia ſuperbus peccat in ſe cognoſcens quid ſit: cùm.n. ſit cinis & puluis tendit ſurſum quaſi elemētum ignis.Peccat in proximum per diſcordiam.Prou.13. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Peccat in deum:quia reputat omnia habere à ſe &.non à Deo:non attendens illud 1.Cor. 4.Quid habes quod non accepiſti? Ideo Eccl. 10. Odibilis coram Deo & hominibus eſt ſuperbia.Ideo dicit: *Qui ſe exaltat humiliabitur*, ſcilicet per deſcenſum ad inferos.Pſ.100.Non habitabit in medio domus meę, faciens ſuperbiam. Et econtra: *Qui ſe humiliat exaltabitur.*

tur. Iob 22.Qui humiliatus fuerit erit in gloria.

FERIA IIII.

*Neſcitis quid petatis. Matt.*20.*Marc.*10. Enarratio I.

COmmune eſt prouerbium,qui cum brachio incuruato ante conſpectum magnorum accedit: ille citius intromittitur & in precibus ſuis exauditur. Spiritualiter.Si uolumus exaudiri & intromitti in curiã regis cęleſtis: tunc in hoc ſacro tempore debemus accedere ad deum per inclinationem brachij,i.per orationis humilitatem.Eccl.35.Oratio humiliantis ſe,nubes penetrat.Figuratur 3.Reg. 10. Regina Saba attulit aurum & argentum.Et ſic tu aurum dilectionis & argentum caſtitatis. Sine his enim homo non intromittitur neq; exauditur. Deut. 16. Non appareas in conſpectu Dei tui uacuus.Ergo tali dicetur.*Neſcitis quid petatis.* Ergo eccleſia ſancta hodie incuruat,i.humiliat ſe in introitu, dicens: Ne derelinquas me,&c. Collecta populum tuum quæſumus domine propitius reſpice,&c.In epiſtola Heſter 13. quæ orauit Domine Deus miſerere populo tuo,quia uolunt nos inimici noſtri perdere & hæreditatem tuam delere:ne deſpicias partem tuam quam redemiſti tibi ex Aegypto.Si decreueris nos liberare continuo liberabimur.Ecce q̃ pulchrè orauit.Primo humiliauit ſe.Secundo redemptionis recordata fuit.Tertio in uolũtate Dei omnia poſuit.Hoc non fecit hæc mulier cum filiis ſuis. Ideo à domino audiuit: *Neſcitis quid petatis, poteſtis bibere &c.* Aliud thema.Peregrinus conſtitutus in uia extra propriam regionem habet deſideriũ ad patriam: & quærit & interrogat de uia.Moraliter.Et ſic nos.Pſ.38.Aduena ego ſum apud te & peregrinus,&c.Animus noſter nõ eſt quietus in uia.Augu.Feciſti nos ad te, inquietum eſt cor noſtrũ donec requieſcat in te. Idcirco debemus quærere & petere uiam quæ ducit ad patriam, ut poſsimus habere ſaluum conductum. Hoc facit eccleſia in introitu,dicens:Ne derelinquas me domine.Et Pſal.6.Domine ne in furore tuo arguas me.Hunc Pſa.ſecundũ Greg.

fecit Dauid pro ſeipſo recordando propria peccata quæ fecit, ſ. adulterium, homicidium, & numerādo populum. 2. Reg. 24. Timens ne in memoria incideret in peccata, rogauit pro ſaluoconductu. Et ſic eccleſia facit in collecta orans: populum tuum quæſumus domine propitius reſpice, & quos ab eſcis carnalibus præcipis abſtinere: noxijs quoq; uitijs ceſſare cōcedes. Et ſic in epiſtola Heſter 13. Domine Deus miſerere populo tuo, &c. Et ſic nos petere debemus ut dominus aſsiſtat nobis, ne erremus à uia patriæ. Sed uia ducens ad patriam. ſ. Hieruſalem quæ ſurſum eſt: eſt tribulatio & paſsio. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare, &c. Idcirco dicit: *Poteſtis bibere calicem &c.* In ſumma euangelii duo innuuntur. Primo acerba paſsionis reuelatio. Secundo fatuæ petitionis correctio. Vel ſic: In ſumma euangelij duo dominus inſinuat. Primo eius paſsionem prædicit ibi. *Aſcendens Hieroſolymam.* Secundò indiſcretè petentes redarguit ibi: *Neſcitis quid petatis.* De primo dicit, In illo tempore, ſ. cum ueniſſet de Galilæa, & uenit trans Iordanē in fines Iudeæ: & ibi multos curauit. *Poſt hæc aſcendit Hieroſolymam:* quia in alto eſt ſita: *aſſumpſit diſcipulos ſuos ſecrete,* ſ. ne alios ſcandalizaret. Vbi nota, dicit ſecretè ad deſignādum ꝙ iſtis in tribulationibus poſitis reuelantur ſecreta. Vnde Ezech. eiuſdem cap. 1. iuxta flumen Chobor, quod interpretatur grauedo, apertum eſt cęlum & uidit uiſionem Dei. Actu. 7. Stephanus percuſſus lapidibus Et Ioannes in Pathmo inſula uidit hoſtium apertum in cœlo. Apoc. 4. Item ad deſignandū ꝙ ſecreta non debent omnibus manifeſtari. Eccl 8. Non omni homini manifeſta cor tuum, ne ſortè inferat tibi falſam gratiā & conuitietur tibi. Eccl. 6. Multi pacifici ſint tibi: conſiliarius autem unus ſit tibi de mille. Reuelauit aſcendentibus ad deſignandum illud. Actu. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum. Nota ſecundum ſanctum Tho. Homo non debet de facili recipere ſecretum aliquod extra confeſsionem, & præcipuè quando dicit: Dico tibi tanquam ſacerdoti, uel ſicut in confeſsione. Et cum aliquis promittit tale ſecretum ſe

uelle

angelus Sáthanę qui me colaphizet. Tertio aliqua aſcendũt uiolenter ſicut lapis proiectus in altum aſcendit ex uiolentia, quamuis ſit contra naturam ſui. Sic & tribulatio facit interdum hominem pigrum ſurgere à peccato, & per pœnitentia aſcendere ad Deum: ſicut aſinus qui cecidit, uerberibus percuſſus à terra ſurgit. Grego. Mala quæ nos hic pręmunt ad Deũ ire compellunt. Nota Ber. dicit: Bonus miles non ſentit ſua uulnera cum uulnera regis intuetur. Ambr. in exame. Culices non tangunt te ſi abſynthium cum oleo coquas & te ungas. Sic tribulatio & pœnitentię non te tædet ſi abſynthio paſsionis & oleo cõpaſsionis Chriſti fueris inunctis. Greg. Nil tam graue quod non ſuſtinetur dum paſsio Chriſti intuetur. Tunc ſubdit: *Et condemnabunt eum morte*. ſ. per filios teſtes: *& tradent eum gentibus ad illudendum*. Vt ſic hodierna die illudetur à multis. Nota aliquis illuditur ab aliquo tribus modis. Primo quando aliquis alteri committit aliqua bona quæ poſtea uult rehabere, & ille reddere non poteſt talis illuditur. Et ſic Chriſtus commiſit nobis corpus & animam & diuitias tmeporales. De anima quęrit amorem. Luc. 10. Dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. De corpore laborem ieiuniorum ad Ro. 12. Exhibite corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, &c. De diuitijs quærite eleemoſynas dare pauperibus. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſ. in perſona pauperũ. Sed heu de anima reddimus ei malas cogitationes. Eſa. 5. Expectaui ut faceret uuas & fecit labruſcas. Item decorpore redditur ei fornicatio & ebrietas. Item de temporalibus nihil pauperibus: hi Chriſtum illudunt. Secundo illuditur quis quando ei aliquid promittitur & non redditur: & ſic Chriſto promiſimus in baptiſmo ſeruare puritatem. Pſal. 118. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitię tuæ. Eccl. 5. Si quid uouiſti deo ne moreris reddere: diſplicet ei infidelis & ſtulta promiſſio. Infidelis dicitur promiſsio, quando uouetur in die neceſsitatis, & ceſſante neceſsitate mutatur propoſitum. Stulta promiſsio eſt quæ non cedit ad honorem Dei, ut leuare feſtucam: uel etiam ſi ſit de bono tamen impoſ

ſibili,

ſibili, quod heu multi faciunt. Contra quos Pſal. 75. Vouete & reddite domino Deo ueſtro. Tertio illuditur quis dum laborat ſub ſpe lucri, & tamén nil reportat niſi malum. Et ſic Chriſtus multum laborauit circuneundo uicos & plateas & ciuitates. Et de illo conqueritur Pſal. Pretium meum cogitauerunt repellere cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant & corde ſuo maledicebant, ut ſolent illudi fatui. Pſal. 34 Retribuerunt mihi mala pro bonis. Et flagellabunt & crucifigent eum. Nota hic, licet adhuc non ſit tempus paſsionis: tamen legitur euangelium hodie de paſsione domini multis de cauſis propter hoc, ut ad ſuſtinendum pœnitentiam homines fortius animetur. Nam pœnitentia continet in ſe tria. Primo continet contritionem, & hoc adducit paſsio, ſcilicet in ſciſsione petrarum: ad deſigandum quòd paſsio domini corda lapidea frangit ad contritionem: ut patet in adamante qui nec malleo, nec igne, ſed ſanguine hirci frangitur. Secundo continet pœnitentia confeſsionem, & ad hoc inducit paſsio domini. Figuratur Io. 19. Tempore mortis Chriſti monumenta aperta ſunt. Spiritualiter, monumentum eſt cor fœtidum, peccatis plenum, in quo tot mortui quòd peccata mortalia: hoc debet aperiri & mortui, ideſt peccatores debent reſurgere. Ephe. 5. Exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Tertio ad pœnitentiam requiritur ſatisfactio, & conſiſtit in rebus, ſ. ieiunio, oratione & eleemoſyna. Et hæc docentur in memoria paſsionis domini. Primo per memoriam paſsionis inducimur ad ieiunium. Nam homo conſiderare debet ꝙ Chriſtus ieiunauit & eſurit. Primo enim eſuriit, & non habuit comedere niſi lapides. Matt. 4. Accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, &c. Secũdo non habuit niſi folia fici. Matt. 21. Tertio ſitiuit. Io. 19. Sitio. Et ſic impletum eſt in eo illud. Pſa. 68. Dederunt in eſcã meam fel, &c. Secundo memoria paſsionis inducit nos ad orandum: quia Chriſtus orauit in cruce. Luc. 23. Pater dimitte illis, &c. Et Heb. 5. Orauit cum lachrymis, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Tertio inducit ad dandum eleemoſynas. Nam Chriſtus tempore paſsionis ſuę

largè

largè diſtribuit bona ſua: nobis corpus & ſanguinem, Ioãni matrem latroni paradiſum peccatoribus ueniam, patri ſpiritum. Deinde indiſcretè petentes arguit dicens: *Tunc acceſſit mater filiorum Zebedæi.* Naturale eſt, ꝙ parentes optant filiis bona: principaliter autem matres, & hoc duplici de cauſa. Primo quia ſunt certiores de filiis. Secundo quia plures tribulationes habent cum eis quàm patres. *Adorans eum & petens aliquid ab eo,* ſ. in generali ut confeſsione facta in generali minus poſſet ſibi denegare in ſpeciali. *ait: Quid uis?* Non ut inſcius interrogat, ſed ut petitio ſua oſtenderetur irrationabilis ex eius uerbis. *Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filij mei unus ad dexteram, & unus ad ſiniſtram in regno tuo* Hæc petitio proceſsit ex hoc: quia apoſtoli exiſtimabant Chriſtum tẽporaliter regnaturum in Iſrael, ut patet Act. 1. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum iſrael: Non mirum quia adhuc erant carnales per ſpiritum ſanctum nõdum confirmati. Dixi ſecundo innuitur fatuæ petitionis correctio. *Neſcitis quid petatis.* Hic reſpondet diſcipulis & non matri: quia petitio orta eſt ex eis. q. d. inſipienter petitis. Sciendum multi errant in petitione. Primo petẽtes Deum, & cum hoc quærendo artes magicas: de quibus Eſai. 16. Ingredietur ad ſancta ſua ut obſecret & non ualebit. 4. Reg. 1. Nunquid non eſt Deus in Iſrael, ut eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron: Et 1. Paral. 10. Mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas. Sequitur: Et inſuper pythoniſſam conſuluit & non ſperauit in domino, propter quod interficit eum, &c. Iac. 1. Si quis indiget ſcientia, poſtulet à Deo in fide nihil hæſitãs. 1. Corin. 10. Nõ idololatriæ efficiamini, &c. Pſal. 105. Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dęmoniis & non Deo. Vnde Dan. 14. Dixit Daniel regi de idolo Bel: Erras rex: iſte enim eſt intrinſecus luteus, foris ſecus æreus: neque comedit aliquando. Secũdo petentes nociua, ſcilicet hic temporalia: uel quæcunque carni delectabilia. Prou. 1. Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia petunt. Verè nociua adulter petit cum nequius uideat. 1. Cor. 6. Fornicatores adulteri regnum

Dei

Dei non poſsidebunt. Aliqui petunt gladium potentiæ. Eccleſi.7. Noli quærere ab homine ducatum: neque à rege cathedram honoris. Aliqui laqueum auaritię. 1. ad Timot.6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli: Salomon petiuit liberari à tali laqueo. Prou.30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tantum uictui meo tribue neceſſaria. Matt.6. Panem noſtrum quotidianum, &c. Tertio petentes in peccato mortali. Pſal.65. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet dominus. Ergo petentes ſint ſine peccato mortali. 1. Ioā.3. Fiduciam talem habemus ad deū, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, &c. Si cor plenum inuidia, manus auaritia, & ſic de alijs non exaudiemur: Eſa.1. Cùm multiplicaueritis orationes ueſtras nō exaudiam, &c. Quarto cōtra uoluntatem Dei. 1. Ioan.5. Quæcunque petierimus ſecundum uoluntatem eius audiuit nos, ſcilicet ad ſalutem animæ. Nā docuit Luc.11. & Matth.7. Petite & accipietis. Iſido. de ſum. bon. Sæpe Deus non exaudit ad uoluntatem, ſed ad utilitatem: ut patet de Paul. 2. Corinth. 2. qui ter rogauit dominum; inauditus tamen manſit, quia tentatio carnis ad animæ ſalutem ſibi utilis fuit. Quinto non habentes meritum. Et ſic diſcipuli: quia ſi diceret eis dominus: Non ſeminaſtis, & uultis metere. Pſalm.125. Qui ſeminat in lachrymis, in exultatione metet. Item denarius non datur niſi prius laboretur in uinea. Matth.20. Et 2. Timot. 2. Nullus coronabitur, &c. Nec illi uolunt habere brauium. 1. ad Corinth.9. Sic currite ut comprehendatis. Ideo Iacob.4. Petitis & non accipietis: quia malè petitis. Sexti qui petunt, & inimicis non dimittunt. Auguſt. Vnuſquiſque talem indulgentiam accepturus eſt à Deo qualem dederit proximo. Anaſt. Si iniuriam non dimittis non orationem pro te facis, ſed maledictionem ſuper te inducis.

FERIA

FERIA V.

Operamini non cibum qui perit, &c. Ioan.6. Enarratio I.

LIcet omnia bona appetuntur a creatura, ſ. rationali, maximè tamē uita à qualibet etiam creatura ſenſibili deſideratur. Inde eſt ꝙ piſces cum ſentiunt ſe capiendos, ut uitam cōſeruent in profundum aquarum ſe mergunt. Aues uerò in altum aeris ſe leuant: feræ ſiue beſtiæ ad interiora deſerti currunt. Inde etiam eſt ꝙ dominus in ueteri lege obſeruatoribus præceptorum ſuorum pro maximo uitam pollicetur, dicens: Exo.20. Honora patrem & matrem omni tempore ut longæuus ſis ſuper terram. Cùm ergo hæc uita licet tranſitoria, & caduca, tamen diligatur, & etiam pro ea obſeruanda multa interdum pericula homo incurrat: quanto magis uitam in æternum manſuram, & ſine tędio fœliciter duraturam debet meritò deſiderare? Ad huiuſmodi ergo uitam æternam promerendam, acquirendam pariter & tenendam: utile homini eſt cibum nō corporalem, ſed ſpiritualem, qui non perit ſed uitam præſtat perfectam, ſumma inquirat diligentia. Ipſoq; inuento utiliter utatur. De quo cibo ſaluator in hodierno euāgelio tria tangere cōprobatur. Primum eſt cibi ſpiritualis fructuoſitas, quam duratio probat æternalis, ibi: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam.* Vbi ſciendum ꝙ uirtus huius cibi conſideratur in hoc ꝙ non perit: quod ſic habet uideri. Corporalia.n. ſunt quædam ſimilitudines ſpiritualium, utpotè ab eis creata & deriuata: & ideo imitantur ipſa ſpiritualia aliquo modo. Sed corpus ſuſtentatur cibo: ergo illud quo ſuſtentatur ſpiritus dicitur eius cibus quicquid ſit illud. Illud quo ſuſtētatur corpus cum tranſeat in corporis naturam corruptibilem perit: ſed cibus quo ſuſtentatur ſpiritus eſt incorruptibilis: quia non mutatur in ipſum ſpiritum, ſed potius econuerſo ſpiritus in cibum. Vnde dictum eſt per Aug. Cibus ſuum grandium, creſce & manducabis me: non me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. Ideo de tali ci-

li cibo dicit hic dominus: Operamini q.d. operãdo quęrite uel operibus mereamini, non cibum qui perit, ſ. corporalem. Iuxta illud 1. Cor. 6. Eſca uentri, eſt uenter eſcis: Deus hunc & hanc deſtruet, quia non ſemper erit uſus ciborum, ſed illum cibum operamini, ſ. ſpiritualem, qui permanet in uitam æternam. Qui tanta uirtute ſtomachum mentis ſemel acceptus cõfortat, ut ſatietatem perpetuam ſimul & immortalitatem animæ largiatur. Qui quidem cibus eſt ipſe Deus inquantum eſt ueritas contemplando, & bonitas amanda, quibus reficitur ſpiritus. Prou. 9. Comedite panem meum, &c. Eccl. 15. Cibabit eum pane uitæ & intellectus. Eſt etiam obſeruantia mandatorum. Ideo Ioan. 4. Meus eſt cibus ut faciam uoluntatem eius qui miſit me ut perficiam opus eius. Et etiam uerbum Dei: quo anima mundanis concupiſcentijs fatigata reficitur. Matt. 4. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Eſt etiã lectio ſiue meditatio diuinarum ſcripturarum. Sed poſtremo perfectiſsimus atq; ſemper exoptandus animabus eſt myſterium corporis Chriſti, qui ad æternã & beatam uitam refecto proficit. In illo ſenſu hic dominus cibum qui permanet in uitam æternam intelligi uoluit. De quo Ioan. 6. *Ego ſum panis uitæ.* Sequitur ibidem: *Et caro mea uere eſt cibus: & ſanguis meus uere eſt potus.* Sed qs ſit dator huius cibi inſinuat cum ſubiungit. *Quem filius hominis dabit nobis.* Si dixiſſet filius Dei, mirum nõ fuiſſet. Sed ſecundum hoc ꝙ filius hominis dat hũc cibum, magis eleuat ad attenuationẽ. Spiritualiter, tamen ideo filius hominis dat, quia natura humana infirma ꝑ peccatum faſtidiebat ſpiritualẽ cibum: nec poterat in ſua ſpiritualitate ſumere. Vnde oportuit ꝙ filius Dei carnem aſſumeret, & per eam reficeret nos, iuxta illud Pſal. 22. Paraſti in conſpectu meo menſam, &c. Vnde etiam quia ſacerdos miniſter eſt huius cibi non largitor: diſpẽſator eſt & non author. Filius enim hominis qui ſaluator eſt & dominus omnium ipſe nobis hunc dat cibũ. Seipſum utiq; dat nobis ut in eo maneamus, & ipſe maneat in nobis. Sed unde habeat authoritatem dandi oſtendit domi

nus cùm dicit: *Hunc enim pater ſignauit Deus*: hoc eſt ſi-gnum quod ei dedit quomodo proprium ſibi eſſe oſtenderet: per quod cæteris filijs hominum comparari non poteſt. Et hoc ſignum fuit eminentia plenitudinis gratiæ. Vnde Pſal.44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ,&c. Vel ſecundum Hylarium: Signauit, id eſt ſigillauit. Quando enim ſigillum in ceram imprimitur, cera retinet totam figuram ſigilli. Sic filius Dei inquantum homo totam figuram patris accepit, quia in natura humana Deus pater impreſsit uerbum,i.filium qui eſt ſplē dor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius. Ad Heb.1. Vel ſecūdum Chryſo. Signauit,i.ad hoc ſpecialiter eum Deus pater inſtituit,ut daret uitam æternam mundo. Io.10. Ego ueni in mundum ut uitam habeant. Sic enim quādo aliquis eligitur ad aliquod magnum officium peragēdum debet ſignari ad aliud. Luc.10. Poſt hæc deſignauit dominus,&c. Cōſequēter pro ſecundo principali tāgit qualitatem habendi hunc cibum quæ æſtimatio exiſtit internalis,i.fides. *Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur opera Dei?* quaſi dicerent: Nihil credimus æternum niſi Deum,ſed tamen de hoc cibo qui permanet in ęternū dicas nobis: eſt ne aliquid diuinū,& ſi ſit quomodo ergo hunc conſequi poſſumus: & per quę opera eum mereri ualemus? *Reſpondit Ieſus & dixit eis: Hæc eſt opus Dei quod credatis in eum quem miſit ille*. q.d. per fidem poteſtis hunc cibum mereri. Sed diceres quid eſt quod apoſtolus ad Rom.4. Diſtinguit opera contra fidem, dicēs: ꝙ Abraham non eſt iuſtificatus ex operibus, ſed ex fide. Dicendum eſt, ꝙ ibi fides non diſtinguitur contra opera exteriora. Hic autem fides dicitur eſſe opus tantum manens in anima. Alio modo poteſt fides computari inter opera exteriora, non ꝙ fides ſit ipſa opera: ſed ꝙ ſit eorum principium. Hæc autem fides intra ſe eſt, nō quæ in multis eſt: quia multi confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant: ſed ea quæ per dilectionem operatur. Conſiderandum etiam ꝙ fidem non opus noſtrum; ſed opus Dei dixit: ut nemo putet fidem à ſe habere ſiue aliud bonum: nec de ſuis uiribus glorietur; ſed qui gloriatur, in

domino

domino glorietur. Et dicat cum Apoſtolo. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. *Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu ſignum facis ut uideamus & credamus?* q.d. ſecundum Chryſ. Cùm inuitas ad fidem, ideo ut credere tibi poſsimus uolumus à te ſignum uidere, quia licet quinque millia hominum de quinque panibus ſatiaſti: non tamen pp hoc maior es Moyſe, qui pauit patres noſtros in deſerto manna. Sed ſi uis ut credamus tibi per tuum miraculum ſiue tuo ſigno: quotidie paſcas nos ſine labore noſtro & ſine fatigatione: & tunc credemus te maiorem fore Moyſe. Quia ſequitur. *Quid operaris? patres noſtri manducauerunt manna in deſerto ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo dedit eis manducare.* Ac ſi dicerent: Iterum promittis nobis maiora quā Moyſes, tu. n. panes dediſti nobis hordeaceos: ille patribus noſtris manna de cœlo. Vnde dicunt patres manducauerunt manna in deſerto, nec dicunt: Deus pauit patres noſtros manna, ne uideantur eum uelle ęquare Deo: & ne uideantur Moyſen præferre Chriſto, quaſi in hoc eum allicere uolentes ꝙ continuè eos paſcat. Reſponſio Chriſti ponitur ad præcedentia cum dicitur: *Amen amen dico uobis: Non Moyſes dedit uobis panem de cœlo, ſed pater meus dabit uobis panem de cœlo uerum:* Vbi ſciendum ꝙ iudæi duo propoſuerunt Chriſto de cibo corporali, uidelicet datorem Moyſen & locum, ſ. cęlum, quæ duo remouet Chriſtus circa cibum ſpirituale: quia dator eius non eſt Moyſes, ſed pater cœleſtis. Nec datur de cœlo aereo, ſed ſidereo. Vnde ergo dicitur: Non Moyſes, &c. Vbi. n. eſt panis cœleſtis dicitur uerus panis: non ꝙ panis cœleſtis datus in deſerto fuiſſet falſus, quia miraculū de manna falſum non fuit: ſed dicitur uerus contra manna, quod panis figuratiuus illius fuit. Qui etiam panis de cœlo dicitur ſicut ſequitur: *Panis. n. Dei eſt qui de cœlo deſcendit, & dat uitam mundo.* De cœlo dicitur deſcendere, quia Chriſtus ratione deitatis de cœlo oritur. Similiter etiam ratione humanitatis: quia anima immediatè à Deo creatur: & uirtus formatiua corporis Chriſti fuit uirtus ſpiritus ſancti. Ex hoc etiam cognoſcitur ꝙ de cęlo ſit, cum proprium facit effectum, ſ. cum dat ui

tam . Nam panis ille corporalis uitam non dabat quia omnes qui manna manducauerunt mortui ſunt, iſte autem dat uitam æternam. Conſequenter pro tertio principali tangitur edulus realis huius cibi, & q̄ eius exiſtat exiſtentia finalis. Et primo tāgitur petitio iudæorū. *Dixerunt ergo ad eum: Domine ſemper da nobis hunc panem.* Volebant enim de cætero eſſe refecti ſine eſurie & labore ſicut de muliere Samaritana dictum eſt: Ioan.4. Domine da mihi hanc aquam, &c. Veruntamen ſicut non intelligebat conditionem aquæ ſpiritualis, ſic nec iſti de pane ſpirituali. Ideo oſtendit eis Ieſus , quid ſit ille panis dicens: *Ego ſum panis uitæ, ſi quis uenerit ad me non eſuriet, & qui credit in me nō ſitiet unquam.* Vbi ſciendum q͏ uerbum ſapientiæ eſt ſpiritualis cibus mentis quo mens ſuſtentatur. Eccl.15. Cibauit illum pane uitæ & intellectus. Et dicitur ille panis ſapientiæ eſſe panis uitæ ad differentiam panis corporalis, qui panis eſt panis mortis : quia non competit niſi ad reſtaurandum defectus mortalitatis. Vnde & ſolum in hac uita corporali neceſſarius eſt . Sed panis ſapientiæ diuinæ eſt per ſe uiuificatius nec habet mortem contrariam. Item panis corporalis non dat uitam, ſed tantum pręexiſtentem ſuſtentat ad tempus. Sed panis ſpiritualis ita uiuificat q͏ dat uitam. Nam anima incipit uiuere quando adhæret uerbo Dei . Pſal. 35. Apud te fons uitæ . Quia ergo omne uerbum ſapientiæ deriuatur à uerbo Dei unigenito. Eccl.1.c. Fons ſapientiæ uerbum Dei reſidens in excelſo: ideo ipſum uerbum Dei principaliter dicitur panis uitæ . Et quia caro Chriſti uerbo Dei unita eſt: ideo habet etiā q͏ ſit uiuificatiua. Vnde corpus eius ſacramentaliter ſumptum uiuificatiuum eſt . Nam per myſteria quæ Chriſtus in carne ſua compleuit dat uitam mundo: & ſic caro Chriſti propter Dei uerbum panis eſt, non conſuetæ uitæ, ſed illius quæ morte n reſoluitur. Et ideo caro Chriſti dicitur panis. Gen. penul. Aſer pinguis panis eius & præbens delitias regibus. Hunc panem qui comederit non eſuriet. Quod ſignificatur in eo quod dicitur: *Qui uenit ad me non eſuriet & qui credit in me non ſitiet.* Quod idem eſt ſecundū Aug,

quia

quia idem eſt uenire ad eum & credere in eum, & hoc fide,ſ. forma charitate. Talis inquam dicitur non eſurire nec ſitire,quia habens Deum per gratiam,nihil aliud deſierat niſi ipſum Deum, quem habet per gratiã plenius deſiderat habere per gloriam.Cibus autem & potus corporalis eſt contrariæ conditionis: quia habitus in plenitudine in faſtidium uertitur.Vel quia corporalia non ſimul ſumuntur, ſed paulatim quaſi cum metu. Et ideo ſemper reſtat aliud ſumendum.Et propter hoc ſicut conſurgit delectatio,& ſatietas eo iam ſumpto: ita deſiderium iam reſtat ex ſumendo. Ideo corporalia non ſatiãt in æternum.Vel ideo quia corrumpuntur corporalia:unde remanet memoria ex corrupto, & generatur iterato deſiderium eorum. Spiritualia uerò & ſimul ſumũtur & non corrumpuntur,neq; deficiunt:& ideo eorum ſatietas manet in perpetuum.Apoc.7.Non eſurient neque ſitient.Pſ. 15.Adimplebis me lætitia cum uultu tuo: delectationes in dextera tua, ſ. in ſpiritualibus uſq; in finẽ. Hunc igitur panem totis deſiderijs requiramus, atque ipſis facta deſideria operum impendiis adiuuemus. Veniamus ad Chriſtum,i.credamus abſq; dubio eſſe corpus Chriſti quod ſumimus. Via qua ad eũ ueniemus eſt fides.Ita.n.per fidem accedentibus, & ſincero corde ſumentibus uitam tribuit ſempiternam.Et hi tales nõ eſurient in æternum. Illi.n. qui dubitant an uerum corpus Chriſti ſit,non reficiuntur:ſed ſecum reportãt eſuriem: nec illuminantur,ſed denſioribus tenebris obſcurantur. Pſal. 33. Accedite ad eum & illuminamini: & facies ueſtræ non confundentur.Illorum.n. facies illuminantur, & non erubeſcunt quin cũcta accedant. Sed illius facies confuſione repletur qui nihil credit:uel non credit corpus Chriſti eſſe quod percipit.Vel quem ſua conſcientia grauioris peccati recordatione compungit.Vt igitur tã damnabilem non ſuſtineamus cõfuſionem, mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus:quatenus diuinum ac ſacroſanctũ myſterium non ad mortis æternæ iudicium: ſed ad perennis uitæ ſumamus præmium.

FERIA VI.

De Euangelio. *Hic eſt hæres, uenite occidamus eũ. Mat.* 21.

Enarratio I.

MAgna datur ſecundum legem pœna his qui occidunt hæredem ſeu naturalem dominum: & ſignãter quando ex hoc ſequitur perditio hæreditatis. Moraliter, uerus hęres ad Chriſtus. ad Heb. 1. Conſtituit eum hæredem uniuerſorum per quem fecit & ſecula. Hunc occidunt iudæi. O quam magnum ſcelus. Hiero. Non ſolùm magnum ſed & maximũ, quia indicibile & excogitabile, nullus excogitare poteſt huius ſceleris quãtitatem. Bern. in quodam ſermone diſtinguit quadruplex peccatũ, ſ. originale, perſonale, actuale, & ſingulare. Illud autem ſingulare eſt illis qui Chriſtum crucifixerunt, ſcilicet quando impii uirum iuſtum occidunt. Auguſt. in ſermone de paſsione alloquitur eos, dicens: Ignobilitaſti eum qui te clarificabat. Occidiſti eum qui te de duritia ſeruitutis eripuit. Corpus eius uulneraſti, qui corpus tuum à uulneribus curauit: coronam ſpineam in caput eius poſuiſti, qui gloria & honore præcinctus te coronauit. Et manus illius pias qui te de limo pſalmauit, uinculis colligaſti. Ideo præ magnitudine ſceleris impletum eſt illud 12. Vſq; in præſentem diem remanet ſcelus malitiæ. Quamuis hoc peccatum ſingulare fuit apud iudæos: tamen falſorum Chriſtianorum peccatũ non minimum. Primo quia peccant contra ipſum quem ſciunt eſſe Deum. Secundo peccant contra eum, qui iam eos redemit. Aug. Vide, grandis malitia eorum qui Chriſtum crucifixerunt, maior eorum qui recte uiuere nolunt: pręcepta ueritatis oderunt: propter quod omnes apparebimus in iudicio. De quo introitus: Ego autem, &c. uide infra. Aliud thema. *Malos male perdet.* Matth. 21. Marc. 12. Luc. 20. Videmus ꝙ homo citatus ad iudicium ille prius occupat ſe antequam compareat quomodo iuſtus compareat: & ſi minus iuſtus decernitur, tunc mancipabitur carceri. Spiritualiter, Omnes nos manifeſtari opor-

oportet ante tribunal Chriſti.2.ad Cor.5. & unuſquiſq; recipiet prout geſsit in corpore. De quo introitus: Ego aũt in iuſtitia apparebo,&c. Ideo petit eccleſia in collecta: Da quæſumus omnipotens Deus ut ſacro nos purificante ieiunio ſinceris mẽtibus ad ſancta uẽtura facias peruenire. Nam qui decernitur ut uiolentus & homicida, carceri inferni mãcipatur. & ſic iudæi: ut habetur figuratiuè in epiſtola, ubi decem fratres uendiderunt Ioſeph. Et ſic iudæi Chriſtum. De quo euangelium. *Hic eſt hæres:* ergo punientur tẽporaliter & æternaliter. De quo thema: *Malos male perdet.* In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo collati beneficii multiplicatio, ibi: *Homo quidam &c.* Secundo ibi deſtinati nuntii trucidatio, ibi: *Cum autem tempus.* Tertio ponitur obſtinati populi damnatio ſeu conculcatio, ibi: *Cum autem uenerit dominus uineæ, &c.* De primo dicit, *In illo tempore,* ſ. feria 2. poſt dominicam palmarum, *cùm ueniſſet in templum interrogabant eum ſcribæ in qua poteſtate hoc faceret,* & quis ei dediſſet hanc poteſtatem: *Reſpondit eis: Baptiſmus Ioannis unde erat, de cœlo an de hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes: ſi dicimus de cœlo, tunc dicet: Quare nõ credidiſti illi. Si autem ex hominibus, timemus turbam. Et reſpondentes dixerunt: Neſcimus. Et ait illis: Neque ego dico uobis in qua poteſtate hoc facio. Et reſpondit illis: Amen dico uobis publicani & meretrices præcedent uos in regno dei.* Ratio, quia egerũt pœnitentiam in prædicatione Ioannis. Sed iudæi fuerunt obſtinati cogitantes occidere filium Dei. De hoc ſubdit parabola, dicens: *Homo quidam,* ſ. Deus pater. Chryſ. Dicitur homo non natura, ſed benignitatis ſimilitudine. Philoſophus in Politicis: Homo naturaliter eſt animal manſuetum & pium. Erat paterfamilias qui gubernat oẽm creaturam: ſicut paterfamilias domũ: *Quid plantauit uineam,* i. ſynagogam. Eſa.5. Vinea domini exercitium domus Iſrael eſt. Hanc plantauit creãdo. Hier.2. Et te plantaui uineam meam electam, & tranſtulit eam in terram promiſsionis. Pſal. Vineam de Aegypto trãſtulit. *Et ſeptem circundedit eam,* i. cuſtodiã angelorũ. Iſa.62. Super muros tuos cõſtitui cuſtodes. *Et fodit in ea torcular.*

lar. i.legē, quia multis præceptis eos torquebat: *Et ædifi cauit turrim*, i.tēplum ꝓp altitudinē ædificii, & propter ſecuritatē refugii: *& locauit eam agricolis*, i.doctoribus & prælatis qui debent extirpare uitia tanquam ſpineas, & inſerere uirtutes: *Et peregre profectus eſt.* non mutādo lo cum, ſed operādo: liberū relinquens arbitrium. Vel ſecū dum Chryſ. peregrè proficiſci longanimitatē habendo, quia non ſemper eorum peccatis pœnas induxit. Ioel. 2. Patiens eſt & multum miſericors. Dixi ſecundo tāgitur deſtinati nuntii trucidatio, ibi: *Cum autem tempus fructuū appropinquaſſet*, ſ.poſt legē datam fuit tēpus fructuū bonorū operum. Remig. Tēpus fructuum fuit cum ſuperatis hoſtibus terrā promiſsionis colere ſecurè cœperunt. Ambro. Bene dicit, tēpus fructuum non prouētuum nul lus.n.fructus & prouentus extitit iudæorum, non ſpirituali muſto, ſed cruore prophetarum redundabant. *Miſit ſeruos ſuos ad agricolas*, ſ. Moyſen & Aaron & prophetas ut acciperent fructus eius, ſ.legis & obediētiam deo & prẹlatis. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius alium ce ciderunt: ut Moyſen & Aaron qui fuerunt cæſi linguis iudæorum licet non gladio. Deuter. 32 Vua eorum uua fellis, botrus amariſsimus, in quo inebriati prophetas occiderūt. Iſa. 5. Expectaui ut faceret uuas & fecit labru ſcas. Pſ. Irritauerunt Moyſen in caſtris Aaron ſanctū do mini. Et iterū uexatus eſt Moyſes ꝓp eos. Aliū occiderunt ſicut Iſaiam qui ſerratus eſt ſerra lignea ex præcepto Manaſſæ regis Iuda. Et ſicut Amos quē Othoſias per tēpora transfixit. Alium lapidauerunt ut Zachariā quē rex Ioab lapidari iuſsit inter tēplū & altare. Et Hiere. ſimiliter lapidatus eſt. Sed diceres, cur iudæi non feſtināt prophetas per eos occiſos, ſicut Chriſtiani martyres & apoſtolos? Reſpondetur primo propter immanitatē ſceleris quia non alienos, ſed proprios occiderunt. Secūdo ad occultationem ſui criminis: & ad declarandam duritiam deſperati ſui pectoris Pſ. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Actu. 7. Dura ceruice & incircunciſi cordibus, &c. Augu. Stephanus eos increpauit: quia timuerunt eſſe perpetuā memoriam ſcelerū, & poſtero-

ſerorum horruerunt perſecutionem &c.Ioan.8. Vos ex patre diabolo eſtis.Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus:quia multiplicauit deus prophetas,& fecerunt ſimiliter ut impleretur Hieruſalem ſanguine prophetarũ,vt dicitur 4.Reg.21.Ideo ſaluator ait Matth.23. Hieruſalem Hieruſalē quæ lapi.&c.Ecce quanta patiētia & miſericordia erat deo erga iudæos,attamen malitia eorũ ſemper creſcebat, *Nouiſsime autem*,ſ. poſt occiſionem prophetarũ,*miſit ad eos Deus filium ſuum*,ſ. tempore gratiæ,de quo ad Gal.4.Cũ uenit plenitudo temporis miſit deus filiũ ſuũ,ſ.naturalē,dicens:Forſan uerebuntur filiũ meũ.Hiero.Non loquitur ut ignorãs,ſed ut libera uoluntas homini reſeruetur. Agricolæ aũt,i.iudæi maiores uidentes & cognoſcentes per doctrinã & miracula filium, id eſt.Chriſtũ in lege promiſſum, per patriarchas nunciatum,per prophetas promiſſum inuiderunt ſibi.Iuxta illud Sap.2.Grauis eſt nobis ad uidendum dicentes intra ſe: *Hic eſt hæres*,i.unicus & naturalis filius.Matt.2. Hic eſt filius meus dilectus in quo &c. Non alius per naturam,ſed à me diſtinctus ſecundũ perſonã,quia alia perſona patris,alia filii,alia ſpiritus ſancti. De quo ad Heb.1.cap.Quem cõſtituit hæredem uniuerſorum. Hiero.Maniſeſte dominus probat iudęorum principes:non per ignorantiã, ſed per inuidiam filium dei crucifixiſſe. Ioan.15.Viderunt autẽ & oderunt me & patrẽ meum. Pro quo dubitatur utrum iudęi cognouerunt Ieſum Nazarenũ eſſe Chriſti in lege promiſſum, arguitur primo ꝙ non,per illud quod dicitur 1. Cor.2. Si cognouiſſent nunquam deũ glorię crucifixiſſent,&c.Itẽ Act.3. Petrus loquẽs iudęis dixit: Scio fratres ꝙ per ignorantiã feciſtis ſicut & principes ueſtri.Itẽ Luc.23.Pater dimitte illis,quia neſciũt quid faciunt.In oppoſitum:Nũc aũt uiderunt me & patrẽ meũ. Itẽ Io.1.Ecce agnus dei,&c.Itẽ hic Mtth 21.*Hic eſt hæres*. Quia Hiero.maniſeſtè dicis: Nõ per ignorantiã ſed per inuidiã iudęos eũ crucifixiſſe.Reſpondetur, gens iudęorum ſicũt & aliarũ ciuitatũ cõmunitates triplices continebant perſonas.Quidã ſimplices ut mœchanici & laborantes.Quidã mediocres ut

ciues,

ciues,quidã maiores ut principes, epiſcopi & doctores, quorum ſapientia regitur communitas tota. Sic in plebe iudæorum fuerunt minores & ſimplices: iſti non cognouerunt Chriſtum Deum eſſe uel Meſsiã in lege promiſſum. De illis loquitur. 1. ad Cor.2. Si cognouiſſent &c. Alii fuerunt mediocres & ſubtilioris ingenii primi. Iſti cognouerunt promiſſum in lege: ſed non deum, nec dei filium. Vnde Aug.lib.quæſtionum noui & ueteris teſtamenti: Si.n.dęmones deum factum hominem nõ intellexerunt,quãtò magis homines? Non.n,illum principes mediocres ſciebant eſſe qui promiſſus erat in lege, nec ẽt myſterium eius ꝙ filius dei erat, neque ſacramentum incarnationis,paſsionis & redemptionis cognouerunt. De his Act.3.dixit Pet.nũc fratres ſcio ꝙ per ignorantiam feciſti uos ſimplices ſicut & principes ueſtri,ſ. mediocres. Tertij uero ſunt maiores,ſ. ſcribæ & phariſæi, hi cognouerunt eum deum & dei filium. Aug. Miſsio filii eſt uerbi incarnatio. Aug. ſuper illud: In mundo erat,& mundus eum non cognouit: Illuc miſſus eſt per humilitatem ubi ſemper fuit per diuinitatem. Etiã ſciebant ex impletione temporis. Geneſ.49. Non auferetur ſceptrum de Iuda,donec ueniet qui mittẽdus eſt. Et etiã ſciebant modum ueniendi,ſ.in paupertate & humilitate,ut habetur Zach.9. Et cum hoc Meſsiam in lege promiſſum, ut patet in ſermone illo: Conuenio uos ò iudęi,&c.dominica 4.domini. Item ex tẽſtimonio Io. Baptiſtæ. Item ex teſtimonio operum & miraculorũ. Vnde cùm quæſierunt Ioan.9. Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Reſpondit: Opera quæ ego facio in nomine patris mei,teſtimonium perhibent de me. Chryſ. ſuper Matth. Ex omnibus operibus iudęi cognouerunt Chriſtum eſſe dei filium. Attamen cõſiderandum ꝙ nulla notitia quã phariſæi habuerunt de Chriſto per ſcripturas prophetarum erat certa certitudine euidentiæ. Tũ quia talis certitudo habetur ſolùm per demonſtrationem nõ per ſenſum. Tum quia prophetiæ poſſunt aliquando uariè exponi. Et ideo maior erat notitia perſonalis & uериſimilis coniecturę. Vel ſecundum aliquos ibi erat certitudo

adhæ-

adhærentiæ quæ pōt impedire in actu modū prædictū. Per prædicta autem ſoluuntur argumenta ad utranque partem: quia illa quæ probant ꝙ habuerunt notitiam de Chriſto, intelligenda ſunt de notitia habituali. Aliæ autem autoritates deductę in contrarium loquuntur de actuali cognitione applicante ad opus quæ fuit impedita propter paſsiones inuidiæ & rancoris. Quia iudęi primo habuerunt uerum ęſtimationem de Chriſto & in habitu, & in actu in principio. Sed quando incœpit contra eos prædicare excitati ſunt contra eum ira, rancore, & inuidia: quibus paſsionibus impediebātur ab actuali cognitione ueritatis præhabita de Chriſto. Sed diceres: Quare crucifixerunt eum? Reſpondet Chryſ. Hoc cauſauit auaritia & uana gloria: quia cùm Chriſtus introiuit in templum eiiciens uendentes animalia quæ ad ſacrificium uendebantur, erat illis confuſio, & ſic uana gloria ſuadebat altercari. Item auari cogitabāt ſi populus iſte habuerit iſtum deū, tunc neceſſe eſt ut dimittat conſuetudinem hoſtiarum quę ad noſtrorum pertinent lucrū: & ſic populus non erit poſſeſsio noſtra, ſed dei. Si autē occiderimus eum tunc non eſt, qui iuſtitiæ fructus à populo quærat, & ſic ſemper tenebitur conſuetudo hoſtiarum. Et ideo machinati ſunt de eius morte. Sicut incontinens propter paſsionem concupiſcentiæ eligit fornicari, quod tamen aliàs refugeret. Verbi gratia, homo aliquando diligit aliquem actu & habitu, & poſt hoc commouet eum, tunc obfuſcatur dilectionis notitia actualis & habitualis, ideo dixerunt: *Hic eſt hæres, uenite occidamus eum: tunc habebimus hæreditatem.* Remigius in homil. Non per ignorantiam, ſed per inuidiam crucifixerūt redemptorem. Sciuerunt enim eum eſſe illum de quo Pſal. Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuā, &c. Ideo dixerunt: *Venite occidamus eum: tunc habebimus hæreditatem.* Ne conſuetudo hoſtiarum & lucrum noſtrū dimittatur. Sic adhuc eſt cogitatio ſacerdotum carnalium qui non ſoliciti ſunt quomodo populus uiuat ſine peccato: ſed aſpiciunt quid in eccleſia offeratur: *Et apprehenſum eum eiecerunt extra uineam,* id eſt extra ciuitatem Hieruſalem.

ruſalem. Triplices perſonæ in lege extra caſtra eiiciebā-tur, ſcilicet immundi, leproſi, & blaſphemi, quaſi huiuſmodi eſſet Chriſtus. Ipſe tamen non fuit immundus, ſed ſpeculum ſine macula. Non leproſus, ſed candor lucis æternæ. Nō blaſphemus, ſed imago bonitatis eius. Sap. 7. Et occiderunt. ſ. ſine cauſa. Iob. 16. Hęc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ. Dixi ſecundo innuitur obſtinati populi damnatio, dicens: *Cum ergo uenerit dominus uineæ quid faciet agricolis?* Hiero. Hic interrogat dominus non quaſi ignorans quid eſſent reſpōſuri, ſed ut ex propria reſponſione damnarentur, *Aiunt: Malos male perdet*, ſ. temporaliter & æternaliter. Temporaliter factū eſt ut dicit Ioſephus quando 87. millia uenditi ſunt & undecies centena millia fame & gladio perierunt. Secū do æternaliter, quia 42. annis dedit eis pœnitentiā antequam Hieruſalem ſubuerteretur Hiere. 17. Duplici cō tritione contere eos domine. *Et uineam ſuam locabit alijs agricolis*, illud poſt Chriſti aſcenſionem, 42. anno factū eſt cum exercitus Romanorum perdidit incredulos, & auferebat locum & gentem & regnum eorum. *Et locauit uineam ſuam aliis agricolis*, i. ſanctis apoſtolis & nobis ut reddant ei fructum temporibus ſuis, ſ. fructū cordis credendo, oris confitendo, operis ſeruiendo, & corporis patiendo. Subdit: *Dixit illis Ieſus. Nunquam legiſtis in ſcripturis*, quaſi diceret, utique. *Lapide quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris*. Magiſter in ſcholaſtica hiſtoria dicit ad literam fuiſſe impletum in ædificatione templi Salomonis. De quo cecinit Dauid in Pſ. *Lapidem quem &c.* Et hoc non eſt factum à caſu, ſed ex diuina ordinatione. Ideo ſubdit: *A domino factum eſt iſtud.* Lapis iſte figurabat Chriſtum, quia multipliciter reprobatus à principibus, & tamen eſt factus in caput anguli coniungens iudæos & gentiles quaſi duos parietes: de quo Iſa. 28. Ego mittā in Syon lapidem angularem. Et ideo ſcribitur Daniel. 2. Lapis abſciſſus de monte ſine manibus qui percuſsit ſtatuam. Mons eſt beata uirgo ſuper humanam naturam per gratiā ſublimata, de qua

Chriſtus

Chriſtus cõceptus eſt, ſine manibus, ideſt ſine operatione humana, confregit ſtatuam, ideſt uanitatẽ huius mũdi: Ioel. 16. Confidite ego uici mundum. Item dicitur lapis propter ædificationis utilitatem: quia per hunc lapidem conſtruitur omne ædificium ſpirituale, primò ad Corinth. 3. Fundamentũ aliud nemò poteſt ponere præter illud quod poſitum eſt quod eſt Chriſtus Ieſus. Sed iudæi multipliciter reprobauerunt hunc lapidem. Primò in eum non credendo. Ioan. 7. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ? Secundo eũ nõ ſuſcipiendo. Ioan. 1. In propria uenit & ſui eum non receperunt. Tertio ei detrahendo, Ioã. 9. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Quarto in præſentia blaſphemando. Io. 8. Nõne bene dicimus Samaritanus es & dæmonium habes? Quinto eius miracula dæmoni aſcribendo. Luc. 11. In Beelzebub principe dæmoniorum, &c. Sexto regnũ eius excuſando Luc. 9. Nolumus hunc regnare, &c. Io. 19. Regem non habemus. Septimo morti condemnando. Mat. 27. Reus eſt mortis. Octauo poſt mortem perſequendo. Matth. 27. Domine recordati ſumus quia ſeductor ille, &c. Sed ex quo ita multipliciter reprobauerunt eum iudæi, ſuadit: *Ideo dico uobis auferetur a uobis regnum*, i. regionem uineæ, id eſt eccleſia uel ſcriptura uel dei miſericordia: *Et dabitur genti facienti fructum*, i. opera bona. Nota legimus regnum temporale à multis eſſe ablatum, & ſic æternale regnum. Primus fuit cui ablatum eſt regnũ Nabuchodonoſor: ut patet Dan. 4. cui dictum eſt: Tranſibit à te regnum & ab hominibus te eiicient, & cum feris erit habitatio tua. Et hoc propter uerba ſuperbię. Et ſic ſuperbis auferetur regnum cœlorum ſicut Lucifero qui dixit Iſa. 14. Aſcendam ſuper altitudinem nubium & ſimilis ero altiſsimo. Luc. 1. Depoſuit potentes de ſede, &c. Lucæ 14. Qui ſe exaltat humiliabitur. Pſal. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiã. Secũdus eſt Saul 1. Reg. 15. Scidit dominus regnum Iſrael à te hodie & tradidit illud proximo tuo meliori te propter hoc quia reſeruauit pinguia de Amalech cõtra præceptũ domini. Et ſic omnis auarus excluditur à regno

Dei.

Dei. Matth. 19. Facilius eſt camelum inttare per foramē acus, quàm diuitem intrare in regnum Dei. 1. Corint. 6. Raptores auari regnum dei poſsidere non poſſunt. Tertius eſt Balthaſar. Daniel. 5. Et figurat guloſos: quia comedebat & bibebat cū principibus ſuis, quando ſcriptū erat coram eo quod Daniel expoſuit, dicens: Diuiſum eſt regnum tuum & datū eſt Perſis & Medis. Et ſic amittitur regnum cœli propter carnis delicias. 1. Cor. 15. Caro & ſanguis regnum dei poſsidere non poſſunt.

De eodem, *De Epiſtola.* Enarratio II.

IN diebus illis. ſ. quando Iacob redierat de Meſopotamia Syria: & ab Eſau fratre ſuo qui ei uenerat obuiā receſſerat: & Sichem filius Emor Dinam corruperat. Dina filia Iacob de Lya: & filii ſui, ſ. Symeon & Leui de Sichemitis uindictam expetebāt adhuc uiuētibus Iſaac & Rachele: nondum nato Beniamin dixit Ioſeph puer ſexdecim annorum: fratribus ſuis, ſ. decem: *Audite ſomnium meum quod uidi, &c.* ut patet Gen. 37. Vbi nota: ꝙ iſte Ioſeph in ſomniis quæ uidit, & in ſomniis piſtoris & pincernæ & Pharaonis quæ poſtea interpretatus eſt, cognouit propheticè futura: propter quod non ſolū habuit uiſionem imaginariā, ſed etiam intellectiuā. Vidit enim in ſomniis imagines quaſdam rerum corporearū impreſſas organo ſiue uirtuti imaginatiuę. Ideo mediāte illo, uel per miniſterium angelicū uidit, uterque ſenſus bonus eſt. Etiam per intellectum omnia futura quæ per huiuſmodi imagines prophetæ non prophetizauerunt: quia nihil intellectualiter cognouerunt. Sic ergo expone uerba: *Audite ſomnium meum quod uidi:* uiſione ſupple imaginaria & intellectuali: *Putabam uos ligare manipulos in agro: & conſurgere manipulum meum & ſtare, ueſtroſque manipulos circunſtantes adorare manipulum meū.* Viſione utique imaginaria uidit imagines manipulorū, ſ. ſic diſpoſitorū: ſed intellectualiter uidit ꝙ fratres ſui adoraturi eſſent eum: quod poſtmodum ſic euenit. Et uide ꝙ in rebus corporalibus in quibus iſti erant aſ-

ſueti

ſucti deus monſtrauit eis futura, ſ. in manipulis & ſpicis, uitibus & bobus. Erant. n. cultores agrorum & animalium paſtores. Sequitur. *Reſponderuntq́ue fratres ſui & dixerunt ei: Nunquid rex noſter eris, aut ſubijciemur ditiōni tuæ?* Quod certè factum eſt poſtmodum ita. Ipſe enim fuit rex & princeps & rector fratrum ſuorum. Gen. 49. De ipſo immediatè Effraim filio ſuo deſcēdit Ieroboā & fuit rex in decem tribubus, ut habetur 3 Reg. 2. Sequitur: *Hæc autem cauſa ſomniorum ac ſermonum inuidiæ & odij ſomitē miniſtrauit.* Et ratio huius: quia homines qui ſunt liberi arbitrii ſummè libertatem appetunt, & abhorrēt ſeruitutem. Sequitur: *Aliud quoque uidit ſomnium quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium quaſi ſolem & lunā & ſtellas undecim adorare me.* Et notāter dicit quaſi, quia non uidit Lunam aut Solem aut ſtellas, ſed imagines ipſorum. Et nota ꝙ primum ſomnium fuit in rebus terrenis: & ſecundum fuit in rebus cœleſtibus ad innuēdum ꝙ iſti omnes inter homines conuerſantes uacabūt terrenis negotiis, ſoli tamen ab hominibus ſeparati de cœleſtibus cogitabunt. Sed quare dixit undecim ſtellas cùm nondum eſſet natus Beniamin per quem intelligebatur undecimus. Dicendum ꝙ uidebat in ſpiritu ipſum fore naſciturum: & ipſe cum aliis adorare eum deberet. Sequitur: *Cùm patri ſuo & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater dicens: Quid ſibi uult hoc ſomnium quod uidiſti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſuper terram.* q. d. hoc patet ex uerbis tuis. Intelligebat. n. Iacob ꝙ ipſe pater per ſolem ſignificaretur, & Rachel per Lunam, & fratres per undecim ſtellas. Sequitur: *Inuidebant ergo ei fratres, pater uerò rem tacitus conſiderabat.* Nota, ꝙ mater Ioſeph adhuc uiuebat ut ex loco iſto accipitur. Mater, inquam, Rachel. Sed diceres, nunquid pater & mater adorauerunt Ioſeph, quod de fratribus conſtat. Reſpondetur ꝙ mater nunquam adorauit eum in perſona propria quia mortua fuit antequam Ioſeph dominaretur in terra Aegypti, ſed adorauit eum in perſona filii, ſcilicet Beniamin filii ſui. Iacob autem adorauit eū in filiis ſuis per quos miſit ei munera. Gen. 44. Et hoc fuit ante-

antequam ſciret ipſum eſſe filium ſuum, ſed poſtea q
ſciuit nunquam adorauit ipſum. quia nec Ioſeph ſui
nuiſſet: licet tamen dicatur ad Heb. 11. ꝙ Iacob ado
uit faſtigium uirgæ ipſius Ioſeph, quod ſatis innuit
Gen. 50. Sed magiſter dicit in hiſtoria ſcholaſtica: Q
dã codices habẽt ꝙ adorauit ſuper caput uirgæ eius
in capite uirgę ſuę: & utrũque ſtare põt. Diceret aliqu
Sed quare Iacob increpauit ipſum Ioſeph qui tamẽ f
prænuntiãs uera, quod innuitur ex eo quod dicitur
pater rẽ tacitus conſiderabat. Dicẽdum ꝙ ideo, quia
unicuique eſt ueritas dicẽda, maximè cũ auditores
deteriora prouocantur. Vnde timebat ſanctus homo
lud quod accidit circa Ioſeph quem ſummè diligeb
Sed mirum eſt, ꝙ Ioſeph qui puer erat audebat refe
talia coram fratribus: maximè cum uidit eos aduerſ
ipſum concitatos. Vbi dicendum ꝙ ſpiritus ſanctus c
hoc ſuggeſſerat, ipſum ad dicendum impellebat: ſi
& alios uiros, qui dixerunt omnia quæ ſuggerebat ſp
tus ſanctus & non formidantes mortem: Sequitur: *C*
fratres eius in paſcẽdis gregibus patris morarentur in Siche
dixit ad eum Iſrael. Nota, ꝙ Iacob rediens de Meſopo
mia tranſito uado Iobach luctatus fuit cum angelo,
qua luctatione emarcuit neruus femoris eius. Qui q
dem angelus luctatus cum eo & loquens in perſona
mutatur ſibi nomen, & uocauit eum Iſrael quod int
pretatur uir uidens deũ. Gen. 32. c. Vnde ſtatim dixit.
di dominum facie ad faciem. Et uocauit nomen loci
lius Phanuel, i. apparitio Dei. Deinde cum progredi
occurrit ei obuiam Eſau, ut patet Gen. 23. cap. A q
prius diſceſſerat & uenit in Sochot, deinde in Sichen
qua hic ponitur in litera, quam urbem uocauit Moy
Salem, & ibi emit ipſe Iacob partem agri ab Emor r
Sichimorum, & à filiis eius centum agnis: ut patet lo
prædallegato, ſ. Gen. 33. Et ipſi dicuntur incolæ Sichir
tæ. Iſta urbs corrupta dicitur Sichar uel Sichem: & te
uicina dicitur Sichima, & eſt apta pro alimentis gre
& paſcua illius terræ dicitur Sichima. Et forſitan iſt
chem eſt illa urbs ad quam primo applicauit Abrah

uenien

ueniens de Hur Chaldæorum.Gen.12.cap. ſic dicta ibi per anticipationem. Cùm autem habitaret ibi Sichem commiſit tibi ſtuprum cùm Dina: propter quod ſecuta fuit interfectio Sichimitarum & depopulatio urbis. Geneſ.34.cap.Deinde proſequendo hiſtoriam imaginor ꝙ de Bethel Iacob uenit in uallem Ebron quæ uallis dicta eſt,conuallis Mambre.Gen.18.Eſt autem ſecundum magiſtrum conuallis Mambre iuxta Ebron quæ uallis ſic uocata eſt,à quodam homine Mambre nominato. Vel eſt dicta uallis Ebron eo ꝙ erat iuxta ciuitatem Ebron. De iſta ualle miſit Iacob Ioſeph ad fratres ſuos in Sichē & Dothaim ubi per eos uēditus fuit.Et poſtea Iacob facta eius uenditione uenit ad patrē ſuum in Ebron,& inuenit matrem ſuā mortuā.Et poſt paucos dies mortuus fuit Iſaac & ſepultus in Ebron, quæ alio nomine uocabatur Arbæ ſeu Chariatharbæ.i.ciuitas quatuor. Ibi.n. quatuor ſepulti ſunt,ſcilicet Adam,ut dicitur Ioſue 14. Similiter Abraam,Iſaac & Iacob cum uxoribus ſuis:excepta Rachele quæ fuit ſepulta iuxta Effratan, hoc eſt Bethleem.Ibi enim erat ſpelunca duplex quā emit Abraham ab Ephro Necheo & in ſuperiori ſepeliebantur uiri:& in inferiori mulieres,Geneſ.23. Vtrum aūt Rachel fuerit mortua ante Iſaac non eſt bene certum: ſcriptura tamē hoc innuit Geneſ.35.His uiſis patet tota litera huius partis. *Cumque fratres eius in paſcendis gregibus,&c.* Sequitur: *Dixit ad eum Iſrael*,i. Iacob: iam enim mutatum erat ſibi nomen. *Fratres tui paſcunt oues in Sichimis,* id eſt in paſcuis quæ ſunt iuxta Sichem: *Veni mittam te ad eos, quo reſpondent,præſto ſum,*id eſt paratus. Ecce prōpta obedientia,ait ſupple Iacob: *Vade & uide ſi cuncta ſint proſpera erga fratres tuos,& pecora,renuntia mihi quid agatur.*Bonum thema,quādo papa mittit aliquem legatum ad aliquam prouinciam,dicat,uade & uide,&c. Et iniungit ſibi tria,ſcilicet profectionem,ibi,Vade & uide. Inquiſitionem,ibi,ſi cuncta ſint proſpera. Reuelationem, ibi, Renuntia mihi quid agatur. Sequitur: *Miſſus de ualle Ebron uenit in Sichem.* Ecce pia beneuolentia Ioſeph, ſtatim enim executus eſt mandatum propter patris reuerē-

tiam & fratrum amicitiam: *Inuenitque eum uir errantem in agro: qui interrogauit quid quæreret. Ille reſpõdit fratres meos quæro: indica mihi ubi paſcant greges.* Verbum bonum pro legato inquirente de epiſcopis prouinciæ ac dicẽte cuilibet. Quid, inquã, fratres meos quæro, ideſt epiſcopos indica mihi ubi paſcunt greges ſuos, ideſt in qua doctrina, ſ. catholica uel hæretica, uel an uitioſos ſubditos informent: *Dixitque ei uir: Receſſerunt de loco iſto. audiui autem loquentes eos Emaus in Dothaim. Porrexit autem Ioſeph poſt fratres ſuos: & inuenit eos in Dothaim.* Ecce ipſius Ioſeph ſolicita diligentia, quærebat autem eos de loco ad loca donec inuenit: puto q̃ hi erant in Dothaim quærẽtes paſcua meliora. Et eſt Dothaim quoddam territoriũ ſatis prope Sichem ſicut credo. *Qui,* ſcilicet fratres, *cùm uidiſſent eum procul antequam accederet ad eos cogitauerunt occidere eum & mutuo loquebantur: Ecce ſomniator uenit: uenite occidamus eum,* ſ. cadauer eius proiiciẽdo in ciſternam ueterẽ: quæ ſupple erat in ſolitudine, & nõ habebat aquã. Ecce fratrũ ſæua malitia quæ primo patuit in cogitatione: quia cogitauerunt eum occidere. Secundo patuit in locutione quia dixerunt: *Venite occidamus eum:* Tertio apparuit in operatione: quia ut conſequenter dicit hiſtoria: ipſum nudauerunt & in ciſternam proiecerũt: & poſtea uendiderunt. Chryſ. O nephanda rabies iniquorum non licet Ioſeph uiuere: nõ licet meliorem inter malos tutum eſſe, zelauerunt. n. humilẽ ſuperbi, manſuetũ iniqui, probum improbi, mitẽ tumidi: quia uita bonorum detrimentum eſt peſſimorum. Cõſequenter tangit Moyſes id quod pertinet ad fratrum ſceleris denunciationẽ *Et dicemus,* ſ. patri & matri, *Fera peſſima,* uel aper, uel leo uel urſus, *deuorauit eum, & tunc apparebit quid proſint illi ſomnia ſua:* & ita poſtea fecerũt, quia poſtquam eũ uendiderant intinxerunt tunicam eius in ſanguinem hœdi propter quod pater & mater dixerunt: *Fera peſſima deuorauit eum.* Et ultimo tangit Moyſes quod pertinet ad criminis alleuiationem: ſcelus enim eorũ alleuiatũ fuit quia non tantum commiſerant quantum dixerant. Cogitauerunt enim eum occidere & ita dixerunt: ſed procurante

curante

curante Rubē, qui uolebat eum eripere fuit proiectus in ciſternam, & poſtmodum procurāte Iuda uenditus fuit & ita mortem euaſit. Quantum ad illud quod fecit Ruben dicitur hic: *Audiēs autem Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum, et dicebat: Non interficiamus animam eius, nec effundamus sāguinem eius: ſed proiiciamus eum,* ſ. uiuum, *in ciſternam ueterem, quæ eſt in ſolitudine: manuſque ueſtras ſeruate innoxias, hæc dicebat uolēs eum eripere de manibus eorum, & reddere patri ſuo.* Nota quò mirū fuit de Ruben, ꝙ ita fuit propitius ipſi Ioſeph, quia ut dictum eſt, accuſauerat eum apud patrem de cōcubitu tum Bala. Dicendū uerò eo quòd erat primogenitus debebat habere curam omniū. Et in hoc facto plus timebat offendere aliis: quia antiquior omnibus audiuerat quomodo deus punierat homicidiū, ſ. Abel per Cain factū: & ideo plus timebat. Sed quid ſcriptura refert concubitum Ruben cum Bala poſt mortem Rachelis. Gene. 35. Dicēdum quòd Ruben ante mortem Rachelis concubuerat cum Bala: quòd ſoli Ioſeph notum fuit, qui apud patrem accuſauit eum: poſt mortem interum concubuit, & tunc fuit magis manifeſtum. Nota licet textus hiſtoriæ non recitet: eccleſia tamen refert quomodo nudauerūt eum tunica talari & polimita, ideſt auro picta. Et quomodo *miſerūt eum in ciſternam quæ non habebat aquam*: & quomodo ab ſente Ruben, qui iuerat ad procurādum & quærendū meliora paſcua: de cōſilio Iudæ uēdiderunt ipsū Iſmaelitis, ſiue Madianitis euntibus in Aegyptū. Et quādo Ruben non inuenit eum in puteo, ſciſſis ueſtibus dixit fratribus: Puer non comparet & ego quò ibo? Recipiens autem conſolationem quando andiuit quòd non erat mortuus, ſed uenditus. Ipſe eſt qui dixit Gene. 42. Nunquid non dixi uobis? Nolite peccare in puerum & non audiſtis me. In ſanguis eius exquiritur. Et quomodo intinxerunt tunicam Ioſeph in ſanguine hœdi, tuleruntque eam patri dicentes: *Vide ſi tunica filii ſit, an non. Quam cùm agnouiſſet pater dixit: Tunica filii mei eſt, fera peſſima deuorauit filium meum Ioſeph.* Et ulterius quomodo Madianitæ uendiderunt eum Putiphari Eunucho & principi militię Pharaonis,

nis, clarè habetur in textu.ſ.Gen.37.Et nota ꝙ Iacob lugebat filium ſuum multo tempore: uidelicet uiginti tribus annis, qui fluxerunt à uenditione Ioſeph uſque ad aſcenſum Iacob in Aegyptum. Allegoricè, Ioſeph Chriſtum ſignificat: quem deus pater in ſenectute genuit.i. in mundi ueſpera & ætate ſexta hominem fecit. Hic à deo patre dilectus præ omnibus fuit accreſcens filius: quia rex regum & dominus dominantium. Et aſpectus decorus: quia ſpecioſus forma præ filiis hominum. Pſ. 44. Hic quædam coram iudæis retulit quę fuerunt ei uiſa per ſomnia. Ex quibus eis dabat intelligere ꝙ ipſorũ eſſet rex, & ꝙ ipſum tanquam deum & dei filium deberent adorare: propter quod oderant eum nec poterant ei aliquid pacificè loqui. Hunc autem maioribus iudeorum, ſcilicet ſcribis & phariſæis & ſacerdotibus paſcentibus oues, ideſt iudæos ſimplices in Sichẽ, ideſt in graui & laborioſa obſeruantia legis, & traditione earum, quoniam Sichem interpretatur labor, miſit deus pater de ualle Ebron, quod interpretatur uiſio ſempiterna. Miſit dico ad uidendum quid agebatur inter fratres. Matth. 15. cap. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Et pecora, id eſt maiores & minores iudæos. Ad uidendum, non dico ſpeculatiuè: quia omnia ſciebat, ſed experimentaliter. Ex his enim quę paſſus eſt obedientiam didicit: ſicut dicit Apoſtolus Philip. 2. Factus eſt obediens deo patri uſque ad mortem. Miſſus autem uenit in Sichem, ideſt ad dolorem corporis, & ad grauem obſeruantiam legis. Circunciſus fuit, & in Hieruſalem ad feſta aſcendit. Tunc autem quidam, ſcilicet Ioan. Baptiſta inuenit eum errantem, ideſt inter errãtes quos dirigebat ad uirtutes. Vel errantibus ſimilem: non quidem in culpa ſed in pœna. Inuenit dico in agro, ſ. in iudaico populo, qui reſpectu gẽtilitatis ager dicitur, iſta per deſertũ figuretur. Et ille interrogat à Chriſto dicẽs: Quem quæritis? *Qui reſpondit: Fratres meos quæro, &c.* ſicut prius: *Receſſerunt ad Sichem & uenerunt in Dothaim.* Verè tempore Ioãnis, qui ante Chriſtum uenerat receſſerunt iudæi & maxime maiores de Sichem, ideſt de ue-

ra obſeruantia legis: & uenerunt in Dothaim, ideſt om nem defectum uirtutum. Et propterea Ioannes uocabat eos gemina uiperarum. Dothaim interpretatur ſufferēs defectum. Sed quia Chriſto uolente eos ab iſta defectione uerbis & exēplis reducere: ſtatim cogitauerunt eum interficere & dixerunt. Expedit uobis ut unus moriatur homo. Sic dixit Cayphas. Vt autem de morte ſua ſe poſſent excuſare fecerunt hoc per gentiles, ſ. per Pilatum & milites ſuos. Vnde & dixerunt: *Dicemus quod fera peſſima.* ideſt Pilatus deuorauit eum. Ruben, ideſt Pilatus uolēs eū eripere, dicit: Quid enim mali fecit: & nullā cauſam mortis inuenio in eo: ſed non ualuit Conſilio nanque Iudæ traditoris per iſtū alium Iudam quantum ad hoc figurati, fuit uenditus triginta argenteis: ſicut & Ioſeph ſecundum literā cōem, & fuit uenditus Iſmaelitis, ideſt iudęis, qui figurantur magis per Iſmael quam per Iſaac de Abraham deſcendiſſe. Et ſicut Ioſeph non fuit mortuus, ſed eius tunica fuit ſanguine tincta: ita Chriſti diuinitas non fuit lęſa, ſed eius tunica, ideſt humanitas fuit ſanguine rubicata. Quam cùm uidit deus pater in aſcenſione dixit: *Fera peſſima deuorauit filium meum.* Et ſicut Ioſeph fuit in Aegyptum ductus: ſic & Chriſtus fuit per apoſtolos gentilitati prędicatus. Sicut enim Ioſeph fuit in Aegypto incarceratus, & in uinculis detētus: ſic & Chriſtus fuit in apoſtolis, & in alijs fidelibus inter gētes multipliciter afflictus. Sicut enim Ioſeph fuit in Aegypto agnitus à iudęis & Hebręis, & honorificatus, quibus omnibus alimenta miniſtrauit: ſic & Chriſtus inter gētes fuit agnitus dei filius, & honoratus multipliciter tam à iudęis quàm à gentibus, ex quibus collecta eſt eccleſia. Et ſicut fratres Ioſeph in Aegypto multa perpeſſi ſunt propter crimen commiſſum in Ioſeph, in tātum ut diceret: Meritò hęc patimur: quia peccauimus in fratrē noſtrum. *Ac Ruben dixit: Nunquid non dixi uobis? Nolite peccare in puerum, & non audiſtis me.* Et ſanguis eius exquiritur: ſic iudæi propter crimen commiſſum in Chriſtum multa paſsi ſunt inter gētes, uenditi per eos, ſicut dicitur ꝙ pro uno denario triginta iudęi dabantur. Et

meritò hæc patiebantur ut planè impletū uideretur, qđ ipſi Pilato dixerunt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Chriſtus uerò omnibus quantum eſt de ſe ſalutis cibum diſpenſat. Nota iudæi quatuor maxima peccata commiſerunt. Primo decem fratres uendiderunt Ioſeph. Gen. 37. propter quod ducti ſunt in Aegyptum: ut patet Gen. 41. Secundo peccauerunt in uitulo aureo. Exo. 32. propter quod perierunt uigintitria milia. Tertio peccauerūt in idololatria abſque Dauid, Ioſia & Ezechia. Alii uerò ut Salomon, Ieroboan, Achab & cæteri: propter quod Sedechias ductus fuit in Babyloniam: ut habetur 4. Regum ult. & hoc etiam fuit remiſſum eis & fuerunt liberati: ut patet 2. Paralip. ult. Quarto peccauerunt in Chriſti morte. Et hoc fuit punitum & non remiſſum. De quo Amos 1. Super tribus ſceleribus Edon ſuper quatuor non conuertam: eo q̄ perſecutus eſt in gladio fratrem ſuum.

Sabbatho. *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* *Luc.* 15. Enarratio I.

CONſuetudo eſt q̄ filius uolens habere hæreditatē paternam debet eſſe obediens doctrinę, & præceptis parentum. Spiritualiter: ſic nos ſumus filii patris æterni. Ne ergo priuemur hæreditate paterna cœleſti debemus obedire eius mandatis. Et hoc docet mater eccleſia in introitu miſſæ: dicens: Lex domini irreprehenſibilis conuertens animas teſtimonium domini fidele, ſapientiam pręſtans paruulis. Nam ſi uis fore ſapiēs filius, ſerua legem patris & doctrinā matris, ſcilicet ſanctę eccleſię. Prouer. 4. Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam, &c. uita. n. ſunt inuenientibus ea. Ideo pater, i. Chriſtus, & mater, ideſt eccleſia docēt ieiunium, de quo collecta: Da quęſumus domine noſtris effectum ieiuniis ſalutarem, ut caſtigatio carnis aſſumpta ad noſtrarum uegetationē trāſeat animarum. Prou. 1. Audi fili mi diſciplinam patris tui: & legem matris tuę non obliuiſcaris. Et ſic fecit Iacob.

Gen.

Gen.27. Cum mater ſua Rebecca docuit eum quomodo teneret hęreditatem & paternam benedictionem, & ipſe ſecutus eam fuit benedictionem accepit à patre. Qui autem exceſſerit in mandatis parentum priuatur hęreditate. Et ſic filius prodigus de quo in Euangelio: Et tamen poſtquam reuerſus fuit ad patrem benedictio reſtituebatur ſibi. Et ſic ſi nos auerſi ſumus per peccata à Deo patre, reuertamur ad eum per pœnitentiam: tunc dicetur nobis: Fili tu ſemper mecum es, &c. In ſumma euãgelii tria innuuntur. Primo peccatoris auerſio, ibi: *Homo quidam, &c.* Secundo eius cõuerſio, ibi: *In ſe autem reuerſus.* Tertio patris benigna receptio, ibi: *Vidit illum pater.* De primo dicit, In illo tempore, ſ. *Cum ſcribæ & phariſæi murmurarent* contra Chriſtum, *quia ſuſciperet publicanus & peccatores.* Tunc ait parabolam, dicens: *Homo quidam,* ideſt Deus pater, qui cùm diciturhomo ratione ſuę bonitatis, habuit duos filios, ſ. iuſtos & peccatores, qui peccatores ſunt filii dei quantum ad creationem, & non quantum ad gratiam ſeu imitationem. Quia ut ſic peccatores ſunt filii diaboli. Ioan.8. Vos ex patre diabolo eſtis: quia opus eius uultis facere. *Tunc ait adoleſcenter patri: Pater da mihi portionem ſubſtantiæ meæ quæ contingit.* Per adoleſcentem intelliguntur mali: quia deſiderant à Deo bona naturalia & temporalia ſicut & boni. Nota peccator dicitur adoleſcentior filius. Primo propter ſtultitiam, quę eſt in peccatoribus. Pſ.81. Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, &c. Reuera, nam ſtulti dant ęternum pro tranſitorio, bonum pro malo. Thr.1. Dederunt quęque prętioſa pro cibo ad refocillandam animam. Secundo quia adoleſcentia eſt uana: & ſic peccatores. Tertio quia adoleſcentes obtinent poſteriorem locum: & ſic peccatores. Pſal.9. Conuertantur peccatores in infernum. Tunc ſubdit, *Et diuiſit illis ſubſtantiam,* ideſt cuilibet dedit proprium arbitrium Eccl. 15. Relinquit eum in manu conſilii ſui. Vel ſic: *Diuiſit illis ſubſtantiam:* quia dona ſua omnibus largitur, licet diuerſimodè. Matth.5. Facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos. Et Iacob.1. Omnibus dat affluenter, ſ.

intellectum,& ſcientiam boni & mali. Theoph. Tamen intellectu inæqualiter utimur, unus ad patris gloriam diligenter cuſtodit:alter aũt tanq̃ à ſeſe haberet dilapidat, hoc ꝓuenit rõne noſtri liberi aibitrii, & hoc declarat cũ dicit: *Non poſt multos dies*, i.cito poſt adoleſcẽtiã, *cõgregatis omnibus*,i.bonis naturę & fortunę conſideratis in iuuẽtute cogitando. Tu ẽt es ita diues:ita pulcher ſicut ille. Tu ẽt uis te dare ad delectationes mundi? *Adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam.* Autor in 11.lib.de ſpiritu dicit:Nihil lõginquius quàm recedere ab eo qui eſt ubique. Auguſti.Supra quẽ nihil, extra quem nihil,ſine quo nihil, infra quem nihil: nam ipſe eſt à quo omnia,per quẽ omnia, in quo omnia. Ab eo receditur non pedibus,ſed moribus & affectibus. Pſ. Qui ſe elongant à te,peribunt Bernar. Vera uita animę eſt deus.Chryſ.Adoleſcẽtem peregrè proficiſci eſt, quãdo homo in iuuentute dei obliuionem incipit habere. Tunc poteſt dicere illud Pſal.38 Aduena ego ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Et tunc elongatur à deo patre,ſ.uaria ſcelera committendo. Pſ.108. Longè à peccatoribus ſalus.Deut.32.Oblitus es domini creatoris tui:receſsiſti à deo ſalutari tuo.Et Prouerb.15.Longè eſt dominus ab impiis. Nam quantò peccatores peiora faciunt,tantò magis elongantur a Deo.Et de quanto aliquis elongatur ab aliqua re: tantò minus hęc res ab eo uidetur.Et ſic peccatores elongati à deo, non uident deum.Gen.4.Cain exiit a facie domini. Sequitur: *Et diſsipauit ibi ſubſtantiam ſuam uiuendo luxurioſe*,in concupiſcentiis carnis.Et fit hoc quando ſenſum & intellectum dat iniquitatibus. Notanter tamen nominat luxuriam:quia in tali uitio conſumuntur omnia bona. Primo bona naturę.1.Corinth.6.Qui fornicatur,in corpus ſuum peccat. Secũdo bona temporalia: quia deducit ad paupertatem.Prouer.29.Qui nutrit ſcortum,perdit ſubſtantiam ſuam.Tertio bona animę, quia intellectum,ſ. & rationem obumbrat. 1. Cor 2. Animalis homo non percipit ea quę dei ſunt.Ideo Chryſ. dicit: Nulla res ita præſcindit uirtutem ſicut corporalis uoluptas. Eccl. 9.

Ne des fili fornicariis animam tuam, ne perdas te & hę reditatem tuam. Sequitur: *Et poſtquam conſummaſſet*, i. cō ſumpſit omnia, ſcilicet bona corporis & animę. *Facta eſt fames in regione illa. Et ipſe cœpit egere*: quia nulla ſatietas eſt in peccatis, ſed in quolibet peccato eſt defectus uirtu tis, ſcilicet in ſuperbia defectus humilitatis: in auaritia defectus largitatis, & ſic de aliis. Aggęi 1. Comediſtis & non eſtis ſatiati. Pſal. Famem patientur ut canes. Ambr. in homil. Fames non epularum ſed bonorum operū & uirtutum. Hæc eſt regio diſsimilitudinis in qua inuenit ſe. Aug. Longè eſſe à Deo. Pſal. 106. Eſuriētes & ſitiētes anima eorum in ipſis defecit. *Et abijt, & adhæſit uni ciuiū regionis illius*, ſ. diabolo cuius ſeruus fit peccator 2. Petri. 2. A quo quis ſuperatus eſt huius & ſeruus eſt. *Qui miſit eum in uillam ſuam ut paſceret porcos*, ideſt diabolus mittit peccatorem in occupationem mundi & peccati. Et ſic paſcet porcos, ideſt brutales motus uoluptatum carnis & immundas cogitationes in anima nutrit. Ecce quàm malum eſt ſeruitiū diaboli. Hiere. 16. Seruietis diis alienis, qui non dabunt uobis requiem. Ideo Będa: Porcos paſcere, eſt ea agere in quibus maligni ſpiritus delectātur. Nam ſicut porci gaudēt in ſceno ſic diaboli immū ditia peccati. Lactantius dicit: Porcus eſt animal immū dum, nec unquam cœlum reſpicit, ſed terram. Et ſicut porcus toto corpore, pede, ore uerſantur ſuper terram: & ſic peccatores. *Et cupiebat uentrem ſuum implere de ſiliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.* Aug. Siliquæ exterius molles, interius uacuæ: per quas intelligū tur delectationes peccatorum, quæ exterius delectant: interius mittunt miſeram animam uacuam. His cupit peccator ſaturari: ſed tamen nemo illi dabat, quia non ſatiatur deſiderium peccatoris in delectatione quacunque. Oſeæ 4. Comedent & non ſaturabuntur: quia ſecundum Greg. Momentaneum eſt quod delectat: æternum autem quod cruciat. Ideo Eccl. 1. In omnibus uanitas & afflictio ſpiritus: Si ergo receſsiſti a patre tuo cœleſti: & ſeruiuiſti ciui, i. diabolo: qui aliquando fuit ciuis in regno cœlorum, qui certè male appretiatur. Ad Rom. 6.

Stipendia peccati mors: fac ut hic filius prodigus fecit. Dixi ſecundo innuitur eius conuerſio, dicens: *Ecce autem in ſe reuerſus ait:* Grego.2.dial.cap.3. Quoties per uagos motus eximus, nos ducimur per cogitationes & opera: & nobiſcum non ſumus: quia noſmetipſos minimè uidemus, ſed reuertimur dum ad cōſcientię interiora mēte redimus. Primo.n. conſiderauit peccatum quod comiſit, ibi: *In ſe reuerſus.* Secundo loco quem amiſit, ſ. domum patris, ibi. *Quanti mercenarij.* Tertio damnum quod incurrit: *Ego hic fame pereo.* Nota illa quę requiruntur ad ueram pœnitentiam innuuntur hic. Primo requiritur ſui & peccati cognitio. Ergo dicit, *in ſe reuerſus.* Iſa.46 Redite pręuaricatores ad cor. Et quilibet peccator debet cognoſcere quatuor, ut dicit Grego. ſcilicet ubi fuit, ubi erit, ubi eſt, & ubi non eſt. Primo ubi fuit, ſcilicet in peccato, & de illo dolere Sene. Initium ſalutis cognitio peccati Hierem. 2. Vide quàm amarum eſt te dereliquiſſe dominum deum tuum. Secundo ubi erit, ſcilicet in iudicio, & ideo timere. Pſal.118. A iudiciis enim tuis timui. Tertio ubi eſt, ſcilicet in miſeriis: & ideo debet gemere. Eccl.2. Cuncti dies eius doloribus & ęrumnis pleni ſunt. Quarto ubi non eſt, ſ. in gloria: & ideo debet ſuſpirare. Pſal.41. Fuerunt mihi lachrymę meę, &c. Nota dicit hic textus: ꝙ hic filius in adoleſcētia fuit reuerſus. Et ſic tu Thren. 3. Bonum eſt uiro cum portauerit iugū domini ab adoleſcentia: quia dicit Auguſtinus: Pœnitētia ſera raro uera, quia tunc peccata re derelinquunt, & tu non ea. Et Prouerb.22. Adoleſcens iuxta uiam ſuam graditur: cum ſenuerit non declinat ab ea. Bæda ſuper Lucam: Diabolus quantò diutius poſsidet aliquem, tanto difficilius dimittit eundem. Et Hierem. 13. Si Aethiops poteſt mutare pellem ſuam aut pardus uarietates ſuas, & uos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Secundo requiritur diuinę bonitatis & paternę charitatis conſideratio cùm ſubdit: *Et ait, quanti mercenarij in domo patris mei ſunt,* ſcilicet in gratia diuina, *& abundant panibus,* ideſt bonis ſpiritualibus. *Ego hic fame pereo,* i. cum ipſe

ipſe peccator de uita uirtuoſa aliorum hominum recogitat, tunc cognoſcit ſe famelicũ in omni uirtute: & recogitat dominum miſericordem. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat Rom. 2. Benignitas dei ad pœnitentiam te adducit: Ioel. 2. Quia benignus & miſericors eſt ad ignoſcendũ: quaſi dicat: Cur hic fame pereo? Tertio requiritur propoſitum bene agẽdi, cùm dicitur: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Surge ſcilicet per propoſitum à peccato, *& uade ad patrem*, ſ. per opera iuſtitię. Pſal. 36. Declina à malo & fac bonum. Roma. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Epheſ. 5. Surge qui dormis, &c. Nam ubi homo nõ quieſcit ibi nõ diu iacet. Et ſic in peccato. Gene. 19. Surgite, egrediamini de loco iſto quia hic non habetis requiẽ, ſ. in peccatis. Iſa. ult. Vermis eorũ nõ morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur. Quarto requiritur humilis confeſsio, dicens: *Et dicã ei: Pater peccaui in cœlũ,* i. corã angelis & ſanctis in cœlo, *& coram te,* i. te ſciente & uidente cùm ſis iudex meus. Et ſic nos humiliter debemus confiteri peccata noſtra. Iſa. 43. Narra ſi quid habes ut iuſtificeris. Et non eſt abſcondendũ illud quod fit corã deo Boetius de conſol. Magna eſt nobis indicta neceſsitas probitatis, cùm omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Tunc ponitur humilitas huius filii, dicens: *Non ſum dignus uocari filius tuus.* O reuera omnis peccator mortalis nõ dignus uocari filius dei. Nota multiplices ſunt filii indigni. Primo ſi patrem irridet. Sic Cham deriſit Noe, & ſic ſuperbi deridentes pauperes. Prou. 14. Qui calumniatur egẽtem, exprobrat factori ſuo, &c. Secundo ſi hoſtibus patris aſſocietur, ut Abſalon 2. Reg. 13. Et ſic peccator dæmonibus aſſociatur Pſal. 49. Si uidebas furem curebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas Tertio ſi patrem poſitum in infirmitate dimittit, uel in carcere, & eum non uiſitat neq; conſolatur: quibus dicetur illud Matt. 25. Infirmus fui & in carcere, & non uiſitaſti me, &c. Ideo Iſa. 1. Væ genti peccatrici filiis ſceleratis. Et ibidem: Filios enutriui, ipſi autem ſpreuerunt me. Ideo ille adoleſcens dixit: *Non ſum dignus uocari filius tuus.*

Quia

Quia à te recedens contriſtaui quod non debet filius facere. Prouer. 10 Filius ſapiens lætificat patrem: filius uerò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ. Item quia ſubſtantiæ meæ prodigus extra diſciplinam uixi: quod nō debet facere filius. Hebr. 12. Quòd ſi extra diſciplinam eſtis cuius participes facti ſunt: omnes ergo adulteri & non filii eſtis. Item quia alterius, ſ. diaboli ſeruũ me feci, quod non debet facere filius. ad. Rom. 8. Qui ſpiritu dei aguntur hi filii dei ſunt. Item quia degener in moribus fui paſcendo porcos, quod non debet facere filius. Rom. 9. Nō qui filii carnis, hi filij dei. Quinto requiritur ſatisfactio. Sequitur: *Fac me ſicut unum ex mercenariis tuis*, quaſi diceret: Paratus ſum tibi à modo ſatisfacere & ſeruire ſpe mercedis æternæ. Hiero. Pauor peccati abnegat me: pauor conſcientiæ deprimit me. Non eſt mihi ſpes uiuēdi, neque fiducia bene agendi. Iudicium uereor, pœnas tremo, amiſi filii dignitatem, concede ſaltem mercenarii ſeruitutem. Nota ſecundum Ambr. Differentia eſt inter ſeruum mercenarium & filium. Seruus dicitur qui abſtinet à peccato ex ſolo timore pœnæ præsētis, uel futurę. Mercenarius mercede filius amore. Et ſic iſte primo fuit ſeruus cùm ſeruiuit ciui. Deinde mercenarius quando ſpe mercedis ſeruire uoluit. Tertio factus eſt filius quando à patre in hæreditatem ſuſceptus eſt. Ecce quanta dei benignitas, qui de ſeruo diaboli facit ſeruũ dei. Dixi tertio tangitur patris benigna receptio. Vbi nota ꝙ benignitas dei attēditur in multis. Primo quia recepit eũ uelociter. De quo ſubdit: *Et ſurgens uenit ad patrem ſuum*, i. impleuit quod facere deliberauit. Non, n. ſufficit bonũ incipere niſi impleatur opere. Amb. & habetur diſt. 86. cap. Non ſatis eſt bene uelle, ſed bene facere: nec ſatis eſt iterum benefacere, niſi id procedat ex bono fonte, i. ex bona uoluntate. Sicut non ſufficit filii conceptio ſine partu, ideo iſte primo propoſuit, deinde uenit, i. uenire cœpit per pœnitentiam ad patrē: *Cùm autem adhuc longe eſſet, uidit illum pater ipſius & miſericordia motus eſt*. Ecce dei benignitas. Cùm adhuc peccator longè eſt, ſ. in regione peccati, cum tamen habeat bonam uoluntatem.

Vnde

Vnde Bern. in ſermone de annuntia. dominica. O deus quàm diues es in miſericordia, quàm magnificus in iuſtitia, quàm munificus in gratia, non eſt qui ſimilis ſit tibi, gratis reſpicis humiles, iuſtè iudicas innocentes, miſericorditer ſaluas peccatores. *Vidit eum*, ſ. oculo prædeſtinationis & clementiæ. ut dicit Chry. Senſit pater pœnitentiã, nõ expectauit recipere confeſsionis uerba, ſed præuenit petitionem miſericorditer agens. Vnde ſubditur: *Et miſericordia motus eſt.* Miſericorditer ei inſpirãdo motũ pœnitentiæ. *Et accurrens*, ſ. ipſum præueniendo per miſericordiã inchoãtem. Pſal. 58. Miſericordia eius præueniet me. *Cecidit ſuper colum eius*, i. gratiam in eo cõſeruauit, ſicut fecit Zachæo qui deſiderauit eum uidere Luc. 19. Hodie in domo tua oportet me manere. Quia ſecundum Greg. Non uacat manus à munere cùm arca cordis ſit plena bona uolũtate. *Et oſculatus eſt eum*, ſ. ipſum perfectè ſibi reconciliando per gratiam ſubſequentem. De qua Pſal. 22. Miſericordia tua ſubſequetur me. *Oſculatus eſt eum*, ſ. per charitatem ſibi uniendo. Cant. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Vel oſculatus eũ, i. fit concordia inter uoluntatem diuinam & humanam. Figuratur Gen. 27. Iſaac oſculatus eſt Iacob cùm benedixit eũ. Secundo ſuſcepit eũ honorabiliter: quia poſt oſculationem, dixit ei filius: *Pater peccaui in cœlum & coram te, & iam non ſum dignus uocari filius tuus.* O uerbũ omni fiducia plenum. charitatis ardore ſuccenſum, miſericordia profluum, cùm dicit, *Pater.* Sed ꝙ confitetur, *Peccaui.* O quàm ſuaue unguentum uulneribus ad medicinam, emplaſtrum miſericordiæ floribus tuſum, & doloribus ſuperligatũ, uinũ mordẽs & oleũ liniens, Peccaui. *Tunc pater ait ad ſeruos ſuos*, i. ad ſacerdotes qui dicuntur ſerui dei: *Cito proferte ſtolam primam & induite illum.* Aug. Pronior eſt ad miſerãdum quàm nos ad accipiendũ. Ambr. Neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia, proferte ſtolã primam, i. ueſte interioris puritatis Chriſti, quã ſacerdotes proferunt dum pœnitentem deo reconciliatũ uerbis, & abſolutionẽ affirmant. Ecce quos dominus ſuſcipit per cordis contritionem: uult ẽt ipſos per confeſſionem

ſionē recipi à prælatis in manifeſto, ut reconcilientur non tantùm deo patri, ſed etiam Eccleſię matri: ut figuratur Ioã. 11. de Lazaro quē ſuſcitauit, qui tamē adhuc erat ligatus, & fecit diſcipulos eū ſoluere. Et Luc. 17. de leproſis quos ſanauit, tamen ait: Ite & oſtendite uos ſacerdotibus. Per ſtolam autem primam intelligitur ueſtis innocentiæ uel immortalitatis, in qua primus homo conditus fuit quam prælati proferūt dum eam proferendam promittunt in futuro. Et hæc ueſtis innocentiæ perditur per peccatum, & induitur per cōfeſsionē, i. induenda oſtēditur. Pſal. 103. Cōfeſsionem & decorem induiſti. Et nō ſufficit habere innocentiā niſi fiāt opera bona. Ideo ſequitur: *Et annulum in manu date ei*, i. gratiā operando bona. Ad Coloſſ. 3. Si conſurrexiſtis cū Chriſto, quæ ſurſum ſunt quęrite. Vel per annulum in manu, intelligitur fides in opere quam debent habere & docere ſacerdotes: quia fides ſine operibus mortua eſt. O quàm pretioſus annulus fides formata pretioſior auro. Auguſt. de uerbis apoſtoli: Nullæ maiores diuitię, nulli theſauri, nulla maior mundi ſubſtantia quàm fides catholica. Ad Hebr. 11. cap. Impoſsibile eſt ſine fide placere deo. Et cū hoc requiritur repreſsio mali affectus. Ideo ſequitur: *Et calciamenta in pedibus eius*, i. ſanctorum exempla, in pedibus, i. in affectu & intellectu. Cant. 2. Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis. Nam ſicut calciamēta cuſtodiunt pedes ne maculētur: ſic & exempla ſanctorū cuſtodiunt nos ne maculemur luto malæ cōuerſationis. Chryſ. Calciamenta de pellibus mortuorum conficiuntur: & ſic nos eſſe mortales recordemur. Tertio recipit eum lætāter, cùm dicitur: *Adducite uitulum ſaginatum & occidite, & manducemus.* Sed diceres: quare dicit mādu cemus in plurali, cū tamē ſoli filio reuertēti preparari iuſsit. Reſpondetur quorum una eſt natura, ſubſtātia, & uolūtas: unum illorū eſt gaudiū, & ſic dicitur de patre, & filio, & de ſpiritu ſancto. Similiter de angelis. Vitulus ille Chriſtus eſt, quātum ad naturam paſsibilem ſecundum quā fuit immolatus: ſaginatus quo ad gratiarum plenitudinē. Hic uitulus reuerēti filio

ti filio adducitur & occiditur,quãdo paſsio Chriſti cuilibet peccatori proponitur,hic uitulus ſemel occiſus eſt in re.1.Petri 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt.Sed & multoties in ſacramẽtali repreſẽtatione, ſecũdum illud.1.Cor.11. Quotieſcunq; mãducabitis panẽ hunc,& calícem bibetis, mortẽ domini annũtiate donec ueniat.Sed & quotidie immolatur in credentiũ fide & prædicãtium recordatione.Bæda:quaſi.n.recẽs iſte uitulus occiditur, cùm ab uno quoque occiſus creditur. Ambr.Vberior eſt dei gratia quàm petitio pęnitẽtis.Sẽper.n.deus plus tribuit pœnitenti quàm rogat. Iſte petebat officiũ mercenarii,& habuit oſculum amici,& donũ filii dilecti,quod ſic patet:Omnis homo peccãs mortaliter,perdet ueſtem puritatis,diuinã amicitiã,cęleſtem ſapientiam,ſacramẽtalem gratiam,ſpiritualem lætitiam, internã concordiam, & omnis creaturæ habebit inimicitiam.Sed pœnitentia ſecundũ Aug.hæc omnia reſtituit. Primò innocentiam,ibi: *Cito proferte ſtolam primam.* Secũdo diuinã eſſentiam,ibi: *Date ei annulum:* Tertiò ſapientiam,ibi: *Calciamenta in pedibus.* Quartò corporis Chriſti gratiam,ibi: *vitulum ſaginatum.* Ideo ſubdit: *Manducemus & epulemur,* ideſt lętemur: *quia hic filius meus mortuus fuit & reuixit.* Mortuus ſcilicet per peccatũ mortale,Iacob.1. Pecccatũ cùm conſummàtum fuerit generat mortẽ.Nã ſicut mortuus eſt põderoſus,ſic peccatũ mortale.Nã cœlum nõ potuit cõtinere peccantem angelum,nec paradiſus peccantes homines,nec terra, ut patet Nu.16, in Datham & Abyron. Ideo Aug.Vera mors quã homines nõ timẽt eſt ſeparatio animæ à deo, qui eſt uera uita beatarum animarum.Deut.30. Ipſe eſt uita tua & longitudo dierum.O quot mortui fuerunt ante hoc ſacrum tẽpus, ſed nunc multi reuixerunt per pœnitentiã.Ideo gaudendum.Luc.15.ca. Gaudium eſt angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentia agente. Nõ ſolùm angelis ut dicitur Iſaiæ 55.In lętitia egrediemini,ſcilicet de peccatis.Montes & colles, & omnia lignea regionis plaudent manu. Montes,ideſt diuinarum perſonarum multitudo:colles, ideſt angeli:& omnia ligna,ideſt omnes ſancti plaudẽt.

DOMI-

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE.

Erat Ieſus eÿciens dæmonium, & illud erat mutum. *Luc.11.* Enarratio I.

VTinam diabolus eiiciatur per contritionem, ut mutus loquatur per confeſsionem. Eiectio autem diaboli quadruplex eſt, uidelicet de cœlo, de impio, de obſeſſo, de mundo. Prima diabolo ſuperbiente, ſecunda impio pœnitente, tertia Chriſto præcipiente, quarta mundo credente facta eſt. De primo Ezech.28. Peccaſti & eieci te de monte dei, & perdidi te ò Cherub. Timendum eſt hoc ſuperbis. Si enim in monte cœli ſtare uis quod nõ potuit angelus ſuperbus: quõ aſcendere poteſt homo ſuperbus? Et ſi propter unam ſuperbiam cecidit angelus: quid fiet hominibus qui omnibus uitiis pleni ſunt? Odibilis eſt ergo ſuperbia: non ſolum angeli, ſed hominis miſeri. Eccl.25. Tres ſpecies odiuit anima mea: Superbum pauperem, diuitem mendacem, ſenem fatuum & inſenſatum. Pauper ſuperbus eſt homo, quia mũdum ingreditur pauper. Ideo dicitur Iob 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, &c. Diues mendax eſt diabolus diues promiſsione. Matth.4. Hæc omnia tibi dabo. mendax autem ſolutione eſt. Augu. Veniet dies iudicii, & inuenies uerum quod minatus eſt dominus, & falſum quod pollicitus eſt diabolus. Senex fatuus eſt mundus qui & fatuos ſequitur, & fatuos facit. Superbia Luciferum de cœlo. Adam de paradiſo, Nabuchodonoſor de regno proiecit. De ſecundo Marc. 16. Apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Vnde dæmonibus ſpiritualiter obſeſſus eſt, qui ſeptem capitalium uitiorum principibus ſubiectus eſt, uidelicet ſuperbiæ, inuidiæ, iræ, accidiæ, auaritiæ, gulæ & luxuriæ. De quo in euãgelio dicitur: *Tunc*

aſſumit

aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Eiiciuntur autē per illos ſeptem ſpiritus: de quibus Apoc.5. dicitur: Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum habētem ſeptem cornua,& oculos ſeptem,qui ſunt ſpiritus dei miſsi in omnem terram. His ſeptem cornibus agni eiiciuntur in cōtritione ſeptē ſpiritus maligni. Vnde Bernar. Cordis cōpunctio quia eiiciuntur dæmonia eſt, cum affectu cordis eradicantur peccata. Illud autem quod dicitur de ſeptem ſpiritibus nequioribus qui ingreſsi habitāt ibi, nō eſt intelligendum ſubſtantialiter, ſ. quod illabātur menti, quod ſolius trinitatis eſt: ſed ſuggeſtione & permiſſione diuina, ut patet de Iuda, Ioan.13. Poſt buccellā intrauit in eum Sathanas. Mirum eſt, ꝙ hoc non timēt homines, ꝙ poſt buccellam quam de rapina, uel de uſura, uel de iniuſto acquirunt, intrat in eos diabolus. De tertio Mat.8. Si eiicis nos, tunc mitte nos in porcos, uel in gregem porcorū. Porci ſunt luxurioſi. Chryſ. Porci ſunt qui uitā ſuam libidini & uoluptatibus ſeculi mancipauerunt, in his diabolus dominium accipit. Thob.6. Qui coniugia ita ſuſcipiunt, ut deum à ſe, & à ſua mente excludāt, & ſuæ libidini ita uacent, ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus, habet ſuper eos dæmoniū poteſtatem. Horribile eſt, ꝙ tot millia dæmonum, ſ. legio unum obſederunt hominē, ſed certè horribilius eſt habere tot peccata mortalia, imò unum mortale. Sed ꝙ quādoque unus, ſicut dicitur: *Erat Ieſus eijciēs dæmonium,* quandoque ſeptem, quandoque legio uexat hominem. Vnus quando in uno peccato mortali laboret homo. Septem, quādo in ſeptē capitalibus uitiis. Legio quando eadē uitia multimodè multiplicantur. De quarto Io.12. Princeps mundi huius eiicietur foras. Hoc factū eſt per paſsionem Chriſti, & per mundi cōuerſionē. Hic eſt princeps de quo Num.25.cap. ꝙ Phinees Iſraelitam fornicātem cum filia nobilis principis Madian, ſimul cum ipſa interfecit. Princeps diabolus ſeptē filias habet. i. ſeptem uitia capitalia, quas tradit hominibus. Aliquis habet unam, aliquis plures, aliquis omnes. Quantò autem plures habes filias diaboli, tātò plus habebis de hæreditate

ſua,ideſt de igne æterno quem dabit filiabus ſuis in hæreditatem.Iſtæ filiæ habent filias ſuas, ideſt uitia de ipſis naſcentia. Vę tibi ſi matrem cum filia habueris. Nobilis filia principis eſt iniquitas operis.Nobilior autem nequitia conſuetudinis. Nobiliſsima uerò obduratio impœnitentis:qui hanc habuerit gladio Phinees,i.ſentētia Chriſti damnabitur.Deut.32.Si acuero ut fulgur gladium meum &c.Aug.peccātes ſi noluerunt corrigi, nihil aliud elegerunt niſi cum hoc mūndo damnari.

De eodem, *Tunc uadit & ſumit ſeptem alios ſpiritus nequior.s ſe. Luc.12.* Enarratio II.

Ecce quod hîc dicitur heu ſæpè uidetur.Nā qui poſt conuerſionem peruertuntur, ſæpè pluribus uitiis quàm antè ſubiiciuntur. Septem aūt ſpiritus, ſ.ſeptem uitia capitalia poſſumus accipere hic. Primus ergo eſt ſuperbiæ ſpiritus.Prouer.16. Contritionē præcedit ſuperbia,& antè ruinam exaltatur ſpiritus.Non ſolū ſpiritus ſuperbi hominis, imò ſuperbus diabolus ſicut exaltabatur in cœlo ante ruinā propriam: ita exaltatur quotidie ante ruinam noſtrā.Secundus eſt ſpiritus inuidiæ.1.Reg 18.Nō rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa,& deinceps.Poſt diem aūt alteram inuaſit ſpiritus dei malus Saul,& prophetabat in medio domus ſuæ. Adhuc hodie hos homines ſpiritus inuidiæ uexat, qui non rectè alios inſpiciunt. Tertius ſpiritus eſt iræ. Prou.28.Ira non habet miſericordiam nec erumpens furor,& impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit?Incēdiarii diaboli ſunt iracundi.Et ideo nulla domus eos ferre poteſt timore incendii.Eccl.28.Secundum.n.ligna ſyluæ ſic ignis exardeſcit.Et ſecundum uirtutem hominis ſic iracundia illius erit, & ſecundum ſubſtantiā ſuā exaltabit iram ſuā.Quartus eſt ſpiritus auaritię.3.Reg. 20.Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum.Spiritus iſte qui perſuaſit regi Achab tollere Ramothgalia eſt ſpiritus auaritiæ qui ſemper perſuadet homini tollere temporalia.Perſuadet autē per eos pro-
phe-

phetarum,i.malorum conſiliariorum. Qui bene mendax dicitur:quia temporalia ſæpè multis mēdacijs aggregantur.Pſal.Mendaces filii eorum in ſtateris. Quintus eſt ſpiritus accidiæ. Prouerb.15.Spiritus triſtis exiccat oſſa,&c.Et Luc.13.Ecce mulier quæ habebat ſpiritū infirmitatis annis decem & octo. Et erat inclinata nec omnino poterat ſurſum reſpicere, quam cùm uideret Ieſus uocauit ad ſe,& ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Accidia enim infirmū reddit hominem decē mandatorum & octo beatitudinū:nec ſurſum ſinit reſpicere hominem ad deum.Sextus ſpiritus eſt gulæ. Iſa.19. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum uertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni tempore ſuo ſicut errat ebrius & uomens.Caue ego tibi de uertigine ebrietatis.Septimus ſpiritus eſt luxuriæ.Oſeæ.5.Spiritus fornicationis in medio eorū, & dominum nō cognoueiūt. Caue ſagittas cuiuslibet ſpiritum horum nequiorum. Ephe.6.In omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, &c Nequam ſunt ſpiritus in peccatoribus ante conuerſionē. Nequiores autem ſunt in recidiuantibus poſt conuerſionem.Vnde Iſido. Diabolus grauius illos concupiſcētiis ſeculi ferit,quos per renuntiationē ad mundi amorem reduxit. Nequiſsimi uerò ſunt in perſeuerantibus uſque ad damnationē. Iſti ſeptem ſpiritus nequam eiiciendi ſunt ſeptem modis, uidelicet uerbo prædicationis.Matt.8.Verbo eiiciebat ſpiritus. Primū enim bonū uerbi dei eſt quod per timorē humiliat cor ſuperbiā reprimens 3.Reg.21. Cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, &c.uſque:Nonne uidiſti Achab humiliatū corā te: quia igitur humiliatus eſt coram me, non inducam malū in diebus eius.Item iſti ſeptem ſpiritus nequam eiiciuntur per beneficium dominicæ paſsionis. Vnde 1. Reg.16.dicitur,ꝙ per citharam Dauid ſpiritus malus recedebat à Saul.Cithara uerò eſt Chriſtus in cruce,ſicut enim in cithara chordæ, ſic membra Chriſti ſuper lignum crucis tendebatur.Per memoriam autem paſsionis Chriſti charitas accenditur,inuidia confunditur.Albertus Magnus

dicit: Simplex recordatio ſeu meditatio paſsionis Chriſti plus ualet quàm ſi integrum annum ieiunaret quis in pane & in aqua: uel ſi quotidie legeret unum pſalterium, uel ſi quotidie uirgis & flagellis cæderetur uſque ad effuſionē ſanguinis. Hæc ille. Itē eiiciuntur exemplo bonæ conuerſationis Vnde Act. 19. dicitur, ꝙ per ſudaria & per ſemicinctia Pauli fugabātur ſpiritus nequam. Sudarium quo laborantium ſudor extergitur exemplū patientiæ in laboribus ſignat. Semicinctium autē quod eſt ueſtis ex uno latere, dependens ſignificat exemplū patientiæ uel manſuetudinis in tribulationibus. Patientia.n. indigemus in ſiniſtro latere aduerſitatis, non in dextro latere proſperitatis. Item & digito occultæ inſpirationis. Vnde in hoc euangelio. Si in digito dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum Dei. Auarus nec prædicatione, nec Chriſti paſsione, nec exemplo moueri ſolet ad reſtitutionem. Nec dei digitus ſpecialiter tangit eum. Sunt.n. auari malefici Pharaonis, ideſt diaboli qui non reprimuntur niſi in digito Dei. Exo. 8. Item ſtudio continuo orationis & ieiunii quæ ſpecialiter maximè ualent contra gulam. De his duobus dicit Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum nō eiicitur niſi per orationem & ieiunium. Item & fumo amaræ cōtritionis. Thob. 6 Cordis eius, ideſt piſcis particulam ſi ſuper carbones ponas, ſcilicet infernales per recordationē pœnarum inferni, fumus eius, ideſt cōtritio extricat omne genus dæmoniorum. Contritio.n. ualet contra omnia uitia. Specialiter tamen fumus iſte fugat dæmonium quod ſuper luxurioſos habuit poteſtatem.

De eodem, *Beatus uenter qui te portauit & ubera quæ ſuxiſti. Luc.* 11. Enarratio III.

SIcut Maria in uētre, ſic nos in mōte Chriſtum portemus. Quatuor aūt ſunt quę portanda nobis ſunt. Portare.n. debemus Chriſtū in corde per dilectionem: crucem Chriſti in corpore per caſtigationē; nomen Chriſti in ore per prædicationem: coronā Chriſti in capite per glo-

glorificationem. De primo hic: *Beatus uenter qui te portauit*. Sicut per matrem cuius eſt diligere portatur Chriſtus in caſtiſsimo uentre: ita non niſi per amantē portatur in mundo corde: Certè melius eſt portare panem in uentre, quàm lapidē uel ſerpentem. Peccatū autē lapide eſt grauius, ſerpēti horribilius. Iob 20. Panis eius in utero illius uertetur in fel aſpidum. O quantum abhorret homo ſerpentē in uentre, ſed certè periculoſius eſt unū peccatum in corde quàm tres ſerpentes in corpore. Dilectio non ſolum debet eſſe in corde, ſed etiam in opere. Ideo non ſolùm mater in utero ſed etiam Symeon in brachiis Chriſtum portauit. Libenter clariſsimi deū in utero cordis portemus, qui in utero miſericordiæ ſuæ nos portabit quouſque in lucem uitę ęternę nos portet: Iſa. 46. Qui portamini à meo utero, i. miſericordia: dicit glo. interlinearis. De ſecūdo ad Gal. 6. Ego ſtigmata domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Crux Ieſu nō ſolū ꝑ uulnera & ſtigmata paſsionū portatur, ſed ēt per pœnitentiā & carnis mortificationē & ſenſuū refrænatione 1. ad Corin. 6. in fine: Glorificate & portate deū in corpore ueſtro. Portari aūt debet tempeſtiuè ne negligamur temporis breuitate Thre. 3. Bonum eſt uiro cū portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Itē uoluntariè, ne cogamur ex neceſsitate: ſicut Symon Cyrenenſis, Luc. 23. Impoſuerunt illi portare crucem poſt Ieſum. Et ſtrēnuè, ne uincamur tētatoris importunitate. Tādiu. n. miles clypeū ſtrenuè portat quandiu inter hoſtes eſt. 1. Paral. 12. Filii iuda portantes clypeū & haſtā ſex millia octingenti expediti ad prælium. Clypeus pœnitentiā ſignificat, protegit. n. nos ab hoſte ne uulneremur. Haſta aūt eſt zelus iuſtitiæ. Sed heu multi faciunt de pœnitentia ſicut de quodā dicitur, qui clypeū uſq; ad hoſtes portauit & tunc in lutū proiecit. Greg. Incaſſum bonū opus agitur ſi ante mortē deſeratur. Et libenter portemus crucem pœnitentiæ pro Chriſto qui libēter portauit crucē pro nobis Ioan. 19. Baiulans ſibi crucē exiuit in eū, &c. De tertio dicitur de Paulo Act. 9. Vas electionis mihi eſt iſte, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus

& filiis Iſrael. Nomen Ieſu in ore portare debemus non ſolùm in prædicatione ſicut Paulus: ſed etiam in oratione & laudatione & collaudatione. Bernar. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Cariſſimi ſẽper aliquid boni portemus in ore ſicut columba, de qua Ge. 8. Portans ramũ oliuę uirentibus foliis in ore ſuo. Oliua Chriſtũ ſignificat uel uirũ iuſtũ Pſal. 51. Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei &c. Ramus autẽ eſt bonum opus uel exemplum. Folia uirentia ſunt uerba ædificatoria, ueracia, pudica, pacifica, & utilia. Hęc uerba columba, i. anima innocens in ore debet habere ſi ad Noe, i. Chriſtũ uult uenire. Sed heu quidã non colũbę dei, ſed coniæ diaboli ſunt, qui ſæpius ranã quã ramũ in ore habẽt ut detractores, mẽdaces, turpiloqui, proditores & huiuſmodi. De quibus Apoc. 16. Vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ exire ſpiritus tres immũdos in modum ranarũ. Libenter in ore portare debemus eũ qui nos uerbo oris ſui portat. ad Heb. 1. Portãs omnia uerbo uirtutis ſuæ. Porta Ieſum in ore tuo, ne te euomat de ore ſuo. Apoc. 3. Incipiant te euomere de ore meo. De quarto Eccl. 11. Inſuſpiciabilis portauit diadema. Sicut Saulus perſecutor, & Maria Magdalena, & multi quidã peiores. Mat. 21. Publicani & meretrices præcedent uos in regno dei. Ex multis laboribus, & doloribus animæ & corporis peruenitur ad portandum hanc coronã. Ideo benè dicitur Eccl. 40. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus. Nota quę ibi dicũtur. Ibi. n. per præſidẽ ſedentem ſuper ſedẽ glorioſam & par utẽtem iacintho. i. ſtola cœleſti, & portantẽ coronã ſignificari poteſt ſpiritus cuiuslibet iuſti in cœlo beatificati: per humiliatum autem in terrã & cinerem & per opertũ lino crudo, ſignificari poteſt corpus quod panno lineo inuolutũ eſt in ſepulchro. In his. n. occupatio & graue iugum erat dum adhuc in mundo uiuebãt. Et ut hanc coronam portemus in cœlo, Chriſtus pro nobis portauit coronã ſpineam in mundo. Ioan. 19. Exiuit ergo Ieſus de prætorio portans coronam ſpineam. Bernar. Deus pro te coronatus eſt ſpinis, ut te coronaret in cœlis.

De eodem, *Erat Ieſus eiiciens dæmonium & illud erat mutum. Luc.* 11. Enarratio. IIII.

IN tribus primis dominicis huius quadrageſimæ eccleſia oſtendit malitiam diaboli contra homines. In prima oſtendit quòd aliquos tentat & non uincit: ut ſũt boni firmati in bono: & iſti ſignificantur per tentationẽ Chriſti in euangelio primæ dominicæ. Secundo oſtẽdit quòd aliquos tentat & uincit & poſſidet. Et iſti figurantur in filia mulieris Chananææ in euangelio ſecundæ dominicę. In tertia dominica ut hodie oſtendit ſi nõ fuerit expulſus tunc hominem quem poſſidet facit mutum: ut patet in euangelio. Attamen ſciendum, tres ſunt muti. Primi naturaliter ut qui nunquam locuti ſunt, & tales utuntur nutibus & ſignis oculorum & digitorum & ſimilibus. Et ſic nos naturaliter sũmus filii iræ, ut dicit apoſtolus ad Eph. 2. cap. Idcirco per ſigna oculorũ & manuũ debemus noſtrum indicare defectum, de quo introitus: Oculi mei ſemper ad dominum. Pſal. 24. Hunc pſalmum fecit Dauid cum fugeret à facie Saul, & uenit in ſpeluncam ad Odollam. 1. Regum 2. cap. Et omnes amici & fratres ſui & qui erant cum eo amaro animo afflicti à Saul uenerũt ad eum. Idcirco fecit in cõtentione hunc pſalmum, Ad te domine leuaui animam meam. Et in collecta: Quæſumus omnipotens deus, &c. Et ſic nos perſecuti à diabolo cum dignè laudare dominum non poſſumus, faciamus tamẽ ſigna oculorum. Secundi ſunt muti: quia nondum inſtructi. Et ſic docemur, in epiſt. ad Ephe. 5. cap. Imitatores mei eſtote ſicut filii chariſſimi, &c. Omnis auaritia fornicatio & immunditia non nominetur in uobis, ſicut dect ſanctos. Tertii ſunt muti ob defectum alicuius infirmitatis, & hi indigent medico. Et ſic peccatores in mortali peccato conſtituti, quos diabolus fecit mutos, indigent medico ſpirituali. Et ſicut tenebræ expelli non poſſunt niſi per lucem, ſic nec diabolus niſi per Chriſtum. De quo thema: *Erat Ieſus eiiciens dæmonium, &c.* Aliud thema. *Si in digito dei eiicio dæmo-*

dæmonia,profecto uenit ad uos regnum dei. Luc.11.Matt.12. Mar.3.Captus non pungit captum murem iuxta ſe exiſtentē,imò cum ipſo ludens modicū tangit eum,ſed fugientē inſequitur uulnerans eū ungulis & dentibus. Spiritualiter,diabolus nō affligit captum peccatorem quē iuxta ſe habet ungulis tentationum ſuarum:ſed ludit cū eo tantùm mouens ipſum ad peccata ut inde ſolatium habeat.Sed uolens in uiam pœnitentiæ fugere ad Chriſtum cum omni tentationum genere illum inſequitur. Ideo dicitur Eccl.2.Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia & timore & præpara animam tuam ad tētationem.Figuratur Gene.31. Iacob cùm eſſet apud Labā non eſt perſecutus ab eo : ſed fugiente ab eo inſecutus eſt Laban cùm ſeruis ſuis munitus armis, ut ui reduceret expoliatum ad ſeruitutem eius,deus tamē illum prohibuit. Spiritualiter per Labā qui multipliciter deluſit Iacob,ſubaudi diabolū, qui licet derideat peccatorem: nihilominus tamē parcit ipſi in ſtatu peccati: ſed fugiētem per pœnitētiam perſequitur toto poſſe.Vnde Greg. 42.Mora.Hoſtis noſter quantò magis ſibi rebellari conſpicit tantò amplius expugnare contendit.Illos.n. tentare negligit,quos quieto iure ſe poſsidere ſentit. Quare dominus noſter Ieſus Chriſtus uolens nos reddere tutos hortatur ne locū demus hoſti diabolo, qui graditur per loca inaquoſa quærens requiem & non inuenit:quia homo pœnitens ut fortis armatus cuſtodit atriū ſuū,& ſic in pace ſecū ſunt quæ poſsidet. Si aūt diabolus ſuperuenerit & uicerit hominē:tunc aufert eius bona, & ſic nouiſsima hominis erunt peiora prioribus. Pugnemus igitur ſtrenuè contra diabolum, & uictoriā habebimus uirtute illius qui in digito dei eiicit dæmonia,&c. In ſumma euangelii duo innuuntur. Primò ſaluatoris potētia uirtuoſa,ibi: *Ieſus,&c.*Secundo ſubditur iudæorum malitia infectuoſa,ibi: *In Beelzebub.*De primò dicit, In illo tēpore,ſ.cū Ieſus dixit ſe uelle dare bonū ſpiritum petentibus ſe, & ad hoc deſignandū eiecit ſpiritus malos, de quo hic euangeliſta: *Erat Ieſus eijciens dæmonium,*poteſtatiuè.Nā poteſtatiuè nemo pōt expellere dæmonem niſi

ſolus

ſolus deus, Alii aũt ſancti non poſſunt hoc, ſed ſola dei inuocatione, imò nec boni angeli. Vnde Michael uolens repellere diabolum nõ dixit: Recede, ſed imperet tibi dominus, ut patet in epiſtola Iudæ, c. 1. Ergo fatuum eſt ꝙ aliquando ebrii & luſores maledicunt diabolum, quaſi talibus uerbis eum repellere uolentes: nõ ſic, ſed per gratiam dei eiicitur. Matt. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi per orationem & ieiunium. Nam dicit ſanctus Tho. in 2.2 q. 86. ar. 1. In diabolo conſiderãda ſunt duo, natura & culpa. Natura eſt bona & a deo: nec maledicere licet: ſed culpa eſt maledicẽda, ut facit eccleſia, dicens: Maledicte diabole. Sed cũ peccator maledicit diabolo propter culpã: ſimili ratione iudicat ſe maledictione dignum. Eccl. 21. Cũ impius maledicit diabolum maledicit ipſe animã ſuam. Ideo Chriſtus uerus Deus fecit hoc poteſtatiuè quaſi propria uirtute, ut patet Mar. 1. In poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Iob 41. Nõ eſt poteſtas ſuper terrã quæ comparetur ei, qui factus eſt ut nullũ timeret. Nota dæmones poſſunt duobus modis in hominibus habitare: potentialiter & præſentialiter. Primo potentialiter, ſicut rex in regno, & ſic habitat in peccatorib. Et ſic Mar. 16. dicitur: Maria Magdalena ſeptẽ dæmonia habuit, i. ſeptẽ uitia. Accidit enim dęmonibus ſicut uolucribus, miluis, & canibusqui illic currunt & morãtur ubi ſentiunt cadauer fœtidum, & tantò citius ſentiunt quãtò fętidius exiſtit. Sic homo per peccatum efficitur fœtidus, & in tali fœtore delectatur diabolus: & accipit manſionẽ & poteſtatẽ in ipſum. Primi in quibus habitat diabolus ſunt ſuperbi. Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ, ſ. Lucifer uel Beelzebub, i. uir muſcarum: quia homo ſuperbus habet muſcas multas; i. ſolicitudines. Tullius: Quo celſior eris, ſolicitudo maior. Apoc. 9. Habebunt ſuper ſe regem angelũ abyſsi. Iſte rex multos nobiles & potẽtes habet. Aug. plures potentes & ſuperbos tenet nomine nobilitatis: plures autoritatis nomine hos non timet. Exemplum dicit Cæſarius de adoleſcente monacho: qui cùm caſtus eſſet adductus fuit ad quendam obſeſſum pro expel-

lendo

lendo dæmonio. Cui reſpondit dæmon: Non timeo te: licet ſis caſtus, es tamen ſuperbus Iac.4. Deus ſuperbis reſiſtit. Secundo ſunt auari. Matth.4. Dabo tibi omnia regna iſta ſi cadens adoraueris me. Glo. Audi raptor, audi uſurariè & ſimoniacè quomodo inquit diabolus: Si adoraueris me. Si res per diabólum congregaſti, diabolum adoraſti. Eph.5. Auaritia eſt idolorū ſeruitus. Glo. Auaris deus eſt nūmus. Sed diabolus illorum eſt Mammon. Matth.6. Non poteſtis deo ſeruire & Mammonæ. 1. Timo.6. Qui cupiunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Tertii ſunt luxurioſi. Vnde Tob.6. Qui ita iurgia ſuſcipiunt ut deum à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita uacent ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem ſuper illos dæmonium. Ecce ſi diabolus habuit poteſtatem in matrimonio, quid extra matrimonium? Ipſi ſunt porci diabolorum. Marc.8. Exierunt in porcos Chryſo. Porci ſunt qui uitam ſuam ſcenoſæ libidini mācipant. Et iſte diabolus uocatur Aſmodeus. O quot ſunt ſibi obedientes. 1. Ioan.5. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Quarti ſunt iracundi, de quibus Iob 5. Virum ſtultum interficiet iracundia. Et Apoc.2. Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad uos habens iram magnam. Illorum dæmon eſt Sathanas, i. aduerſarius. Pſ. In ira populos confringentes. Quinti ſunt inuidi, quorum dæmon dicitur Leuiathan, i. ſerpēs tortuoſus. Nam inuidia diaboli mors intrauit ad mortem. Sap.1. Aug. Inuidia eſt uitium diabolicum: nam ab eo habuit initium hoc dæmonium quod fecit hominem mutū, ſurdum & cęcum. Sexti ſunt guloſi. Eccl.37. Propter crapulam multi obierunt. Dæmon illorum eſt Behemoth. Iob 40. Et interpretatur beſtialis, quia gula facit hominē beſtialē. Hier.4. Effuſi eſtis ſicut uituli ſuper herbam. Luc.21. Attendite uobis ne forte grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate. Ratio Greg. Dum uenter non reſtringitur cunctæ uirtutes obruuntur. Septimi ſunt accidioſi. Greg. Diabolus aſsiduè impugnat ut ſaltem tædio uincat. Iſtud eſt dæmonium meridianum faciens hominum ſomnolentum.

lentum.Eccl.30.multos occidit triſtitia. Nam Sampſon dormiens amiſit fortitudinem. Et ſic accidioſus. Pſal. Omnem eſcam anima eorum abhominata eſt,ſ.charitatis.Item ſecundo poſſident praeſentialiter: per habitationem interiorem in corpore hominis: non per informationem:quia non põt eſſe forma corporis,ſecundum quod tunc ei datur poteſtas à deo, quòd uexat hominẽ in membris.Et hæc habitatio fit quinque de cauſis.Primo propter diuinæ potentiæ oſtenſionem: ut Marc. 9. de obſeſſo ab infantia quem nullus poterat liberare niſi Chriſtus. Secundo propter culpæ punitionem. Luc.4. Erat homo in ſynagoga ſpiritum habens immundũ,ſ. propter peccatum incontinentiæ.Tob.6.Dæmoniũ poteſtatem habet ſuper illos. Tertio propter meriti accumulationem:ut patet de Sarra.Tob.3.& de Paulo.2.Corint.12.Datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus Sathanę,qui me colaphizet.Quarto propter aliorum eruditionem,ſicut de illo in quo erat legio,Luc.8.cui dixit ſaluator:Redi in domum tuam, & narra quanta fecit tibi deus.Quinto propter parentum punitionem, quia filii ſecundum corpus ſunt res parentum: ideo parentes puniuntur in filiis:ut patet de Dauid.2.Reg.12.cui dixit Nathan.Quoniam plaſphemare fecisti inimicos nomen domini,propter uerbum hoc filius qui natus eſt tibi morte morietur.Quoniam dictum eſt de diaboli aſtutia,nunc dicetur de Chriſti potentia: ſubdit: *Et cum eiecisſet dæmonium locutus eſt mutus.* Ecce aſtutus eſt diabolus & iniquus uide infra.Hiero.in homil.Tria ſigna hęc ſunt facta:Cęcus uidet,mutus loquitur, poſſeſſus à dęmone liberatur.Nota duo genera hominum facit diabolus obmuteſcere.Primo iudices & ſcabinos qui efficiuntur muti ſi aliquod munus proiiciatur.Eſa.1.Omnes diligunt munera.Exod.23. Non accipies munera quę excęcant prudentes.Eccl 20. Exenia & dona excęcant oculos iudicum,& quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum.Secundo peccatores ne confiteantur:ſicut lupus rapiens ouem ſtringit guttur eius ne clamet. Sed dicetis,quare diabolus perſequitur confeſsiunem. Reſpondeo

deo primo, quia confeſsio eſt principium ſanitatis remedium. Nã omnis peccator uulneratur peccatis in anima: ut patet Luc. 10. Deſcendens ab Hieruſalem in Hiericho. Symon de Caſsia, i. aduerſus à pace in litem hic uulneratur. Sed Aug. Omnium peccatorum uulnera ſanantur per confeſsionis medicinã. Pſ. 32. Dixi cõfitebor aduerſum, &c. Ergo diabolus claudit os peccatoribus ne ſanentur. Aug. in homil. 12. Confitere tantum modo uulnus tuum, & ſanabit te deus, &c. Boeth. Si opus medicãtis expectas, oportet ut uulnus detegas. Secundo confeſsio eſt uiolenta excluſio demonũ. Ratio quia ſicut peccatis introducitur diabolus in animam: ita confeſsione expellitur, Bernard. ſuper Cãtica ſermone 5. Per humilẽ confeſsionem remittitur peccatum: & diabolus ſuum amittit principatum. Nam ubi peccatum dimittitur, ibi diabolus expellitur & deus introducitur. Nam cõtraria in eodem ſimul ſtare non poſſunt: ut uitium & uirtus: diabolus & deus. 2. ad Corinth. 6. Quę enim participatio iuſtitię cum iniquitatem, aut quę ſocietas luci ad tenebras, quę aũt conuentio Chriſti ad Belial? quaſi diceret, nulla. Tertio illuminat cordis habitaculum. Ratio quia peccatum excæcat cor. Sapien. 2. Excęcauit eos malitia eorũ Aug. ſuper prima canonica Ioannis: Cùmq; confeſſus fueris te peccatorem, appropinquas ad lucẽ: quia confeſsio adiungit te Chriſto. Ioan. 8. Ego ſum lux mundi. Epheſ. 5. Fratres aliquando tenebrę: nũc aũt lux in domino. Vbi lux, ibi pulchritudo, Bernard. in epiſtola ad Zophiam: Ama confeſsionem & habebis decorem: quia ubi confeſsio, ibi decor & pulchritudo. Pſ. 103. Cõfeſsionem & decorem induiſti amictus lumine ſicut ueſtimento. Vide in exemplo de ſocio, qui ambulauit cùm diabolo. Quarto confeſsio facit celari diabolo peccatũ. Auguſt. Non habebit quod timeat in futuro iudicio, qui tunc confeſsionem fecerit de peccato. Iſa. 43. Narra ſi quid habes ut iuſtificeris. Leo papa: Peccatum confeſſum diabolo celabitur, ut ab eo non cõfundetur. Chryſ. & habetur de pœn. diſt. 1. Non poteſt quis gratiam Dei cęleſtis accipere, niſi purgatus fuerit ab omni ſorde peccati

cati per pœnitentię confeſsionem, ſcilicet loquendo de mortali. Gloſa ibidem: Quia in peccato ſunt tria, ſcilicet delectatio, impudentia, & perpetratio. Contra delectationem contritio, contra impudentiam confeſsio, cõtra perpetrationem ſatisfactio. Sed diceres, tamen deus omnia uidet: quid opus eſt confiteri? Reſpondet Aug. lib.8.homil.12. Vult deus ut reuelet homo, ne diabolus habeat quod obiiciat. Item ut uerecundiam habeat. Itẽ ut ſe humiliet & obediat. Aug. Homo accuſat ut deus excuſet. Item ut uereatur. Richardus de ſancto Victore: Quantò uerecundia maior fuerit, tantò clarior confeſsio in oculis dei apparebit. Item ut ſe humiliet. Gregor. Superbiendo à Deo receſsimus, humiliando accedamus. Auguſt. Acriores dolores diabolo non facimus, quàm quòd peccata noſtra confitendo ſanamus. Exemplum de fratre quęre in Luca Pariſienſi: & de tempore, ſermone ſexageſimo primo E. Quęritur cur deus hominem fecerit qui poſsit peccare, uel quem ſciteſſe damnaturum. Ad hoc aſsignantur plures rationes. Prima ut oſtendatur Dei omnipotentia inconuertibilis: omnis autem creatura mutabilis eſt. Secunda ratio ut declaretur dei ſapientia quę ex malo ſcit elicere bonum, quod non poſſet fieri niſi deus feciſſet creaturam uertibilem in malum. Tertia ut manifeſtetur dei clemẽtia, quia per mortem deus hominẽ perditum liberauit. Quarta ut oſtendatur dei iuſtitia, quia nõ ſolum reddit bonis pręmia, ſed etiam malis ſupplicia. Quinta ut homo non ſit peioris conditionis quàm alię creaturę, quibus deus ſic adminiſtrat omnibus, ut eas agere propriis motibus ſinat. Vnde & hominem proprio arbitrio ſuo reliquit. Sexta eſt laus humana: laus enim eſt uiri iuſti qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus. Septima eſt decor uniuerſi: qnia oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt: ita mali cõmunicant bonis adinuicem cõparati. Octaua ut boni per malos exercitẽtur & probẽtur. Et ex illis patet ꝙ homo debet uiuere ſecũdum propriã rationem, quę ſemper deprecatur ad optima. Ad bonum gratię non poteſt quis peruenire per ſe, cum non ſit

ſecun-

ſecundum limites naturæ,ſed ſecundum influentiā largitatis diuinæ. Sicut.n.creatura pro ſua defectibilitate ſuo principio ſemper indiget,ut ſit in eſſe naturæ.ſic illud principium pro ſua bonitate influere nō ceſſat creaturæ rationali uitam ſpiritualem, ut bene ſit in eſſe gratiæ:quam habere non poteſt ſine deo largitore. Veruntamen inexcuſabilis eſt homo ſi gratiam gratum facientem non accipit quia gratia gratis data ſemper præſto eſt liberum arbitrium excitare & commouere, cuius eſt huic motioni conſentire quo facto poterit homo gratiam gratum facientem habere,hoc eſt ad gratiam gratum facientem ſe præparare. Quanuis enim gratia habeatur dei dono efficiente:tamen non ſine libero arbitrio conſentiente.Vnde Auguſt. Qui creauit te ſine te: non iuſtificabit te ſine te. Igitur gratia gratum faciens à tribus eſt:ſed aliter & aliter. Eſt enim adeo efficiente, à gratia gratis data,liberum arbitrium excitante, & cōmouente, à libero arbitrio conſentiente. Quāuis enim liberum arbitrium non poſſit gratiam efficere in homine,pōt tamē ſe adhoc habilitare & præparare ꝙ habeat. Sicut aliquis non poteſt illuminare domū : poteſt tamē aperire feneſtrā.Quo facto ſol intrat & illuminat.Ergo oportet ꝙ ſemper requiratur liberum arbitrium : quia anima habet inſtrumenta & facultatem cognoſcendi & diligendi deum ex natura, ſed non habet cognitionē ueritatis ordinem dilectionis niſi ex gratia:igitur., &c. In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo potentia Chriſti inuincibilis,ibi: *Erat Ieſus eiiciens dæmonium.* Secundo ſapientia eius inæſtimabilis,ibi: *Ipſe ut uidit cogitationes eorum.*Tertio ipſius laus uenerabilis,ibi: *Extollens uocem quædam mulier.* De primo dicit. *Erat Ieſus eiiciens dæmonium,*quod prius eiecit de cœlo empireo.Ezech.28. Eieci te de mōte ſancto meo ò Cherub.ſ. propter ſuperbiā. Luc.10.Vidi Sathanam ut fulgur cadentem de cœlo ad deſignandum ꝙ omnes ſuperbi de cœlo ſunt eiiciendi. Pſ.72.Eieciſti eos dum alleuarentur. Eiectus eſt ad terra nobis ad uexationem. Ideo auditus eſt clamor in cœlo Apo.12.Væ terræ & mari, quia diabolus deſcendit ad

uos

uos habens iram magnam, ſciens quia modicum tēpus habet. Idcirco Eccl. 2. Fili ad tentationem præpara animam tuam. Hiero. Quia non poteſt uincere niſi uolentē 1. ad Cor. 10. Fidelis autē deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id ꝙ poteſtis. Idcirco Mat. 6. Ne nos inducas in tentationem. Subdit: *Et illud erat mutum*. Dicitur autem dæmonium mutum: ut dicit Titus, eo ꝙ hāc ingerat paſsionem ut tollat auditum & uerbum. Sicut aliqua herba dicitur peſtifera, eo ꝙ corpus ſua uirtute reddat infirmum. Nota ꝙ dæmon dicitur eſſe mutus tribus modis: quibus eiſdem facit peccatores obmuteſcere. Primo enim mutus eſt dæmon à laude Dei & gratiarum actione. Et nota cùm laudarēt eum ſimul aſtra matutina & iubilarent oēs filii dei: ut dicitur Iob 38. iſte tamē per inuidiam obmutuit à dei laude. Iſa. 38. Quia non infernus confitebitur tibi. neque mors laudabit te. Et ſic modò plures homines facit mutos, qui de beneficiis receptis non referunt deo gratias & laudē, ſed ſunt ſicut porcus qui non refert gratias paſcenti, ſed ēt comedendo ſemper murmurat. Secundo diabolus mutus eſt ad uerū loquendum: quia ab initio in ueritate non ſtetit, & mendax eſt & pater mendacii, ut dicitur Ioā. 8. Sic ēt multos facit modò mutos, qui ueritatem q̃ nouerunt tacent, ſed ſemper falſa emendacia loquuntur. Actu. 5. Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mētiri ſpiritui ſancto. Tertio diabolus eſt mutus ad ueniā petendā de ſua tranſgreſsione. Induratum.n. eſt cor eius ita ut per pœnitentiā molliri non poſsit. Iob 40. Induratū eſt cor eius ut lapis. Vnde legitur ꝙ quidā heremita bonę ſimplicitatis diutius rogauit deum pro uenia impetranda dæmoni. Et reſponſum eſt ſibi per angelum ꝙ deus eſſet paratus remittere pœnam: ſi dæmō pœniteret de culpa. Tunc heremita gauiſus eſt ſperans inducere diabolum ad pœnitentiam: & quęſiuit longo tempore diabolum per heremum. Cui tandem apparuit dicens: Quid quæris monache? Cui ille reſpondit: Quæro diabolum. Cui ait: Quid uis, ecce ego ſum diabolus. Volo dixit monachus te inducere ad pœnitentiam: quia deus paratus eſt

remittere culpam & tollere pęnam. Indignatus diabolus, inquit: Nequaquam ego petam ueniam, ſed ipſe pœniteat, qui me tanto tempore facit cruciari. Et ſic diabolus mutus eſt ad pęnitentiam. Ita etiam linguas multorum ligat iſto ligamine malitiæ ne confiteantur & pęniteant de peccatis. Nota dicit Magiſter in 2. Senten. d. 7. c. 1. ꝙ angeli boni per gratiam confirmati ſunt ꝙ peccare nequeunt & non habent à natura. Sed mali angeli in malo obſtinati ſunt ꝙ bene uelle nõ ualent: licet aliquando uolunt quod deus uelit: nõ tamen bona uolũtate. Nota ꝙ iſte dæmoniacus non ſolum erat mutus: ſed, ut dicitur Matt. 12. etiam erat cęcus. Theophilus autem dicit, ꝙ omnis mutus à natiuitate eſt etiam ſurdus. Et ſicut diabolus faciebat eum eſſe mutum, ita etiam cęcum & ſurdum fecerat. Vnde Chry. Magna, inquit, & miranda eſt nequitia dæmonis: alterutrum ingreſſum oppilauerat per quem ille crediturus erat, ſ. auditum & riſum: & tertium, ſ. linguam ne confiteretur. Iſtos etiam ſpirituales ſenſus tollit diabolus peccatoribus. Excęcat. n. eos interius: quia concludit oculos mentis ad ſpiritualia contẽplanda. Excęcauit. n. peccatores malitia eorum: ut dicitur Sap. 2. Certe magna eſt cęcitas auari qui non procedit pecuniæ fraudẽ. Cæcatur inuidioſus: quia reputat alterius bonum ſibi eſſe præiudicium. Cæcatur inanè glorioſus: quia quærit gloriam ubi nõ eſt quærenda. Excæcatur luxurioſus, qui non conſiderat quàm fœda ſit carnis uoluptas: & mulier quam amat. Amor iſte carnalis excęcauit Sampſonem, deiecit Dauid, infatuauit Salomonem. Vnde bene dicit quidam

Nil bene cernit amor, uidet omnia luminę cæco.
Credit amor cæcus dedecus eſſe decus.

Item diabolus facit peccatores ſurdos, ut non audiant Chriſtum pulſantem ad cor uniuſcuiuſq; nolentis ſibi aperire, ut inde dæmonem eiiciat. Nõ audiunt prædicatorem corripientem tanquam incorrigibiles. Non audiũt ſcripturam pęnas inferni comminantem tãquam inſenſibiles. Non audiunt eum cęleſte regnum promittentem, cùm dicit: Pœnitentiam agite, appropinquabit. n. regnum cęlorum:

lorum: tanquam omnia bona contemneres. Pſal. 105. Tanquam pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. De omnibus iſtis poteſt dici illud Pſal. 113. Aures habẽt & non audient. Quia facti ſunt ad ſimilitudinem aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas ad uocem adiurantis. Pſal. 57. Deinde adducitur miraculi euidentia. *Et cùm eieciſſet dæmonium locutus eſt mutus.* Quia.n. dæmon faciebat mutum, ita Chriſtum tanquam ſapiens medicus curauit morbum expellendo cauſam infirmitatis. Ipſe aperit os mutorum, & linguas infantium facit deſertas. Nota ꝙ quinque miracula facta ſunt in homine iſto. Primum quia curatus fuit à dæmonis uexatione. Secundũ quia illuminatus eſt à cæcitate. Tertium quia recipit auditum ſecundum Titum. Quartum quia recipit facultatem loquendi. Sed quia aliquis poſſet habere facultatẽ, loquendi adhuc non loqueretur ſi loqui non didiciſſet. Ideo quintum miraculum fuit, quòd cũ iſte loqui nõ didicerit nec unquam audiuerat alios loqui ſtatim locutus fuit. Tantum miraculum eſt ac ſi puer natus ſtatim loqueretur. Deinde ponitur diſpoſitio aſtantium. Quidam enim admirati erant quaſi credentes. Quidam uerò dubii miraculum refutantes. Sed quidam maliuoli opus calumniantes. Vnde dicit: *Et admiratæ ſunt turbæ.* Eſt autem admiratio ſuper cauſa inconſueti effectus occulta ratiocinatio. Et ideo turbæ hoc miraculum in aliquod maius hodie referebant. Vnde Matth. 12. dicitur: Stupebant omnes turbæ & dicebant: Nunquid hic eſt filius Dauid? Glo. Ob miſericordiam inquit, & beneficium filium Dauid prædicãt. Deinde ponitur quomodo aliqui calumniati ſunt miraculũ. Quidam aũt ex eis dixerunt. Matth. & Marc. dicunt iſtos fuiſſe ſcribas & phariſæos. *In Beelzebub principe dæmoniorum eiiciet dæmonia.* Turbę laudauerunt miraculum: phariſæi aũt nõ potentes negare publicum factum, conati ſunt illud peruertere dicẽtes ꝙ in uirtute dæmonis facta eſſet electio. Nota Ninus cõditor ciuitatis Niniue, propter conſolationem de morti Beli patris ſui ſtatuam fecit in honorẽ patris: ad quã cõfugientes qui furtum fecerunt & qui rei erant, ueniã me-

ſebantur. Vnde ipſam ſtatuam cœperunt reuereri. Et tan dem ſuccedente tempore diabolo inſtigāte diuini hono ris ipſi ſtatuę ſunt attributi. Et ſic incœpit cultus idololatriæ: ut dicitur Sap. 14. Hunc deum Chaldæi appellabant Beel: Paleſtini Baal: Moabitæ Beelphegor, diuerſis uocibus ſecundum diuerſitatem linguarum uocabant. Sed iudęi deriſoriè uocabant illum Beelzebub, ideſt deū uel uirum muſcarum: quia magna multitudo muſcarū erat in templo eius propter ſordem cruoris immolati. In hoc autem ſimulachro dicebant habitare principem dæmoniorum fortè propter tria: uel quia in eo fuit idololatriæ principium. Aut quia cultus eius erat generalis apud omnes gentes. Licet enim quædam natio ſpecialis alios haberet deos, hunc tamen uelut uniuerſalē deū omnes uenerabantur. Vel quia nullum idolum reperiebatur efficacius iſto. Attende contraria fuit iſta contumelia Chriſto, qua iudæi reputauerunt Chriſtum uelut maleficum mendacem, quòd in uirtutæ dæmonis faceret miracula. Sed diceres, ualde mirabile eſt unde moti fuerunt iudæi de Chriſto hoc opinari. Et eſt dicendum ꝙ iudæi non credebant Chriſtum hoc feciſſe uirtute dęmonis: nullū .n. ſignū apparebat ad hoc. Si tamē agitati ſtimulo inuidiæ non conſiderauerunt an dicerent uerum uel falſum: dummodo tamen aliquo modo poſſent uitiare iſtud miraculum. Vnde Chryſ. Inuidia non quærit quid dicat, ſed ſolùm ut dicat. Item ibidem inquit: Nulla malitia peior eſt inuidia. Adulter in breui cōplet peccatum ſuum. Inuidus autem nunquam quieſcit. Sed ſicut ſcarabei nutriuntur ſtercore: ita inuidi aliorum infortuniis. Et ideo ſecundum Remig. Solo odio moti & inuidia nihil ſordidius inuenientes, quod obiicerent domino dicebant, ꝙ *in Beelzebub eiiciebat dæmonia*. Vnde nota ꝙ in iſta contumelia peccauerunt peccato grauiſsimo, ſ. in ſpiritum ſanctum, in eo ꝙ reſtiterunt ueritati quàm tamen cognoſcebant. 2. ad Thim 3. Quemadmodum Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt ueritati, &c. Et ideo ſaluator aggrauat peccatum iſtud; ut patet ſecundum Marc. 3. in iſto loco quo dicit:

Quicunque dixerit cõtra filium hominis remittetur ei: ſed qui dixerit uerbum contra ſpiritum ſanctum, ideſt contra id quod ſpiritus ſanctus aperto corde demõſtrat: non remittetur in hoc ſeculo, neque in futuro. Deinde ponitur quomodo aliqui non tantum conuitiabantur, ſed quærebant experimentum miraculi. *Et alij tentantes:* cùm tamen ſcriptum ſit: Non tentabis dominum deum tuum. Deut. 6. *Signum de cœlo quærebant*, quaſi diceret: Neſcimus in qua uirtute facias miracula: ſed ſi aliquod mirabile ſignum de cœlo feceris, ſicut Moyſes columnam in aere. Ioſue uerò fecit Solē ſtare immobilem. Helias autem fecit ignem de cœlo deſcendere ad combuſtionem inimicorum ſuorum. Ezechias autem fecit Solem retrocedere. Si aliquid iſtis ſimile feceris credemus ex hoc quòd diuina uirtute miracula facias. Sed quia iſti non deſiderabant ſignum ut ex hoc crederent, ſed magis ut delectarentur in nouitate miraculi: ideo non dedit eis ſignum de cœlo. Nota in tribus dominicis ſequentibus legitur euangelium de dæmonio. Ratio quia quatuor genera hominum tentat diabolus. Primo quoſdam tentat & non uincit: & iſti ſignificãtur per tentationem Chriſti. Secundo aliquos tentat & ſuperat, & uexat male. Iſti ſignificãtur per filiam mulieris Chananeæ. Tertio aliquos tentat & ſuperat: & tamen poſtmodum per contritionem expellitur. Iſti ſignificantur per dæmoniacum qui curatus fuit. Quarto aliquos tentat & ſuperat, & fugatus fugit, ſed tandem reuertitur. Iſti ſignificantur per hoc cum dicitur: Cum immundus ſpiritus, &c. Nota Chriſtus dæmonium hic expulit, & legitur nobis in exemplum. Nam in tribus caſibus aliquis de domo conducta expelli poteſt. Primo quãdo penſionem non ſoluit, & ſic diabolus. Nam deus dedit homini tria, de quibus uult habere penſionem, ſ. corpus, animã, & res, de corpore requiritur ieiunium, ſed diabolus prohibet quia eſt ſibi uenenum. Ambr. Ieiuni hominis ſputũ ſerpẽtes interficit. De anima orationes, ſed diabolus prohibet: quia ſunt ſibi incendium. Tob. 6. Cordis particulam ſi ſuper carbones ponas ſumus eius extricat omne

ne genus dæmoniorum. De rebus uult habere eleemoſynam, diabolus prohibet: quia ſunt ſibi iacula. Eccl. 29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna uiri quaſi ſacculus cum ipſo: & gratiā hominis quaſi pupillam cōſeruabit: & poſtea conſurget & retribuet illis retributionē unicuique in caput illorum. Super ſcutum potentis & lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. Secundo quis expellitur. quando domum ad malum uſum conuertit. Et ſic diabolus. Apoc. 18. Facta eſt habitatio dæmoniorum Babylon, ſ. in auaritia & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, ſ. in luxuria, & cuſtodia omnis uolucris mundæ, ſ. in ſuperbia. Tertio expellitur quis de domo, quādo dominus per ſe uult inhabitare ſicut & nunc. Ioā. 14. Ad eum ueniemus & māſionem apud eum faciemus. 1. Corinth. 3. Templum domini ſanctū eſt quod eſtis uos. Item ſciendum multis modis debemus diabolum eijcere. Primo ut canem de coquina, ſ. callida aqua, hoc eſt lachrymis contritionis. Pſ. Contribulaſti capita draconū in aquis, ideſt peccata capitalia. Figuratur Exod. 14. Pharao ſubmerſus eſt in mari Rubro, i. diabolus in lachrymarum fluuio. Et ſic eiecit eū Maria Magdalena. Luc. 7. Hanc aquam non habuit Iudas, &c. Secundo ut homo expellitur de domo per ſtillicidium, ſ. prædicationis. Iob 14. Stillæ cadentes excauant lapidem, i. lapidea corda. Figuratur Matth. 8. Obtulerunt ei multos dæmonia habentes & eiiciebat ſpiritus immundos uerbo. Tertio ut homo eiicietur de domo per fumum, ſ. orationis. Tobiæ 6. Particulā cordis eius ſi ſuper carbones poſueris, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Figuratur. 1. Reg 16. Dauid cithara ſua fugauit ſpiritum malignum de Saul. Quarto eiicitur ut uulpis de antro, ſ. fame: ſic per ieiunium eiicitur diabolus. Matth. 17, Hoc genus dæmoniorum in ſolo ieiunio & oratione eiicitur. De quo in litera: Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine quærens requiem per loca inaquoſa, i. arida, & nō inuenit. Prouer. 26. Cùm defecerunt ligna extinguitur ignis. Et Iſid. Ardentes ſagittæ diaboli, ieiuniorum frigore

gore ſunt reſtringendæ. Quinto ut ribaldus eiicitur de ciuitate,ſ.uirga diſciplinæ. Prouer.22.Stultitia colligata eſt in corde pueri,& uirga diſciplinæ fugabit eam, ut patet de ſancto Benedicto,ſimiliter de ſancto Machario, qui ſentiens ſtimulum carnis aggrauauit corpus eius põdere lapidum. Cui abbas dixit: Machari quid portas? Reſpondit: Vexo uexantem. Vel debet eiici uirga crucis. Iſa.30.Pauebit Aſſur uirga percuſſus. Hac uirga eiectus eſt diabolus.De quo,Ioan.12.Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Nota ergo primum dæmonem debemus eiicere ut ſerpentem de uinea per odorem,ſ. humilitatis:quia humilitas eſt herba odorifera,quę deum attrahit & diabolũ expellit.Can.1.Dum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorẽ ſuum. Nardus eſt parua herba,& dicitur odorifera.Can.2.Vineæ florẽtes odorem dederunt,ideſt animæ humiles attrahũt deum.Luc.1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Et expellunt diabolum,ut patet in uita ſancti Antonii, cui dixit diabolus: O humilitas tua me uinxit.1.Reg.15. Nonne cum paruus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? Secundum dæmonẽ auaritiæ debes eiicere ſicut ſerpentem ab homine per denudationem: quia fugit hominem nudum. Et ſic debes te denudare à male quæſitis.Aug.Si tenes obolũ teneris à diabolo.Luc.11.Quod ſupereſt date eleemoſynam.Tertium dæmonem luxurię debes eiicere ſicut ribaldum de ciuitate,i. uirga diſciplinæ.Eccl.11.Malitia unius horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Quartum dæmonem iracundiæ,ſ. Sathanã debes eiicere ut hominem de domo per ſtillicidium,ſ. uerbi dei. Matth.5. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Matth.8. Eiecit ſpiritus immundos uerbo. Quintum dæmonem inuidiæ,ſ.Beelzebub per fumũ deuotæ orationis.Sextum dęmonem gulæ,ſ.Behemoth ſicut uulpem de antro.Septimum meridianum,ſ.accidiæ ſicut canem de coquina,uide ſupra.Item ſciendum quare debet eiici:quia facit hominem mutum. Nam diabolus facit ut lupus qui capit ouẽ,nõ per pedẽ,nec per manũ,ſed ꝑ collũ. Sic diabolus eſt lupus. De quo Ioan.10.

Lupus capit & diſpergit oues. Qui non tenet peccatorē per pedes, quia dimittit hominem ambulare ad eccleſiā. Non per manum: quia permittit eleemoſynam dare. Non per aurem: quia permittit eum uerbum dei audire: ſed duntaxat tenet eum per guttur ne manifeſtet iniquitates in confeſsione. Nam diabolus facit ut fur qui intrat domum & claudit oſtium, id eſt os ipſius peccatoris: manu in qua ſunt quinque digiti. Primus digitus eſt pudor. De quo Eccl. 4. Non confundaris pro anima tua dicere uerum. Et ſic obmutuit Adam Geneſ. 3. Huic digito reſiſtere debes per memoria reuelationē tempore iudicii. Matt. 10. Nihil opertum quod non reueletur: & occultum quod non ſciatur. Et 1. ad Corinth. 4. Veniet dominus & illuminabit abſcondita tenebrarū. Ber. Inſania eſt, quòd ablui pudet, & inquinari non pudet. Secundus digitus eſt timor, ut patet de Giezi. 4. Reg. 5. Qui timuit confiteri ueritatem cùm interrogatus fuit ab Heliſæo unde ueniret. Ideo ſtatim percuſſus eſt lepra: Et ſic accidit illis qui timent confiteri, poſt hoc. n. publicatur toti mundo. Ideo Pſal. 13. Trepidauerunt timore ubi non erat timor. Nam qui timet nunc coram ſacerdote uno: poſt hoc timebit coram uniuerſo mūdo. Iob 6. Qui timet pruinam cadet ſuper eum nix. Ille digitus habet excludi per timorem iudicii. Pſal. 118. A iudiciis enim tuis timui. Tertius digitus eſt malus amor ad peccatum. ut patet de Anania & Saphira: qui amore pecunię noluerunt confiteri ueritatem: ideo ſtatim ſubitanea morte præuenti ſunt Act. 5. Nam ſicut ualde horribile eſt de ueneno ſo homine, q̄ ueretur educere brachiū ad phlebothomiā ut ſanetur in toto corpore: ſic de peccatore ut aperiat os ad ſalutem animæ. Prouer. 10. Vena uitę eſt os iuſti: & os impiorum operis iniquitatē. Quartus digitus eſt hypocriſis, ſeu uanagloria. Dicunt. n. Ille dicit me fore bonum, non ualeo ſibi confiteri. De quibus Oſeæ 13. Colligata eſt iniquitas Effraim, abſconditum eſt peccatum eius. Illi faciunt ad Adam qui foliis ficuum operuit ſe poſt peccatum. Sic tales cū apparentia boni uolunt occultare peccata. Boeth. Si opus medicantis

tantis expectas, oportet ut uulnus detegas. Quintus digitus eſt negligentia ſeu conſuetudo mala. Prouerb. 18. Impius cum in profundum peccati peruenerit, contemnit, ſ. pœnitentiam. Sicut Iudas Matt. 27. Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos: & abiens laqueo ſe ſuſpendit Hieron. Iudas plus deſperando deum offendit, quàm tradendo. Sicut & Cain Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Super quo Ber. Mentiris Cain, maior eſt dei miſericordia quàm quæuis noſtra miſeria. Ergo nemo debet deſperare. Auguſt. Quid conuerſo non ignoſcitur, cùm effuſori ſanguinis ignoſcebatur? Bernar. de imaginæ uitæ dicit: O anima mea quare te tot bonis ſpoliaſti, quare fruſtra honoribus cor priuaſti, quare tot bona neglexiſti, quare tot annos, tot dies, tot horas ſine fructu uixiſti. O domine deus quot tēpora effluxerunt, in quibus ſine fructu ut aſpicio uixi, qūo ſubſiſtam corā te. Qūo ad te potero leuare faciem meā in illo magno & terribili examine, quādo numerare iuſſeris omnes dies meos quęrens fructum meū. O domine cur non intromiſi ullo tempore te uerſari in corde meo, te tota mente amplecti, in tua dulcedine delectari omnia interiora mea, ubi tunc eram quando tecum non eram, cum à te habeat omnis creatura quicquid habet deſiderabile, laudabile, delectabile. Heu domine nūc intelligo, ſed confiteri erubeſco: ſpecies & decor creaturarum decebit oculum meum, & non aduerti, quia ſpecioſior omnibus creaturis tu es, quibus tātummodò unā guttā tuæ inæſtimabilis pulchritudinis contuliſti. Quis. n. cœlum ornauit deſideribus, aerem uolucribus, aquas piſcibus, terrā plantis, niſi tu clementiſſime pater? Hæc omnia non perpendi, ſed tam dilectionē multoties offendi. Sed tamē propter tuam miſericordiā non diffido: ſed iā imploro, quia ſex miſericordias tuas reperi in me. Prima ꝙ me à multis peccatis in ſeculo retraxiſti. Secunda ꝙ conuerſionem meam expectaſti. Tertia ꝙ contritionem mihi dediſti. Quarta ꝙ me pœnitentem miſericorditer ſuſcepiſti. Quinta ꝙ mihi uirtutem perſeuerandi cōtuliſti. Sexta ꝙ mihi gratiam ad promerendam

rendam gloriam contuliſti. Anſelm. in libro, Cur Deus homo: Quid miſericordius intelligi poteſt, quàm quòd Deus pater dicit miſero peccatori æternis ſuppliciis deputato, & unde ſe redimat non habenti. Accipe unigenitum meum & da eum pro te, & filius dicit: Pręſto ſum tolle me, & redime te. Ambroſius: Non ſunt hominis bona quæ ſecum ferre nō poteſt: ſola miſericordia eſt omnes defunctorum.

De eodem, *Si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò uenit in uos regnum Dei. Luc. 11. Matth. 12. Mar. 3.* Enarratio V.

HIppocrates in prognoſticis: Cùm aues propè terrā nidificant, peſtilentiam futuram quàm naturaliter præſentiunt & fugiunt, deſignat. Spiritualiter, ſic dum amor cordis ad terrena inclinatur, tunc ira ſummi iudicis quaſi peſtilentia futura timeatur. Ne ergo in peſtem iræ dei incidamus, debemus oculum mentis eleuare. Et hoc docet officiū miſſæ. Primò introitus: Oculi mei ſemper ad dominum, &c. In collecta. Quæſumus omnipotēs deus uota humilium reſpice, atque ad defenſionem noſtram dexteram tuæ maieſtatis extende. Apoſtolus in epiſtola Eph. 5. cap. Eſtote imitatores Dei, ſicut filii chariſsimi. Ambulate in dilectione ſicut Chriſtus dilexit nos. Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia non nominetur in uobis. Nam dicitur, ibidem: Auaritia eſt idolorum ſeruitus, & auarus non habet hæreditatem in regno Dei. Ergo in uirtute Dei debes eiicere dęmonia: ut habeas partem in regno dei. Iſta eſt ſecunda pars principalis iſtius euangelii, in qua tangitur ſapientia eius inæſtimabilis cùm dicitur: Ipſe autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis. Quia eorum opinio, ut dicit Chryſ. erat ualde irrationalis quòd in Beelzebub eiiceret dęmonia. Idem: Nam phariſæi metu multitudinis non audebant eum diuulgare: ſed in animo ſuo uertebant. Dominus autem, ut dicit Hieron. non ad dicta ſed ad cogitata reſpondit: ut ſic compellerentur credere potentiæ

tentiæ eius:qui cordiũ uidet occulta: hoc.n. nec aliqua creatura ſcire põt. Hebr.4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis Dei,nec eſt ulla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.Conſequenter quinque rationibus manifeſtè oſtẽdit Chriſtus ꝙ non eiicit dęmonem in uitute dæmonis: ſed in uirtute deitatis. Prima ratio ſumitur ex his quæ apparent in congregationibus hominũ,& eſt talis:Omnis cõitas hominum inter ſe diuiſa durare nõ poteſt, ſiue ſit ciuilis ſiue politica,ut eſt regimen ciuitatis : ſiue ſuerit œconomica, qualis eſt regimen domus & familiæ.Conſtat autem ꝙ diabolus habet regimen ſuũ: ergo ſi diuiſio eſt in regno,utpotè ꝙ alter alterũ eiiciat:tunc certè regimen ſtare non poterit.Sed hoc eſt falſum. manet.n.regnum diaboli,quia maximam partem habet in hominibus: ergo ſequitur ꝙ in uirtute dæmonis nõ eiicio dæmonia . Et hoc eſt ꝙ dicitur: *Omne regnum*, ideſt omnis politia & cõitas in ſeipſum, ideſt, *contra ſeipſum diuiſum deſolabitur. Et domus*, ubi habes cõitatem œconomicam,ſi fuerit ſupple diuiſa contra aliam domum:domus ſuprà domum cadet,ita ut utraque uadat in ruinã. Nam ut Saluſtius,dicit: Sicut concordia paruæ res creſcunt,ſic diſcordia maximæ dilabuntur. Et addit ad propoſitum:Si ergo Sathanas in ſeipſum diuiſus eſt: quod cõtingit ſi alter eiicit alterum quõ ſtabit regnum eius? certè ſtabiliri non poterit. Hoc autem totum ſequitur quia dicitis imprudenter,& ſine aliqua ratione in Beelzebub me eiicere dæmonia.Secunda ratio talis fuit.Nõ ſum ego minor quàm apoſtoli mei,quibus ego dedi uirtutem eiiciendi dęmones:ſed nos creditis ꝙ diuina operentur uirtute.Nunquàm enim impoſuiſtis eis quòd eiicerent in Beelzebub.Ergo in uirtute Dei ego eiicio dæmonia. Hoc eſt ergo quod dicit interrogatiuè ratiocinando. Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia ut dicitis; filii ueſtri, ideſt Apoſtoli mei nati ex uobis in quo eiiciunt ? Quod ſi dixeritis in Beelzebub, quare ergo non calumniamini opus eorum ? Si uerò dixeritis,in uirtute Dei eiiciunt, ideo per hanc ipſam uirtutem quàm habent ipſi diuinitus iudices ueſtri erunt,

Quia

Quia ſicut per illam uirtutem eiiciunt dęmones: ita per eandem uos dæmoniacos iudicabunt in condemnationem. Promiſit enim Chriſtus apoſtolis: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Si.n. habent uirtutes ſuper angelicos ſpiritus: multò magis ſuper homines. 1. ad Cor. 6. Neſcitis, inquit, apoſtolis quoniam angelos iudicabimus, quātò magis ſecularia. Vel ut dicunt Bæda & Hiero. Filios eorum appellat exorciſtas eiuſdem tēporis. Nam Salomō, ut dicit Ioſephus, propter ſuam ſapiētiam adinuenit quædā carmina pauca uerba continentia: & quoſdam characteres quos faciebat ſculpi in gemmis, & ſi radix cuiuſdam herbæ ſupponebatur ipſi gemmæ, ualebat ad expulſionem dæmonis. Vnde exorciſtę qui habebant officium curandi dęmoniacos prædictam gemmam characteribus ſculptam radici dictæ herbæ ſuppoſitā ponebant in ore arreptícii, & paucis illis uerbis Salomonis adiurabāt dæmonē: ut exiens ſubuerteret peluin aqua plenam in medio poſitam in ſignū ſuę eiectionis, & ſic fiebat. Et hoc dicit Ioſephus propriis oculis ſe uidiſſe coram Tito & Veſpaſiano cùm captiuarent Hieruſalem. Si igitur iudæi credebant ꝙ exorciſtæ eiicerēt dæmonem in uirtute dei. Hoc idem debuiſſent credere de Chriſto. Et ideo exorciſtæ iudices erūt iudeorum: quia ex ipſis exorciſti ſumitur cauſa: quare iudicandi & condemnandi ſunt iudæi. Tertia ratio talis eſt. Regnum dei debet deſtruere regnum diaboli: ſed regnum dei eſt intra uos. Igitur iudicio iſto tunc aliæ nationes omnes pertinēt ad regnum diaboli: quia uos ſoli ut putatis, eſtis regnum dei. Ergo ſi inter uos operor eiectionē dæmonis, hoc non eſt niſi in uirtute dei cuius eſt regnum. Et hoc eſt quod dicit. *Porro ſi in digito dei*, hoc eſt in ſpiritu dei: ut habetur in Mat. cap. 12. Spiritus eius diuinus in operandis miraculis, digitus appellatur. Vnde Magi Pharaonis de miraculis Moyſi & Aaron qui deficiebant uirtute dixerunt: Digitus dei eſt hic, eiicio dæmonia: *profectò peruenit in vos regnum dei.* Et ut habeatur forma rationis ponatur conſequens pro antecedente hoc modo. *Porro ſi peruenerit in uos regnum dei, profectò*

in di-

In digito dei eiicio dæmonia. Et eſt modus coloratus argūmentandi in rethoricis quādo cōſequens eſt notabilius antecedente ſtante reputatione omnium. Quarta ratio eſt magis manifeſta ſecūdum Mat.& eſt talis. Nullus poteſt uiolenter tollere aliena niſi poſſeſſorem uincat & ſuperet propria uirtute: ſed cōſtat ꝙ ego uiolenter tollam à dæmone ea quæ poſſidet: eiicio.n. eum à poſſesſionibus ſuis & in uſum meum capio. Ergo oportet ꝙ prius uincā & ſuperē eum propria uirtute. Vnde dicit: *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.* Fortis eſt diabolus in naturalibus. Dan.7. Ecce beſtia terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedēs atque comminuēs, & reliqua pedibus conculcās. Et eſt armatus, cuius arma ſūt omnia iſta mūdana. Nā pulchritudo eſt ſagitta quæ uulnerat cor per concupiſcentiā. Diuitiæ ſunt quæ occidunt: & ſic quæcunque alia tēporalia. Sed licet armatus ſit diabolus ad oſteſionem, caret tamen armis defenſionis. Et ideo armati contra eum incedamus. 2. ad Cor. 10. Arma noſtræ militiæ non carnalia ſunt, ſed ſpiritualia ad deſtructionem munitionū. Cuſtodit atrium ſuum. Nomine atrii mundum oportet intelligi. Atrium diaboli mundus eſt iſte, quod diabolus cuſtodiebat: ſicut tyrānus cuſtodit ciuitatem ne ſibi tollatur. *In pace ſunt omnia quæ poſſidet*, quia nemo ſibi reſiſtit. Sed iſta eſt mala pax. Malum enim eſt pacem facere cum ſerpente, peior eſt conuerſatio, quia periculoſa eſt. Melior enim eſt tuta guerra, quā pax dubia. Tollitur.n. qui dominabatur diabolus. Sed attendamus eiectionem ipſius: *Si autem fortior*, iſte fortior illo eſt Chriſtus 1. Reg.2. Non eſt fortis ſicut deus noſter ſuperueniēs. deſuper uenit Chriſtus cum deſcendit de cœlis in mundū. Io.3. Qui de cęlo uenit ſuper oēs eſt, uicerit cū. Apoc.5. Ecce uicit leo de tribu Iuda: *uniuerſa arma eius aufert in quibus confidebat.* Abſtulit Chriſtus diabolo arma & reliquit eum inermē. Abſtulit luxuriam præbendo caſtitatem. Abſtulit auaritiam per largitatem, ſuperbiam per humilitatem & ſic de reliquis. Sed tamē adhuc fatui homines ponunt gladium in manu diaboli, & puniuntur ab eo.

ab eo. *Et ſpolia eius diſtribuet.* Spolia dæmonis erant animæ quas rapuerat: ſed Chriſtus abſtulit ſibi illa ſpolia, & diſtribuit in regno militātis & triumphātis eccleſiæ, in diuerſis dignitatibus & pręmiis. Quoſdam quidē apoſtolos, & euāgeliſtas, quoſdam uerò martyres, quoſdam doctores, alios uerò continētes, & ſic de diuerſis modis. Pſal. 67. Aſcendit deus in altum: captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Quinta talis ratio eſt: Ego non operor uirtute illius, qui mihi contrarius eſt uoluntate, & actu: ſed diabolus his modis mihi eſt contrarius, ergo nec auxilio, nec uirtute ipſius eiicio dæmonia. Minorē probat in litera, tū ad utrāque eius partē. Et primò oſtendit, ꝙ diabolus diſſentiat Chriſto in uolūtate. *Qui non eſt mecum:* ut quod ego uolo ipſe uelit: *contra me eſt:* Sine dubio hoc ueritatem habet: quia omnis creatura tenetur ſe conformare diuinæ uoluntati. Et ideo ipſū non uelle eſſe, cōtrarium eſt ipſi uelle. Probat etiam partem aliam. *Et qui non colligit mecum, diſpergit.* Verè Chriſtus diſperſas oues colligere uult: ſed diabolus etiam collectas diſpergit. Ioan. 10. Lupus capit & diſpergit oues. Tertio poſtquàm Chriſtus reprobauit falſam calumniā. Nā ſecūdum quod dicit Cyrillus, ut perfectè diſputationē terminet, oſtendit unde mouebantur iudæi, ꝙ hæc ſentirēt de Chriſto, ſcilicet ꝙ eiiceret dęmones in uirtute Beelzebub. Et cauſa eſt: quia peiores erant quàm unquā fuerūt tempore præterito, & maiori dæmonū multitudine poſſidebantur, quàm etiam ante legē. Vnde dęmones eos incitabant, ut inuidioſe talia loquerentur: Et hoc eſt quod dicit: *Cùm immūdus ſpiritus.* Diabolus dicitur ſpiritus per naturā: ſed dicitur immūdus, quia immundas cogitationes nobis ſuggerit, ſicut porcus qui uolutatur in fimo: *Exierit ab homine,* ſub nomine hominis totū intelligit iudaicum populum. Nam, ut dicit Cyrillus: Cùm habitarent in Aegypto ſpiritus immundus erat in eis, qui poſtea ab eis receſſitur quando mactauerunt agnum Chriſtum in figura, & liniti ſunt eius ſanguine, & quando in monte legem acceperunt. *Ambulas per loca arida & inaquoſa,* ideſt corda gentiliū & paganorum, quę nullo erāt

gratiæ

gratiæ imbre irrigata. Talia corda perābulauit diabolus ritum idololatriæ & criminū maculas immittēdo: *querens requiem,* cum non potuit requieſcere in iudæis, ideo quærebat requiem in gentilibus. Deinde reditum dæmonis oſtēdit: *Et non inueniens dicit, Reuertar in domum meam:* Nam ſecundum Rabanum putabat ſe diabolus perpetuā requiem habere in gentibus, ſed apparēte dei filio in carne gentiles fidem ſuſceperunt. Ideo in eis quieſcere nō potuit. Vnde dixit: *Reuertar in domum meā unde exiui,* i. in iudæos per infidelitatem. Habeo enim iudaicam domū unde exiui tempore Moyſi: ad illos uolo reuerti tēpore Chriſti. *Et cum uenerit, inuenit eam ſcopis mundatam & ornatam.* Vacabit enim iudaicus populus ab obſeruātia legis & operibus uirtutū per negligētiam, quia ueniēte Chriſto ceſſauit omnis ritus legis eorum: circuncifio, ſacrificia, & cærimonialia: nec uoluerunt ſe exercitare in lege Chriſti. Erat mundatus populus ille ſcopis. Scopa enim non tollit tenaces ſordes, ſed ſuperficiales. Ita iudæi mūdabant ſola exteriora, & intus erant ſordidi Mat. 23. Væ uobis ſcribæ & phariſæi, uæ uobis hypocritæ qui mūdatis quod deforis eſt calicis & parapſidis, intus autē pleni eſtis rapina & immuditia. Erat nihilominus iudaicus populus ornatus quibuſdā exterioribus obſeruantiis diuinæ legis. ſequitur: *& tunc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus,* ideſt uniuerſitatē uitiorum. Sicut uirtus ſpiritus ſancti diſtinguitur in ſeptem ſpiritualia dona. Eſaiæ 11. ubi dicitur: Requieſcet ſuper eū ſpiritus ſapiētiæ & intellectus, &c. Ita uirtus diaboli eſt in ſeptē ſpiritualibus uitiis principalibus. Sequitur: *Nequiores ſe,* uerè uitium nequius diabolo, quia diabolus ſaltem naturaliter bonus eſt: ſed ipſa uitia naturaliter sūt peſſima: *Et ingreſſi habitant ibi,* incolunt dæmones, ut dicit Chry. peiores prioribus iudaicā gentem. Nā antiquitus ſæuiebant cōtra prophetas, poſtea uerò dominum prophetarum occidebāt, & nūc etiam in ſynagogis ſuis Chriſtū dominum blaſphemant: *Et fiunt nouiſſima,* ideſt poſteriora opera hominis illius, *peiora prioribus.* Quòd uerò non totū hoc de iudæis intelligendum eſt, patet ſecundum Matthæum, ubi

ſequitur: Sic erit generationi huic peſsimæ, id eſt, malæ fuit generatio in deſerto: quando contra dominũ murmurauerunt: peior quando in terra promiſsionis, ſcilicet & filias dæmoniis immolauerunt: peſsima poſt aduētum Chriſti cùm Chriſtum crucifixerunt. Non dubiũ eſt quin multi fuerunt tempore Chriſti peiores, & etiã tempore præſenti quàm unquam fuerunt. Et ideo ſecundum Chryſ. peiora ſuſtinuerũt à Veſpaſiano quàm unquam paſsi fuerunt in Aegypto uel Babylonia. Dixi tertio tangitur ipſius laus uenerabilis dum dicitur: *Extollens uocem quædam mulier*. i. in altum eleuãs uocem. Accenſa fuit hæc mulier ſuauitate uerborum Chriſti, unde à laude Chriſti ſe continere non potuit. In quo in ea mẽtis cõfidentia notatur, quia ut dicit Bæda: Scribis & phariſæis tentantibus dominũ & blaſphemantibus, beatitudinem incarnationis Chriſti hæc mulier cùm magna fiducia confitetur. Quare dicit: *Quædam mulier de turba*. Semper enim muliebris ſexus uidetur eſſe deuotior. Hęc mulier uidetur fuiſſe Marcella ancilla Marthæ quæ non potuit amplius blaſphemias iudæorum contra Chriſtũ ſuſtinere, beatificauit matrem Chriſti ex filio quia beatitudo prolis redundat in matrẽ: *Beatus uenter qui te portauit*. Reuera beatus uenter eſt ille ſterilitatis opprobrio carens & ſine cruciatu pariens, fœcunditatem & integritatem uirginitatis habens. Ipſa.n. ſicut dicit Bern. fuit ſine corruptione fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. Venter ille fuit apotheca ſpiritus ſancti. Matth. 1. Inuenta eſt habens in utero de ſpiritu ſancto. Venter ille fuit domus aromatum. Habuit uenter ille pretium redemptionis noſtræ, pignus cœleſtis hæreditatis. Venter ille habuit fontem diuinæ miſericordię, cuius fontis ſignũ erat fons olei, qui in natiuitate Chriſti eripuit & in Tyberim fluxit. Venter ille fuit tabernaculum in quo requieuit, quem nec cœli, nec terra capere poterant. Eccl. 14. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Vẽter ille habuit theſaurum cœleſtis regis, ſ abſconditum in agro. Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Theſaurus iſte

eſt

eſt filius Dei in carne aſſumpta abſconditus.Iſa.45.cap. Verè tu es Deus abſconditus: Theſaurum cœleſtem poſuit deus in terra, ut haberent homines acceſſum ad eũ; & impleuit illud Deut.28. Aperiet tibi dominus theſaurum ſuum optimum cœlum.Num.20. Aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ uiuæ. Et impletum fuit illud Prouer.21. Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculis iuſti, & imprudēs homo diſsipabit illud. Iuſtus anthonomaticè dicitur Chriſtus.Iſa.45.cap. Nubes pluant iuſtum. Habitaculũ eius fuit beata uirgo, in qua fuit cœleſtis theſaurus & oleum pietatis. Maria.n. facta eſt dei theſauraria & eleemoſynaria. Commiſſus eſt ei theſaurus non ut auare abſcondat: ſed ut in pauperes expendat. Nam eius uenter fuit illa beata terra ex cuius uno grano humani generis debitum ſoluitur, cœleſtia horrea replentur, & cœtus electorum in æternum paſcetur. De hoc grano dicitur, Ioan.12. Niſi granum frumēti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert. Et Dauid Pſal.84. Benedixiſti domine terram tuam. Sequitur. *Et ubera quæ ſuxiſti.* Nam ſicut beata uirgo regi cœlorũ ueſtem de panno propriæ carnis prouidit: ſic & uictum lacte ſuo ei miniſtrauit: *At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt uerbum Dei & cuſtodiunt illud.* Chryſ. Nō fuit hoc reſponſum repudians matrem: ſed oſtendit ꝙ nihil eius partus profuiſſet, niſi ualde bona & fidelis fuiſſet. Vnde illud: Quinimo pōt eſſe una pars: & tunc idem eſt quod inſuper. Et tunc erit ſenſus: Nō ſolùm beata eſt quæ uerbum dei habuit in uentre. ſed etiam omnis ille beatus eſt qui habuit uerbum dei in mente, Aug. dicit in lib. de uirginitate: Beatior fuit Maria in concipiendo fidē Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti. Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtũ mente quàm carne geſtaſſet. Multi ſancti ſunt in cœlo quorũ matres ſunt in inferno. Ideo dicit: dominus, Mat. 12. Quicunque fecerit uoluntatē patris mei, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Ideo dicit. *Beati qui audiunt uerbum Dei.* Prouer.8. Beatus homo qui audit me. Pro quo

ſcien-

ſciendum multæ ſunt utilitates ab auditu uerbi dei pro, cedentes. Prima, auditus uerbi dei aridum cor irrigat, Deutero.32. Audite cœli quæ loquar, audiat terra uerba oris mei, concreſcat ut pluuia doctrina mea. Et bene, ut pluuia: quia ubi non pluit in terram, ibi æſtus ſolis comburit ſegetes: & modicus uentus puluerem ſpargit & areſcit. Sed pluuia, ideſt uerbum dei irrigat terram: ideſt cor terrenum incitat ad deuotionem: & fructificare facit. Iſa.55. Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terram, &c, ſic erit uerbum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcunque uolui & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. & ideo uerbum dei dicitur fons. Ioelis 3. Fons de domo domini egredietur &. irrigabit torrentem ſpinarum.

Secunda, uerbum dei cor frigidum inflammat: quia eſt ignis ſpiritualis. Hierem. 23. Nunquid non uerba mea ſunt quaſi ignis ardẽs dicit dominus? Reuera ignis. Nam qui eſt frigidus in amore Dei ad hunc debet accedere. Pſal.11. Ignitum eloquium tuum uehementer. Nã ſicut ignis generat colorem rubeum in homine: ſic uerbum dei dilectionem. Pſal.72. Inflammatũ eſt cor meũ & reneis mei commutati ſunt, ideſt cogitationes. Ignis prouocat ſitim: & ſic uerbum dei incitat deſideriũ poſt fontem æternum. Lucæ ultimo: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas. Tertia, cor pauidum confortat. Matth.7. Omnis qui audit uerba mea & facit ea, aſsimilabitur uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra Petram firmam, & ueniunt flumina & flauerunt uenti, id eſt tentationes & non cecidit. Si times tentationem carnis audi uerbum dei. ad Collo.3. Mortificare membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, &c. Si ſentis tentationem mundi audi uerbum dei. 1. Ioan.2. Nolite diligere mundum, &c. Ioan. 16. In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego uici mundum. Si ſentis tentationem diaboli audi uerbum Dei. Iacob.4. Reſiſtite diabolo & fugiet à uobis. Quarta utilitas

litas uerbi dei eſt quod mœſtum cor lætificat. Hier. 15. Factum eſt mihi uerbum domini in gaudiū & lętitiam cordis mei. Si turbaris præ multitudine peccatorum, audi uerbum dei conſolatorium. Ezech. 18. Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam: ipſe animam ſuam uiuificabit. Hoc attendens Pſal 118. ait: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine. O quàm conſolatorium uerbum Dei. Ioan. 15. Si manſeritis in me & uerba mea in uobis manſerint, quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis. Quinta utilitas uerbi dei eſt ꝙ ærumnoſum beatificat Apoc. 1. Beatus qui legit & ſeruat uerba prophetica huius. Quia non tantùm uerbum dei legendo, uel audiendo confert beatitudinem, ſed faciendo. Iacob. 1. Eſtote factores uerbi dei & non auditores tantùm. Rationem ponit apoſtolus. Rom. 2. Nō auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Et ſic tunc ęrumnoſus, id eſt peccator ærumnis plenus, Eccleſ. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, beatificatur, Ioan. 8. Si quis ſeruauerit ſermonem meum, non guſtabit mortem in æternum.

De eodem, De Epiſtola. *Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi. Scribitur ad Eph. 5.* Enarratio VI.

NEceſſarium eſt uerum exemplar ei qui uult falſum librum corrigere: & neceſſaria eſt regula & linea ei qui uult torta dirigere. Seneca niſi ad regulam praua non corrigis. Spiritualiter ſic qui uult corrigere librum conſcientiæ & prauam uitam ſuam, debet hoc facere ſecundum exemplar doctrinæ & uitæ Chriſti. Figuratur Exo. 25. ubi dominus dixit Moyſi inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte. Spiritualiter. Sic hodie dicitur Moyſi qui interpretatur ſumptus ex aquis, id eſt cuilibet fideli, qui ſumptus eſt ex aquis baptiſmi: ut faciat ſecundum exemplar quod monſtratum eſt in monte, id eſt in Chriſto. Nam Chriſtus eſt ueriſsimum exemplar,

& eius uita linea: quam ſi quis ſtudioſè inſpiceret debito modo imitaretur & ambularet. Greg. Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Et Aug. Summa religionis eſt imitari quem colis. Et hoc docet apoſtolus, dicens: *Eſtote imitatores dei ſicut filii chariſſimi.* In ſumma epiſtolæ duo innuūtur. Primo hortatur nos apoſtolos ut induamus cõuerſationem Chriſti ipſum imitando, ibi: *Eſtote imitatores.* Secundo ut fugiamus malam ſuggeſtionem ipſam deteſtādo. ibi: *Fornicatio autē.* De primo dicit: *Fratres eſtote imitatores dei* Nota quadruplici ratione debemus eum imitari. Primo quia nullū iuſtius imitamur: quia ipſe eſt pater noſter, ad cuius ſimilitudinē ſumus creati. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Secundo, quia nullum imitamur homo totius: cū ipſe errare non poſſit, Io. 8. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Tertio, quia nullū imitatur fructuoſius, iuuat enim imitantē ſe. Pſa. 62. Adheſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Nullum etiam imitatur fructuoſius propter mercedem quam dat eis qui imitantur eum. Socios enim ſuos uult ſecum eſſe in hoſpitio: iuxta illud Ioan. 12. Siquis mihi miniſtrat me ſequatur, & ubi ego ſum illic & miniſter meus erit. Quarto, quia homo nullum imitatur glorioſius. Nihil enim erubeſcibile debet eſſe nobis quod exemplo eius faciamus. Hoc non attendunt illi qui dedecus ſibi eſſe credunt, ſi ſe non uindicarent cito quando aliquod cõuitium eſt eis dictum, uel aliqua iniuria facta: cum tamen uidet deum tot cõuitia pati & tamē differt uindictam. Eccl. 23. Magna gloria eſt ſequi dominum longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. Ideo dicit: *Eſtote imitatores dei.* Non tamē in omnibus competit nobis imitari deum. Nam ſecundum Aug. mali etiam uellent dominum imitari, ut ſuperbi in altitudine, iracūdi in uindicta, accidoſi in requie, cupidi in deliciis, luxurioſi in delectationibus, curioſi in ſcientia. Videamus ergo in quibus & qualiter debeamus eum imitari ne nobis contingat ſicut Lucifero dicenti. Similis ero altisſimo. Eſa. 14. cui dictū eſt. Veruntamē ad infernū detraheris in profundū luci. Notandum ergo, primo debemus

mus eum imitari in lumine ſapientiæ,quia dicit Chryſ. Filii carnales frequenter ſunt ſimiles patribus in facie, loquela,uel uiſu.Et ſic filii ſpirituales debent aſsimilari patri cęleſti in ſanctitate & morum in conuerſatione. Primo in lumine ſapientiæ.Nam ipſe ſapiētiam amat: & eos qui ſapientiam diligunt. Sap.7. Neminem diligit deus niſi eum qui cum ſapiētia inhabitat.Et Eccl.4.Eos qui diligunt ſapientiam diligit deus. Deus eſt lux,& nō ſunt tenebre in eo ullæ:ut legitur Ioā.1.Ideo & lucē ſapientiæ in omnib.amat. Et in mundum iſtum uenit,ut homines luce ſapientiæ illuminaret. Iuxta illud Luc.1. Viſitauit nos oriens ex alto.Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent.Væ illis qui potius uolunt eſſe noctuę ſimiles quàm deo.Noctuę ſimilis eſt,ꝗ lucem ſapientiæ odit,& tenebras ignorantię amat,imo diabolo ſimilis eſt.De quo Ioā.3.Qui male agit,odit lucem.Talis meritò in tenebris inferni erit quas his prælegit lumini,1.Ioan.1. Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cū eo & in tenebris ambulamus & ueritatem non facimus,mentimur.Secundo debemus deū imitari in ſanctitate.Vnde deus Leuit.19.Sācti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Sanctitas uerò illa ſequitur lucē ſapientiæ.Vide quanta immūditia peccatum ſit, ſanctificet ſe homo & mundetur ab eo.Vnde Iob 28. Recedere à malo eſt intelligentia,i.effectus intelligentiæ. Præcipuè autem ab immunditia peccati ſe ſanctificant, qui dignitatem ad quā filii dei electi ſunt,agnoſcunt. Vnde 1.Io.3.Poſtquam dixit ꝙ filii dei ſumus,ſubdit:Oīs qui habet hāc ſpem in eo ſanctificat ſe ſicut ille ſanctus eſt. Sanctitatem dei oſtendit nobis hoc ꝙ in tantū odio habet malitiam ꝙ mori uoluit ut malitia deſtrueretur.Iuxta illud, Auguſt.Cùm innocēs occiditur,peccatum crucifigitur. Tertiò debemus eum imitari in dilectione.1. Ioan.4.In hoc apparuit charitas dei in nobis,quoniam filium ſuum unigenitum miſit deus in mundum ut uiuamus ꝑ eum.Itē,1.Io.1.hoc cognouimus charitatē dei quoniam ille aīam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus aīam ponere. Item,deus nos tantum

dilexit ut filium ſuum daret,&c. Circa dilectionem Dei nota ꝙ ipſe prior dilexit nos, hoc eſt contra quoſdam, qui uolunt proximos ſuos diligere niſi prius ab eis amẽtur. 1. Ioan. 4. In hoc charitas dei eſt non quaſi nos dilexerimus eum: ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Quartò eum imitari debemus in largitate quæ in hoc apparet: ꝗa largitur beneficia ſua amicis & inimicis, iuſtis & iniuſtis, iuxta illud, Mat. 5. Qui ſolẽ ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Quintò in miſericordia. Bern. Maximè deum imitabitur qui nõ iudicauerit: quoniam miſereri pretioſus. Luc. 6. Eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Sextò in pacis amore, deus enim pacem amat, Matth. 5. Beati pacifici quoniã filii dei uocabuntur. Sed quia deus eſt in ſumma pace, quia ipſe eſt pax quæ exuperat oẽm ſenſum. Primò debes pacificare teipſum tibi per pœnitentiæ diſciplinam, ſicut ait Pſal. 84. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi: quia ueritati confeſsionis occurrit miſericordia remiſsionis. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt: quia iuſtitiæ ſatisfactionis ſociatur pax peccatoris. Deinde debes pacificare teipſum proximo, ſicut apoſtolus ait ad Ro. 12. Si fieri poteſt ꝙ ex uobis eſt cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes, quaſi diceret: Etſi aliorum malitia impediat pacem, habere cũ eis quantum in uobis eſt. Tandem pacificando inter ſe diſcordantes. Iſa. 52. quam pulchri ſunt ſuper mõtes pedes annuntiantis & prædicantis pacem. Nam & filius dei uenit de ſinu patris propter diſcordantes pacificandos. Bern. quibus laudibus dignum, quanto amplectendum affectu fratrem ſummum qui ſine querela conuerſans inter fratres, tota ſollicitudine cauet ne quid in eo ſit quod ab eis cauere oporteat: & quidquid eſt in aliis oneroſum patiẽtiſsimè portat, qui ſingulorum ſcandala ſua reputat. Septimo debemus imitari eũ in patientia. Ipſe.n. patiẽtiſsimus eſt. Vltimũ.n. quod ipſe faciet erit uindicta de inimicis ſuis hoc erit in die iudicii quãdo dicet, Diſcedite à me, Matth. 25. Et ex hoc q̃ patiẽtiſsimus eſt, ſapientiſsimus eſt. Item agnoſci põt ꝙ qui non eſt patiens non eſt perfectè ſapiens. Prouer. 14. Qui patiens

eſt

eſt multa gubernatur ſapientia: qui autem impatiens eſt exaltat ſtultitiam ſuam. Et in eodem: Impatiens operabitur ſtultitiam. Vltimo debemus eum imitari per perſeuerantiam ſeu bonitatis immutabilitatem: Ipſe.n. dicit per prophetam Malach. 3. Ego deus & nõ mutor. Matth. 10. cap. Qui perſeuerauerit uſque in finem hic ſaluus erit. Eccl. 27. Homo ſenſatus in ſapientia ſua manet ut ſol. Nam ſtultus ut Luna mutatur. Nota ꝙ ſunt quidam qui deum ſolum ſuperficialiter imitantur: ut hypocritę: tales habent imaginem dei depictam in ſe, quæ imago faciliter ut pictura deberi ſolet. Qui uerò deum imitantur non ſolum exterius, ſed interius imaginem dei habent in ſe quaſi ſculptam, quæ non de facili delebitur. Qui uerò deú uolunt imitari inferius, diabolũ exterius, quaſi laruã diabolicã ſuperponere uolũt imagini dei, in hoc deo cõtumeliã inferentes: quia potius uolũt diabolo aſsimilari quàm deo. Tũc ſubdit: *Sicut filij dei.* Notandũ ꝙ iſte articulus ꝙ ſ. uerè fideles filii dei ſunt, eſt unus de pulchrioribus articulis fidei noſtræ: & eſſet ualde utile homini ad regendum uitã ſuam. Si in deum homo ueram fidem haberet, per totam uitam occaſione huius eũ imitaretur. Aliter uiuit pauperis filius & aliter filius diuitis. In animalibus etiam eſt hoc uerum. Aliter.n. uiuit agnus: aliter lupi catulus. In arboribus etiã uidemus ꝙ ſecundum ſpeciem arboris eſt ſpecies fructus. Et licet de hac paternitate & filiatione non poſsit haberi cognitio rei niſi per fidem: ſicut nec de parentibus carnalibus iuxta Aug. poteſt tamen & autoritatibus & rationibus perſuaderi. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatẽ dedit nobis, ut filii dei nominemur & ſimus. Et Matth. 23. Patrẽ nolite uobis uocare ſuper terram, unus eſt pater noſter qui in cœlis eſt. Quod quadruplici ratione oſtenditur. Primo per ſimilitudinem quam homo habet ad deum. De qua habes Geneſ. 1. Creauit deus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam. Sic enim perpenditur de aliquo quòd ſit filius eius, quando. ſ. eſt ei ualde ſimilis. Secundo per quod naturalem filium pro homine morti expoſuit. Vnde Aug. Filii dei ſumus, unde hoc probamus. Et

reſpondet. Mortuus eſt unicus, ne remaneret unicus. Tertio per hoc ꝙ in menſa altaris pane filiorum nos paſcit, ſcilicet cibo eodem quo angeli paſcuntur, licet aliter. Quarto per hoc ꝙ angelos hominibus ad cuſtodiam deputati. In Pſ.90. Angelis ſuis deus mandauit de te, ut cuſtodiant te. Et Matth.18. Videte ne contemnatis unum de his puſillis: quia angeli eorum ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Item notandum, ꝙ triplici ratione habet aliquis filium ſuum charũ. Primo quia unicus, ſecundo quia infirmus, tertio quia ultimo genitus: ſic Iacob dilexit Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo ꝙ in ſenectute genuiſſet eũ: ut legitur Gen.38. Propter eaſdẽ cauſas eſt homo bonus deo charus. Primo qa pauci ſunt boni. Matth.22.cap. Multi ſunt uocati, pauci uerò electi. Item Eccleſiaſt.1.cap. Stultorum infinitus eſt numerus. Secundo quia homo etiam infirmus eſt ratione carnis quam habet. Vnde Matth.26. dicitur: Caro autem infirma. Tertio quia homo etiam factus fuit ultimo inter cęteras creaturas, ſexto, ſ. die. Item populus Chriſtianus in fine temporum factus eſt. Specialiter uerò homo poteſt dici chariſsimus dei filius: quia ab eo chariſsimè emptus eſt. Et ſicuti homo chariſsimus deo: ſic & deus chariſsimus debet eſſe homini. Vnde ingratiſsimi peccatores ſunt, qui pro momentanea uoluntate uel pro parua pecunia deum uendunt: etiam uilius quàm Iudas. Iudas enim uendidit eum triginta denariis: ipſi uerò quãdoq; denario uno deum amittũt. Eccleſiaſt.x. Auaro nihil ſceleſtius. Præterea cùm homo deo ſit chariſsimus, non debet ſibiipſi uilis eſſe. Aug. Appende te ex pretio, ne tibi uileſcas. Sed pro multis uerum eſt hoc uerbum Senecæ, ꝙ nihil eſt cuique ſe uilius. Sotulares ſuos non uenderet multi à deo uili foro ſicut ſeipſos uendunt: nec immunditiam ita diu dimitterent in ſotularibus ſuis ſicut in ſeipſis. Item notandum ex tribus de cauſis amittit aliquis patrem ſuum cœleſtem. Primo quia eum negat, & ideo meritò negatur ab eo. Matth.10. Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Cùm uix aliquis homo negat patrẽ ſuũ

licet

licet pauperem, quantam contumeliam facit patri cœle ſti homo qui eum negat? Non eſt ignobilis pater iſte, quod aliquis deberet eũ erubeſcere. Mira inſania taliũ, qui non erubeſcunt confiteri ad minus facto diabolum patrem: & deum erubeſcunt coram hominibus malè agẽ do. Sed bene ſunt ſimiles illi qui erubeſceret recte incedere, & non claudicare. Secundo hunc patrem amittit, qui coram eo indigna agit: ut fatuæ mulieres quæ timore paupertatis ſe proſtituunt: cùm tamen talem pa trem habeãt qui prohibet eis, ne etiam ſolliciti ſint pro neceſſariis. Mat. 6. Nolite ſolliciti eſſe dicentes, quid mã ducabimus aut quid bibemus. Propter eandem cauſam amittunt patrem iſtum uſurarii, & illi qui fures ſunt timore paupertatis. Mira inſania talium qui patrem amã tiſsimum & potentiſsimum derelinquunt, & ad hoſtem crudeliſsimũ confugiunt, quaſi ille potius uelit, uel poſſit ſubuenire eis, quàm pater eorum. Tertio patrem iſtũ amittũt qui eius correctionem renuunt. Et meritò. Si .n. pater carnalis habet correctionem ſuper filium ſuũ, cui paruam hæreditatem derelinquit ne eam diſsipet: quan tò magis pater cœleſtis debet corripere eum, cui tãtam reſeruat hæreditatem? Aug. Quid mirum ſi flagellat cuſtodiens paruulos dominus, quos grandes quærit hæredes. Item: Quis eſt filius cui non debetur diſciplina patris? Item: Si promiſſa cognouiſti non timeas flagellari, ſed exhęreditari. Sequitur: *Et ambulate in dilectione.* Hic oſtendit in quo ſpecialiter patrem cœleſtem debemus imitari: quia in dilectione. Hæc enim ſola eſt, quæ diſtinguit inter filios regni & filios perditionis. Sicut dicit Aug. ſuper illud. 1. Ioã. 3. In hoc maniſeſti ſunt filii dei, & filii diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex deo: & qui non diligit fratrem ſuum: Per hãc uiam Chriſtus ambulauit, hæc eſt uia excellentiſsima. 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonſtrabo, quod de charitate intelligitur. Hac uia ambulate, in qua ambulare eſt proficere. Sequitur: *Sicut &c. Chriſtus dilexit nos: et tradidit ſeipſum pro nobis,* uitæ noſtræ pœnam ſoluẽs, quam nos ſoluere debebamus. Vel pro nobis, ſicut pretium tra

ditur pro te quæ emitur. Sequitur: *Oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.* Nota ꝙ tripliciter reddit aliquid ſuauẽ odorẽ: Vel in igne poſitũ ut thus: uel attritum, ut aromaticę ſpecies: uel effuſum, ut unguentũ. His tribus modis reddit Chriſtus in cruce ſuauem odorem. Ibi.n. attritus eſt propter ſcelera noſtra. Iſa.53. Ibi etiam fuit accenſus quaſi in camino dilectionis: fuit ẽt ibi alabaſtrum ſui pretioſiſsimi corporis fractum & effuſum unguentum ſanguinis eius: & domus impleta eſt ex odore unguenti, & ſuauitatem illius odoris ſenſerunt cœli, & inferi. Odor iſte diabolum de mundo iſto fugauit. Ioan, 12. Princeps huius mundi eiicietur foras. Sicut odor uinearum quæ dum florent, bufones expellunt: ſic odor ille de mundo iſto diabolum expulit quo ad magnã partẽ poteſtatis eius. Odor uerò ſuauitatis fuit in Chriſto deo ad ſatisfaciendum pro nobis, nobis ad exẽplum dæmonibus ad exterminationem. Hanc ſuauitatem ſignificabat ſuauitas odoris ſacrificiorũ carnalium, de quo loquitur ſcriptura in diuerſis locis Geneſ.8. Odoratus eſt deus odorẽ ſuauitatis, & ait ad Noe. Nequaquam maledicam terræ propter hominem. Sunt tamen aliqui qui hunc odorem Chriſti non ſentiunt, qui ſine dubio aut mortui ſunt aut fœtidi. Bernar. Qui odorem tuum Chriſte non ſentit aut mortuus eſt aut fœtidus: In dilectionis huius effectum monemur ut imitemur Chriſtũ: ut.ſ. offeramus nos ei oblationẽ & hoſtiam in odorem ſuauitatis. Simile Rom.12. Obſecro uos per miſericordiã dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentẽ. Sed hodie pro magna parte impletum eſt illud Ioel.1. Periit de domo domini ſacrificium & liberatio. Multi tamen tribulationibus atteruntur nec odorem ſuauitatis, ſed potius odorem fœtoris reddunt. Quando ẽt pauperes ab eis petunt eleemoſynas non dant unctionem pietatis, ſed exit ab eis lapis duræ obiurgationis. In multis etiam quę deberẽt facere cum igne diuini amoris eſt potius aqua fœtidæ uoluptatis. Item notandum quod in hoſtiis legis quædam animalia offerebantur quę uitia ſignificabãt: & mactatio eorum ſignificabat eorum deſtructionem

quę

quę fuerunt deo ſacrificium ualde gratum: ut in hirco, uel in capra, uel in tauro, uel uitulo. In hirco uel in capra fœtens iniquitas intelligitur, in tauro ſuperbia, in uitulo laſciuia. In quibuſdam uerò animalibus uirtutes ſignificabātur: quorum oblatio ſignificabat oblationē, quam deo faciunt qui peccato mortui in uirtutibns deo uiuunt, ut in oue uel agno, uel columba, uel uirtute. In oue ſimplicitas intelligitur, in agno innocentia, in columba ſocialis dilectio, in turture caſtitas, utraſque deo hoſtias ſpiritualiter offerre debemus.

FERIA II. DOMINICAE III.

Multi leproſi erant in Iſrael. Luc. 4. Enarratio I.

LActantius lib. 4. dicit. Pagani quando ſunt in aduerſis, tunc deum inuocant non deos: ſed quando ſunt in proſperis, tunc colunt & inuocant deos. Moraliter ſic eſt de reprobris Chriſtianis qui in aduerſis ad unū ſolum deum fugiunt pro remediis: ſed in proſperis multorum falſorum deorum ſunt cultores. Deut. 32. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus dereliquit deum factorem ſuum: & receſsit a Deo ſalutàri ſuo. Sed diceres, tamen credo in unum deum. Reſpondet Auguſt. Hoc eſt bene credere, non peccare: hoc eſt male credere, in peccatis perſeuerare: nam quanta habes crimina in deliciis, tot habes deos quibus ſeruis: utpotè ſi diligis gulam, uenter tuus deus eſt. Phil. 3. Quorum deus uenter eſt. Si diligis auaritiam: nonne argentum & aurum deus tuus? Si diligis luxuriā pulchra, mulier deus tuus eſt. Rom. 1. Seruierunt potius creaturæ quàm creatori. Sed hoc omnia uana. Pſal. 143. Beatus populus, cuius dominus deus eius. Et Pſal. 72. Mihi adhærere deo bonum eſt, & ponere in deo ſpem meam. De quo introitus: In domino laudabo uerbum: in deo ſperaui non timebo quid faciat mihi homo. Pſ. 56. Miſerere mei Deus, miſerere: quoniā in te cōfidit anima mea. Hūc pſalmū fecit Dauid cū fugeret a facie Saul, 1. Re. 21. Et uenit ad Achisregē Getheſ

tune

tunc dixerunt ſerui Achis: Nunquid iſte eſt Dauid, de quo canebant? Saul percuſsit mille, Dauid decem millia. Hoc audiens Dauid, timuit & ſimulauit ſe fatuũ. Et ſic dixit Achis ad ſeruos ſuos: Nunquid deſunt uobis furioſi, quare induxiſtis eum? & ſic ſerui regis Geth amoue runt eum, & ſic euaſit manus Saul. Et fecit hunc pſalmũ: ꝙ confidentia in deum ſaluauit eum. Et ſic collecta: Cordibus noſtris gratiam tuã benignus infunde: ut ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus: ita ſenſus quoque noſtros à noxiis retrahamus exceſsibus. Et talem confidentiam habuit Naaman in epiſtola. Et mulier uidua, in euangelio: Cùm multæ uiduæ erãt. &c. Quæ credidit aliis dubitantibus. Mat. 17. Omnia poſsibilia ſunt credẽti. Aliud thema. Tria ſunt in mũdo omnibus diuitiis meliora quæ ſunt lux dei, ſapientia dei, & corporum medicinà. De primo Eccl. 11. Dulce lumen & delectabile eſt oculis uidere ſolem. Ideo Tob. 5. Quale mihi gaudium cũ in tenebris ſedeo & lumen cœli non uideo Secũdum eſt ſcientia uel ſapientia dei. Sap. 7. Quoniã omne aurũ in comparatione illius arena eſt exigua. Nam carentes illa uani ſunt. Sap. 13. Vani ſunt omnes homines in quibus non eſt ſcientia dei. Et tales repelluntur. Oſeæ 4. Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam te ne fungaris ſacerdotio. Tertium eſt medicina corporum. Eccl. 38. Altiſsimus creauit de terra medicinam, uir prudens nõ abhorrebit eam. Sic in propoſito Chriſtus lux eſt. Ioan. 1. Qui illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mũdum. Sed diceres, ex quo lux communis eſt, cur non omnes illuminantur? Reſpondetur ꝙ non eſt defectus luminis, ſed malorum oculorum, ideſt diffidentia. Ideo ca nitur introitus: In deo, &c. Secũdo eſt ſapientia dei. Collecta 2. In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Sed non eſt defectus ſapiẽtiæ, ſed duritia cordium. Ideo in collecta dicitur: Cordibus noſtris gratiam tuam benignus infunde. Ipſe eſt medicus Pſal. 102. qui ſanat omnes infirmitates tuas. De quo epiſtola & euangelium. *Multi leproſi, &c.* Nota Chriſtus dicitur medicus ſecundum carnem: quia omnis caro Chriſti & om-

nes ſenſus eius exteriores & interiores erant medicina languentium. Primo oculorum erant dulciter attractiui: ut patet in Petro, Luc. 22. Conuerſus dominus reſpexit Petrum. Secundo aures plenæ miſericordia. Pſal. 33. Oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorũ. Et ſic leproſi. Luc. 17. Clamantes, dicebant: Ieſu præceptor miſerere noſtri. Tertio os eius uelut Dorix fluuius de uirente fluens paradiſo. Eccl. 24. Vnde Ioan. 7. Aliqui ex turbis laudabant uerba eius, dicẽtes: Verè hic eſt propheta. Alii dicebant: Hic eſt Chriſtus, &c. Sputo & luto ſanauit cæcum. Ioã. 9. Saliua mutum fecit loqui. Mat. 7. Quarto ueſtimentorum tactu fluxum ſanguinis reſtrinxit in muliere duodecim annis patiente, quæ omnẽ ſubſtantiam ſuam cum medicis cõſumpſerat. Lucæ 8. Quinto tactu manuum ſuarum mortuos ſuſcitauit: ut patet in filia principis ſynagogæ. Matth. 9. & Lucæ 7. de filio uiduæ ubi tetigit loculum. Auguſt. de uerbis domini: O quanta bonitas huius medici. ſ. qui de ſanguine ſuo interfectori ſuo medicamentum fecit: ut patet in Longino. Io. 19. Aug. Quid amplius cum totũ quod erat, quod uiuebat, quod loquebatur & faciebat medicina erat, nõ ſolùm corporum ſed animarum. Bernar. Omnium uirtutum origo ex ipſo erat: & ſancta deſideria ex illo manat. Item aliud thema: *Medice cura teipſum.* Luc. 4. Infirmus a quocunque medico capit ſanitatem ut eum iuuet, eundem collaudat etiam publicè. Spiritualiter: Tantùm unum habemus medicum ſpirituale̅ qui nos ſanauit ab omnibus infirmitatibus noſtris, quem collaudat Dauid Pſal. 102. Benedic anima mea domino, qui ſanat omnes infirmitates tuas. Quem medicũ collaudat eccleſia ſancta in introitu miſſæ: In domino laudabo uerbum, &c. Et in epiſtola. Naaman fuit leproſus & mundatus eſt. Et ait: Verè ſcio ꝙ non eſt alius deus niſi tantùm deus in Iſrael. Hunc medicum laudabilem renuerunt Iudæi dicentes in incredulitate: Medice cura teipſum. In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo beneficiorum ſubtractio diſpenſatiua, ibi: *Quanta audiuimus.* Secũdo peſſimorum inculpatio cauſatiua, ibi: *Amen dico uobis.* Tertio

tiõ maleficiorũ illatio charitatiua, ibi: *Et repleti ſunt etc.*
De primo dicit: In illo tempore.ſ. poſt tentationem de diabolo uenit Ieſus in ciuitatem Nazareth, intrans ſynagogam in Sabbatho: & ſurrexit legere in libro, ubi ſcriptum inuenit illud Iſaiæ 61. *Spiritus domini ſuper me, eo quod unxerit me &c.* Et dixit: *Hodie completa eſt haec ſcriptura in auribus ueſtris.* Et illud illud Iſaiæ 11. Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos, &c. quaſi dicat: Ego ſum flos iſte, qui contẽnetur in mortario crucis: & ibi emanabit unguentum quod ſanat contritos corde. Et aliqui teſtimonium dabant, aliqui conuitiabantur ut Phariſæi, dicentes: *Nonne hic eſt filius fabri?* Beda: Magna cæcitas Iudæorum cum quẽ uerbis & factis Chriſtum cognoſcũt, ob ſolam generis notitiam contẽnunt. Iſti tamẽ ſcribæ uerum dicebant neſcientes. Erat.n. filius fabri, ſed nõ illius ciuis ipſe putabant: ſed fabricatoris omniũ, de quo Pſal. 73. Tu fabricatus es aurorã & ſolem. Ipſe.n. in principio cœlum & terram fabricatus eſt. Nota ad opus fabrile primo requiritur fabrica, & ſic omnium rerum diuina prouidẽtia ex qua uniuerſa procedũt opera. Eph. j. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati: qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ. Secundo ignis mollificans, qui eſt patris potentia. Deut. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Hunc ignẽ petit Aug. in lib. ſoliloqui. c. 38. dicens: O ignis ſancte, qui ſemper ardes, & numquam extingueris: Deus meus accende me totũ. Ille ignis ſemper lucet. 1. Io. 1. Deus lux eſt, & tenebræ non ſunt in eo. 1. Timot. 6. Qui inhabitat lucem inacceſsibilem. Tertio flatus inflãmans ignem, qui eſt ſpiritus ſancti clemẽtia. Pſ. 147. Flauit ſpũs eius, & fluãt aquæ. i. materiæ creabiles. Quarto manus operãs, q̃ eſt uerbi æterni efficientia. Iob 10 Manus tuæ domine fecerũt me, & plaſmauerunt me totũ, &c. Aug. Manus dei eſt filius patris. Et ſic accipitur Io. 1. Oĩa ꝑ ipsũ facta sũt. Quito malleus formãs, qui eſt diuina ſapientia. Sap. 11. Oĩa in menſura, numero, & pondere diſpoſuiſti. Pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti.

feciſti. Ecce quomodo animabus dedit nobilitatem, & cordibus noſtris excellentem dignitatem: quia ea uaſa cœleſtis gratiæ Dei fecit. Sexto intus conſeruans, & eſt æternitatis permanentia: quia hic faber, quod ab æterno diſpoſuit, in tempore fecit, & æternaliter collegit. Auguſt. 11. de ciuitate Dei: Non eſt ars excellentior dei uerbo. Itē ſicut faber diuerſa genera uaſorum fabricat: & ſic Chriſtus. 1. ad Corin. 12. Dedit dominus quoſdā apoſtolos, alios euangeliſtas. Iſte faber habuit duodecim ſeruos, qui conflauerunt ſpiritu & igne clauem regni cœleſtis. Deinde dixerunt: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua, quaſi diceret: Multa audiuimus a te facta miracula, ſed non credimus, ſi facis alienis, fac & compatriotis. Moraliter, Capharnaum interpretatur uilla conſolationis, & ſignat peccatum. Luc. 6. Væ uobis diuitibus, qui hic habetis conſolationem ueſtrā. Matth. 11. Tu Capharnaum nūquid uſq; ad cœlum exaltaberis? uſq; ad infernū deſcendes, & ſic tu peccator fac in patria tua, i. in pœnitentia. Nam pœnitentia dicitur patria hominis: quia ibi homo reuertetur ad patrem & matrem. Quia pœnitentia nihil aliud eſt, niſi conuerſio ad Deum, ſicut peccatū eſt auerſio à deo. Itē in patria amici uiſitantur. Ruth. 1. Cùm Noemi uenit ad patriam uicinæ mulieres ibāt ad eum. Luc. 15. Gaudium eſt angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiā agente, &c. Dixi ſecundo tangitur peſſimorum inculpatio cauſatiua, dicens: *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem, Medice cura teipſum,* id eſt, tuos compatriotas, quibus magis teneris impendere beneficium charitatis. Sicut enim medicus uerus citius & libentius curat ſe ipſum, & alios ad ſe pertinentes quā extraneos: ita dicebant & ei: Si uera miracula faceres utique apud propinquos tuos, & in ciuitate tua potius faceres ubi cōceptus eſt, ſ. in Nazareth, quā apud extraneos. *Reſpōdit autem Ieſus: Amen dico uobis, Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua,* quaſi dicat: Ideo non operor uobiſcum miracula, quia eſtis increduli mihi, & nō ſum acceptus à uobis. Ratio huius rei eſt ſuperbia, actus inuidia,

fructus

fructus perſecutio & malitia. Auguſt. lib. 11. ſuper Geneſim: Superbia eſt amor propriæ excellentiæ, & amando quis propriam excellentiam uel paribus inuidet, uel ſuperioribus ꝙ eis non æquatur. Sed quia Chriſtus de humilibus parentibus & pauperibus fuit, ergo inuidebant ei ne ſuper eos creſceret, quādo familiaris eis erat, quia familiaritas parit contemptum. Ergo dicitur, Ioan. 7. quomodo hic literas ſcit cùm non didicerit? Sed cum uidebant eum miracula facientem ultra facultatem humanam inuidebant ei: quia ſecundum Aug. Omnis ſuperbus inuidus ſicut diabolus. Et quia ipſi uidebātur iuſti, ſed fuerunt falſi, ideo uero iuſto inuidebant. Et hoc nō ſolùm in Chriſto, ſed quaſi in omnibus prophetis oſtenditur, ut in Dauid, 1. Reg. 25. de quo dixit Nabal: Quis eſt Dadid, & quis eſt filius Iſa. Similiter in Ioſeph, qui in propria terra affligitur, & in aliena extollitur. Geneſ. 38. Similiter in Moyſe. Nume. 12. Maria & Aaron rixantur contra Moyſen: alii autem obediunt ei. Hoc oſtenditur per exempla duorum prophetarum exemplo, ſ. Heliæ & Heliſæi. De Helia habetur. 3. Reg. 17. unde ſequitur: *In ueritate dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Iſrael quando clauſum eſt cœlum annis tribus et menſibus ſex, cùm facta eſſet fames magna in uniuerſa terra, & ad nullam illarum miſſus eſt Helias niſi in Sareptam Sidoniorum ad mulierem uiduam:* quaſi dicat ſecundum glo. Bædæ: Non eſt contrarium exemplis prophetarum ꝙ ciuibus meis faſtidioſis diuina beneficia uobis ſubtraho, quia ſicut tempore famis nemo in iudæa dignus eſt repertus hoſpitio Heliæ: ſed exteræ gentis uidua eſt quæſita quæ à tanto propheta uiſitaretur. Et ſicut multis leproſis ibidem exiſtentibuc ſolus Naaman Syrus qui deuotè quæſiuit eſt curatus: ſic & uos modò qui me ex inuidia ſpernitis ſuperno munere eſtis priuati, non cauſa meæ impotentiæ ſed ueſtræ inuidiæ. Nota ꝙ triplex beneficium Helias ſuis ſubtraxit. Primo beneficium cœleſtis pluuiæ quod notatur ibi: *Quando clauſum eſt cœlum, &c.* Secundo temporalis alimonię, quod notatur ibi: *Cum facta eßet fames, &c.* Tertiò corporalis præſentiæ carentia, quod notatur,

tatur, ibi: *Et ad nullam illarum miſſus eſt Helias:* ſicut patet 3. Reg. 17. Sciendũ etiam q; Sarepta eſt modica urbs inter Tyrum & Sidonem. Vnde & ſylua iuxta urbem illam dicitur Sarepta. Sidona uerò eſt regio Sidoniorum. Porrò ſecundum gloſam prætactum textum exponendo aduertendum quòd hoc factum prophetę myſticè ſuperpeibiam iudæorum, & fidem ac ſalutem gentium deſignat. Nam uidua illa præmonſtrat eccleſiam gentium quæ diutius a ſuo creatore deſerta remanſerat. Hæc filium pauperem nutriebat, filium quia populum rectè fidei neſciuit, quaſi pauperem filium egena ſtipe nutriebat, ideſt uerbo ſecularis ſcientiæ abſque humilitatis fructu docebat. Bene hæc uidua in Sarepta Sidoniorũ fuiſſe dicitur. Sidonia namque dicitur uenatio inutilis: Sarepta autem incendium uel anguſtia panis interpretatur. Quibus omnibus gentilitas exprimitur: quæ inutili uexatione dedita erat, ideſt lucris ac negotiis ſecularibus inſeruiens: Eratque in Sarepta incendium, uidelicet carnalium uoluptatum, paniſque ſpiritualis patiebatur anguſtias. Ad hanc miſſus eſt Helias, ideſt ſermo propheticus quæ in iudæa fame periclitabatur: clauſa cœli ianua, ideſt ſcripturarum intelligentia ceſſante ex demerito infidelitatis iudæorum. Venit ergo ſermo propheticus ad eccleſiam ut paſceretur, & paſceret ut uidelicet receptus à credentibus reficeret corda credentium. Vbi ergo antea panis ſpiritualis erat in anguſtia, ibi farina & oleum ore prophetico benedicitur, i. fructus & hilaritas charitatis, uel gratia dominici corporis & unctio chriſmatis indefectuoſo uerbi cœleſtis munere fœcũdatur. Et hactenus hæc diuina munera apud eccleſiam non deficiunt. Pulchrè igitur hæc mulier factura myſticum panem duo colligit ligna: ubi non ſolùm unum lignum nominauit, uerùm quia duo ligna dixit, per quod reuera figura crucis euidentiſsimè exprimitur, in qua nobis præparatus eſt panis uitæ æternæ: hæc omnia gloſ. *Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſæo propheta, & nemo eorum mundatus eſt niſi Naaman Syrus.* Vbi nota ſicut Helias beneficia ſuis ſubtraxit: ita Heliſæus extraneis pu-

ta Naaman Syro beneficia contulit:quia deuote quæſiuit,ſicut dicitur 4.Reg. 5. His exemplis probatur ꝙ dominus Iudæis beneficia miraculorum ſubtraxit, & alienigenis exhibuit, non erat contrarium prophetarum exemplis. Et ſi illi duo magni prophetæ non erant accepti in patria ſua, multo magis nec minores prophetæ fuerunt in propria patria accepti. Nota quòd notanter dicit ſub Heliſæo qui rector totius populi fuit, propter quod eo moriente dicebat Ioas Iſrael: Pater mi, pater mi,currus Iſrael & auriga eius. 4.Reg.13. hunc Naamã qui decorus uel pulcherrimus intetpretatur populus gẽtium intelligitur, qui antequam in Chriſtum crederet, ſcelerum lepra erat maculatus:ſed credendo per baptiſmum purgatus eſt.Hic Naaman puellæ conſilio ad prophetam uenit:quia gratia ſupernę aſpirationis populus gẽtium cępit ſalutem,quæ in Chriſto eſt ſperare.Et tũc ſepties iubetur,in aqua lauari propter ſeptiformis ſpiritus gratiã.Et tunc caro eius ſicut caro pueri reſtituitur: quia cuncti in unam infantiam ſunt reſtituti. Nec illud uacat à myſterio quòd partem terræ ſanctæ ſecum tuliſſe dicitur:quia baptizati corporis & ſanguinis domini participatione debent confirmari. Dixi tertio tangitur maleficiorum illatio charitatiua,quod iracundiæ probat crudelitas,cum ſubdit: *Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira hæc audientes*, quia uidebatur eos notare de incredulitate: & quia deuotio gentium uidebatur deuotioni eorum præferri: ideó non eſt mirum quòd repleti ſunt ira: quia non amat peſtilens eum qui ſe corripit:ſicut dicitur,Prouerb. 15. Et Tullius de uera amicitia ſimiliter,& Terentius in Andria: Obſequium amicos,ueritas odium parit. Ecce res nobilis, ſcilicet ueritas ignobile,id eſt,odium generat. Sic licet ſol uermes procreat:hoc tamen non eſt ex uitio ſolis,ſed terræ infectæ.O quàm mirabilis peruerſitas ubi ex uerbis gratiæ ſumpta eſt occaſio iræ.Vnde Pſal.75.Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati ſunt omnes inſipientes corde: *Et ſurrexerunt & eiecerunt eum extra ciuitatem*, Gloſ. quod dominus de eis ſupra dixerat hoc ipſi

de ſe

de ſe uerum eſſe facto oſtendunt: quia eiecerunt eum extra ciuitatē nec ſalutē merentur qui Saluatorē de ſuis finibus expulerūt. Hæc glo. Tandē uerò eum extra ciuitatē crucifixerunt. Hebr. 13. Extra portā paſſus eſt. Ecce quō malà pro bonis ſibi retribuebant: qui. n. populis ſanationem effudit, maleficia & irrogatas iniurias ſenſit. Pſal. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Exeamus nos chariſsimi ad Chriſtū extra ciuitatē, ne extra ciuitatē cœleſtē æternaliter proiiciamur. *Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.* Vnde Bæda: Peiores Iudæi diſcipuli magiſtro diabolo. Ille ait uerbo. Mitte te deorſum, iſti facto præcipitare conantur. Hæc ille. Notatur hic et ꝙ quidam eiiciunt dominum extra ciuitatē ad præcipitandū: ſicut ambitioſi qui de culmine dignitatis quàm appetūt in ſe ipſis præcipitant Ieſum. Sicut Lucifer qui dixit Iſa. 14. In cœlū conſcendam &. ero ſimilis altiſsimo. Qui ob hanc rē è cœlo eiectus eſt uſque in profundū laci infernalis. Alii lapidant Ieſum detractores qui ſignantur per Iudæos. Ioā 8. Tulerunt lapides Iudæi ut iacerēt in eum. Alii crucifigunt Ieſum, ſicut obſtinati, qui in malo perſeuerātes, ad Heb. 11. Rurſum crucifigētes ſibimetipſis filiū Dei. Hi oēs dicūt illud Luc. 19. Nolumus hūc regnare ſuper nos. *Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.* Per potentiam enim diuinitatis ſtabat inter eos, ut non apprehenderetur per eandem potentiam per medium eorum ibat. Non enim ferebatur armatus, ut hanc diuinitatem intelligentes a conſilio mortis ei inferendæ animos ſuos reuocarent. Et ut ad hoc illis locum reſeruaret pœnitentiæ, ideo etiam noluit præcipitari, quia nondum uenerat hora paſsionis eius, ſcilicet paraſceuæ paſchæ: quia propter hoc tempore mortis ierat in Hieruſalē & non in Nazareth. Non enim ipſe Chriſtus elegit mori in Nazareth: nec etiam à Nazarenis uoluit præcipitari. Sed à Hieroſolymitanis uoluit crucifigi. Nota ꝙ ſolent aliqui hodie habere huiuſmodi ſuperſtitionē, ut cùm hoc euangelium legitur ſcribunt illud. ſ. *Ieſus autem tranſiens per medium illorum.*

Contra quos dicit Chryſoſt.ſuper Matth.Inſipiens nõne quotidie euangeliũ in eccleſia legitur & auditur ab hominibus?Cui ergo in auribus poſita euãgelica uerba nihil proſunt: quomodo poſſunt circa colla ſuſpenſa ſaluare?Noli ergo partem euãgelii in pera uel in collo portare ſed in corde.Hoc enim plus prodeſt quàm ſi in ſolis literis in collo portares.

De eodem. *Multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſæo propheta: & nemo illorum mundatus eſt niſi Naaman Syrus. Luc.4.* Enarratio II.

INter cæteros morbos lepra eſt abominabilior, inter omnes ſordidior. Eſt enim morbus fœtidus, ſitibundus & contagioſus.Inquantum eſt morbus fœtidus ſignat luxuriam,inquantum eſt morbus ſitibũdus, ſignat peccatum auaritiæ,inquantum eſt morbus contagioſus ſignat peccatum ſuperbiæ. Lepra enim inquantum eſt morbus fœtidus ſignificat peccatum luxuriæ, quę corã deo & hominibus fœtet. Ioel 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.Greg.Iumenta quędam in ſtercore putreſcere, eſt carnales homines in ſtercore luxurię uitam finire. Tũc enim luxurioſus eſt fœtidus quãdo eſt quatriduanus.Ioan.11.Domine iã fœtet, quatriduanus eſt. Prima enim dies eſt mala cogitatio & delectatio: & tũc adhuc non fœtet.Secunda eſt malus conſenſus:quę ſimiliter adhuc non fœtet.Tertia eſt malum opus:& tunc licet animus ſit mortuus, tamẽ pro unico actu adhuc nõ fœtet.Quarta eſt mala conſuetudo cùm impœnitentia: & tũc animus eſt mortuus & fœtidus.Iſta ſunt quatuor ſcelera Damaſci de quibus Amos 1.ſuper tribus ſceleribus Damaſci conuertam: & ſuper quartum non conuertam eum.Vbi dicit Gloſ.primum peccatum eſt malè cogitare,ſecundum conſentire, tertium opere adimplere,quartum non pœnitere. Et ſubdit Glo. Qui in tribus prioribus peccat ſi pœnitet,conuertit eum deus ad uultum clementię ſuę.Si uerò non pœnitet,auertitur ab eo uultus clementię ſuę. Et quia animus carnalis fœtet in

uita per culpam, ideo fœtebit in inferno per pœnā. Qui fœtor cauſatur à quatuor. Primò a fętēti loco: quia terra infernalis tota fœtida eſt: quia omnium immunditiarum ſentina eſt, omnes enim immunditiæ poſt iudicium ab his rebus ſeparabuntur, & in cloacam infernalem proiicientur. Secundò cauſatur à fœtenti cōſortio, dæmones.n.qui ſunt ſocii damnatorum ſunt ualde fœtidi. Vnde Ioel 2. dicitur primo angelo: Aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius quia ſuperbè egit. Tertio cauſatur à fœtenti ſupplicio: quia fœtenti pœna, ideſt ſulphurea punientur. Pſal. 10. Ignis ſulphur ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Quartò cauſatur à fœtenti corpore ſuo, quia corpora damnatorum fœtida erunt. Iſa. 34. De cadaueribus eorum aſcendet fœtor. Secundò lepra eſt morbus ſitibundus, & quantum ad hoc ſignat peccatum auaritiæ. Auarus enim adeò ſitit ꝙ ſatiari nō poteſt. Nam ſicut Prouer. 30. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquā dicit ſufficit. Infernus, & os uuluæ, & terra quæ nūquam ſatiatur aqua: ignis uerò nūquam dicit ſufficit. Infernus enim quamuis ſit ſatiabilis ex eo ꝙ quotidie quaſi infinitas animas recipit & ſatiari non poteſt: tempus tamen ueniet quādo dicet ſufficit. Iudicio enim extremo celebrato infernus complebitur, & manu dei claudetur: & tūc dicet ſufficit, nolo plures. Similiter carnis concupiſcentia licet ſit famelica, & ſatiari non poteſt: tamen tempus ueniet quando dicet ſufficit. Quando enim homo taliter diſſueſcit ita ꝙ calor naturalis in eo penitus deficit, tunc carnalis concupiſcentia dicet ſufficit. Similiter terra ſitiens quamuis aquam abſorbere deſiderat, tempus tamen ueniet quando dicet ſufficit. Ignis autem inſatiabilior eſt inferno, concupiſcentia & ſitiente terra: non enim dicit ſufficit quando eſt plenus lignis, ſicut dicit infernus quando eſt plenus damnatis. Nec dicit ſufficit per diuturnitatem temporis, ſicut dicit carnalis concupiſcētia, ſed ſi ligna eſſent perpetua ignis eſſet perpetuus. Nec dicit ſufficit præ nimia abundantia plurimorum lignorum, imò ex hoc magis augetur. Et ideo meritò per ignem auaritia

deſignātur quæ eſt inſatiabilior inferno, cōcupiſcentia, & ſitienti terra. Primò igitur auarus eſt inſatiabilior ꝙ infernus, qui poſtquam plenus eſt dicit ſufficit. Auarus autem quanto plus poſsidet, tanto magis eſt cupidus. Prouer.27. Infernus & perditio nunquam implentur, ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles ſunt. Eccl.5. Auarus non impletur pecunia. Secundò auarus eſt inſatiabilior quàm carnalis concupiſcentia quæ in homine ſene dicit ſufficit. Auaritia autem in homine ſene non ſeneſcit ſed iuueneſcit amplius. Tullius: Auaritia quid ſibi uelit non intelligo. Quid .n. abſurdius eſſe poteſt quàm quò minus reſtat, me eò amplius uiaticū quærere? Tertio auarus inſatiabilior eſt terra ſitienti quæ dicit ſufficit quando eſt magna inundatio aquarum, & quando ipſæ aquæ ſuperabundantes per diuerſa loca diſcurrūt. Auarus autem ſi habet magnam abundantiā diuitiarū, non tamen dicit ſufficit. Et ſi diuitiæ ſuæ diſcurrant ad terram longinquam & diuerſas nundinas: non tamen dicit ſufficit. Sicut igitur ignis nō dicit ſufficit quādo plenus eſt lignis, ſic nec infernus quando plenus eſt hominibus damnatis. Et ſicut ignis non dicit ſufficit, quantuncunque ſit diuturnus poſito ꝙ habet ligna ſuppoſita: & ſic de carnali concupiſcentia. Et ſicut ignis nō dicit ſufficit quando habet magnam abundantiam lignorum, ſicut dicit terra ſitiens quando habet abundantiā pluuiarum: ſic ignis auaritiæ non dicit ſufficit in homine diuitiis pleno. Eccl.23. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur donec aliquid deglutiat. & homo nequam in ore canis ſuæ non deſinet donec incendat ignem. Tertiò lepra eſt morbus contagioſus in quantū ad hoc ſignat ſuperbiam quæ eſt contagioſa iuxta illud Eccl.13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & qui cōmunicauerit ſuperbo induet ſuperbiam. Et aſsimilatur ſuperbia pici: quia ſicut multæ adhærentiæ eſt pix: ſic ſuperbia animam obſcurat, & impedit ne ueritas ad eam tranſeat. Grego. Tumor mentis eſt obſtaculum ueritatis. Eſt etiam tantæ adhærentiæ, ꝙ aliis uitiis ſuperatis ipſa ſuperari non poteſt. Nam inter uitia ipſa eſt prima

ma in acceſſu,continua in proceſſu,& ultima in receſſu. Non ſolum aũt ſuperbia, ſed etiam omne aliud peccatum mortale de ſe eſt contagioſum. Sicut.n.leproſus generat leproſum corporaliter: ſic peccator generat aliũ peccatorem ſpiritualiter. 1.Cor.15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quando ſani ſtant cum ſanis in ſanitate mutua ſe conſeruant. Quando uerò leproſi ſtãt cum leproſis iſti magis ſe uitiant ac corrũpunt, de quo non modicum cauendum. Quando uerò ſani ſtant cum leproſis uel econuerſo ſani ſæpe inficiuntur à leproſis: leproſi autẽ in multis iuuantur à ſanis. Ideo non eſt leproſis ſtandum cum ſanis,imò ualde nociuum eſt. Sed periculoſum eſt ſanis ſtare cum leproſis, eodem modo quãdo boni ſtant cum bonis mutuo ad bonũ ſe prouocant. Vnus enim alium prouocat ad humilitatem, alius alium ad patientiam,& ſic de aliis. Prou.27. Ferrũ ferrò exacuitur, & homo exacuit faciem ſui amici. Pſal. 18. Dies diei eructat uerbum,& nox nocti indicat ſcientiã. Bonus enim qui eſt diues dat alteri diuiti, ideſt alteri bono homini documentum. Sed ecõuerſo nox, ideſt malus homo dat alteri malo malam doctrinam, & ſic peiores efficiũtur. Apoc.22. Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeat adhuc. Quando uerò boni ſtant cum malis uel econuerſo,non eſt periculum malis, ſed utile,quia ſæpe meliorantur. Eſt autem periculum bonis,quia ſępe uitiãtur. Pſ.17. Cum peruerſo peruerteris, &c. Prouerb.13. Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit. Amicus ſtultorum efficietur ſimilis, ideo non dixit dominus Babilonycis, ut exirent de medio populi ſui,ſed dixit populo ſuo, ut exirent de medio Babylonis: quia populus dei in multis prodeſt populo diaboli. Hier. 51. Egrediemini de medio Babylonis populus meus,ut ſaluet unuſquiſque animam ſuã ab ira furoris domini. Et ne fortè molleſcat cor ueſtrum, & timeatis auditũ qui audietur in terra. Ex quibus uerbis habetur ꝙ illi qui uitat malas ſocietates quatuor mala uitat. Primò animæ ſuæ perditionem,ideo poſtquam dixit: Egrediemini de medio Babylonis populus meus, ſubdit:

Vt ſaluet unuſquiſque animam ſuã, quia ſæpe inter malos boni animas ſuas perdunt. Secundò uitat diuinam indignationem quam ſæpe incurrunt illi, qui inter malos habitant. Ideo ſubdit: Ab ira furoris domini 2. Paralip. 19. His qui oderunt dominum amicitia iungeris, & idcirco iram domini merebaris. Tertiò uitat mentis eneruationem: quia ſæpe boni habitantes cum malis à rigore uirtutum molleſcunt. Ideo ſubdit: Ne fortè molleſcat cor ueſtrum. Quartò uitat diabolicam tentationem: quia ſæpe diabolus peruertit bonos. Ideo ſubdit: Ne timeatis auditum qui audietur in terra. Iſte auditus eſt diabolica ſuggeſtio, qua ſępe diabolus infeſtat bonos, ut poſsit eos corripere per malos. Item nota lepra quatuor modis ſanatur. Primò confeſsione. Leuit. 14. Hic ritus leproſi erit quando mundandus eſt adducetur ad ſacerdotem. Vnde leproſi dictum eſt Luc. 17. Ite & oſtendite uos ſacerdotibus. Iſido. Confeſsio ſanat, confeſsio iuſtificat, & peccanti ueniam donat. Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata ueſtra, &c. Secundò ſanatur eleemoſyna. Luc. 11. Quòd ſupereſt dare eleemoſynam, & omnia munda uobis erunt. Figuratur Leui. 14. Imponens leproſis Moyſes offerre ſextarium. i. ſex opera miſericordiæ. Tertiò contritione. Figuratur. 4. Reg. 5. in Naaman ſepties lauando ſe in Iordane. Thren. 2. Educ quaſi torrentem lachrymas. Et ſic Pſal. Lauabo per ſingulas noctes, &c. Iſa. 1. Lauamini & mundi eſtote. Quartò oratione, ut patet de decem leproſis. Luc. 17. Leuauerunt uocem ſuam qui propria oratione ſanati ſunt. Similiter aliena. Figuratur Nume. 12. Moyſes orauit pro ſorore eius: & mundata eſt. Quintò domini paſsione. Figuratur. 4. Reg. 5. in Naamã qui ſepties ſe lauit in Iordane. i. in ſanguine Chriſti quem ſepties fudit. Primò in circunciſione contra luxuriam, quę in iſto membro polluit. Secundò in ſudore contra gulam, de qua naſcuntur humores. Tertiò in capite contra ſuperbiam. Aug. Sub ſpinoſo capite non decet hominẽ eſſe delicioſum. Quartò in corde contra iram. Philoſophus 2. de Anima: Ira, accenſio eſt ſanguinis circa cor. Quintò in flagellatione

contra

contra inuidiam.Sextò in perforatione contra auaritiā. Ipſe enim habet manus extenſas ut daret uniuerſaliter: apertas ut daret liberaliter:perforatas ut daret totaliter. Septimò in pedum affixione contra accidiā.Pſal.Intingatur pes tuus ſcilicet in ſanguine.Ibi nos lauit Apoc.1. Dilexit & lauit nos in ſanguine ſuo à peccatis noſtris. Bernar.O bone Ieſu,quid retribuā tibi pro omnibus fatigationibus tuis pro ſudorib. & lachrymis tuis, pro uariis diſcurſibus quos feciſti in medio nationis prauæ.Et ſi diſtribuero omnem ſubſtantiam meam in uſus pauperum,& tradidero corpus meum ita ut ardeam:nō ero cō dignus prouidētiæ tuæ.Accipiā tamē calicem pasſionis temporalis ut reclinet oculos meos ad lachrymas tuas.

FERIA III.

*Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo,in medio eorum ego ſum. Matth.*18. Enarratio I.

EXiſtens in anguſtiis & tribulationibus ſolet hoc cō queri amicis ſuis fidelisſimis quęrens iuuamē & cōſolationē ab eis.Eccl.6.Si posſides amicum,in tentationē posſide illū. Nam amicus fidelis protectio fortis.Item amicus fidelis medicamentum uitæ & immortalitatis.Spiritualiter,& ſic nos ad Chriſtum. Et hoc facit eccleſia in introitu: Ego clamaui ad te domine quoniam exaudiſti me inclina aurem tuā ad precem meā & exaudi uerba mea:cuſtodi me,ut pupillā oculi,ſub umbra alarū tuarum protege me.Et in collecta:Exaudi nos omnipotens & miſericors deus, & cōtinentiæ ſalutaris nobis propitius dona concede.Et quod hoc debemus facere figuratum eſt in epiſtola hodierna quæ ſcribitur.4. Reg. 4. Mulier quædam in tribulatione exiſtens cui uir mortuus fuerat,& creditor uenit uolēs tollere ambos filios.Ipſa conquerebatur Heliſæo prophetæ qui multiplicauit modicū olei & impleuit omnia uaſa,& ſic fecit uēdere oleū & ſoluere creditori. Spiritualiter uidua in tribulatione exiſtens eſt conſcientia in peccato.Augu. Peccatū eſt ſibiipſi pœna.Et principaliter creditor,ideſt dia

bolus ſi uelit tollere ambos filios, ideſt corpus & animam uade ad Heliſæum,i. Chriſtum qui interpretatur ſalutare dei mei:& ipſe omnia uaſa,ideſt cor, & animã, & conſcientiam,& intellectum implebit oleo dilectionis,& hoc oleum uende, ideſt impartire,ſ. deo, tibi, & proximo,& ſolue creditori & reliquum ſit tibi. Et ſicut Heliſæus audiuit uiduã: ſic & Chriſtus nos ut patet in uerbis præmiſsis, *Vbi duo uel tres, &c.* In ſumma euangelii tria innuuntur Primo fraterna correctio cùm dicitur: *Corripe inter te & ipſum, &c.* Secũdo dei benigna exauditio,ibi: *Si duo ex uobis conſenſerint.* Tertio innuitur beniuola remiſsio,ibi: *ſeptuagies ſepties.* De primo dicitur, In illo tempore,ſ.cùm ait quòd uoluntas patris nõ eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis:quia maius gaudium oritur de oue inuenta quę errauit,quàm ſuper nonagintanouem quæ non errauerunt. Ergo peccatores non ſunt contemnendi,ſed piè corrigendi. Vnde dicit: *Si peccauerit in te,* ideſt cõtra te iniuriis afficiendo uel malũ exemplũ tibi præbendo,uel in te,ideſt in te ſolo ſciente : *frater tuus,* ideſt proximus,ſ.fraterno amore: *uade,* ideſt non per ſcriptum ut dicit Hieronymus,ſed uiuæ uocis actu: *corripe eum,* non laudes adulando Pſ.9. Quoniam peccator laudatur in deſideriis animæ ſuæ: *Corripe non ſileas.* Glo. Qui fratrẽ ſuum peccare uidet & tacet, ita peccat ſicut qui pęnitenti nõ indulget. Dubitatur an illud præceptum corrigendi fratrem peccantem ſpectet ad oẽs. Reſpondetur ꝙ ſic,& hoc ex debito charitatis : plus tamẽ ad hoc ligantur prælati quàm alii, quia prælati ex zelo charitatis & officio prælationis,alii ex zelo charitatis tantum:Item prælati habent corripere uerbo & facto,ideſt flagello,alii tantùm uerbo. Nota ſanctus Thomas.2.2.quæſt.33. dicit: Eſt præceptum affirmatiuum non obligans ad ſemper,ſed pro loco & tempore. Dubitatur an ſemper ligat. Reſpondetur quod ſic, ſed non ad ſemper exequendum, ſed pro loco & tempore quando licet & expedit,& homo credit ꝙ ſi utilis. Sunt tamẽ aliqui caſus in quibus abſoluitur homo ab iſto præcepto. Primus cùm non ſit aliqua ſpes meliorationis . Hiero.

Fruſtra

Fruſtra niti & nihil aliud quàm odiũ quærere extremæ dementiæ eſt. Ideo Prou.9. Noli arguere deriſorem ne oderit te. Secundo cum timetis defectus probationis & criminaliter agitur, & ubi actor obligatur ad talionem ſi in probatione deficiat. Tertio cum prælato tanquã iudici notũ eſt factum: quia ille notorius, eſt & conuictus. Quarto cùm meliori uel ad minus æque bono operi uacat, ut ſi ſit monachus. Quinto cùm multitudo, uel poteſtas eſt in culpa ubi correptio plus nocere ecclesiæ ꝙ prodeſſet, ergo non ualet ſemper ad exequendum. Nota modum corrigendi & ordinem. Nam tres modos ponit Aug. ſuper illud Matth. 7. Hypocrita eiice primo trabẽ. Primo uolens alium corrigere debet hoc facere ex amore, quia hoc facit dominus Apoc.3. Ego quos amo arguo & caſtigo. Sed heu aliqui ex rancore corrigunt, & talis nõ uidetur correctio, ſed perſecutio. Iſa.11. Egredietur uirga, id eſt correctio de radice Ieſſe, id eſt de incendio amoris. Secundo debet conſiderare ſi eis ſimilis in eodẽ delicto uel æquali uel maiori & maxime ſi eſt notorium tunc nõ debet eũ corrigere, ſed ipſum prius corrigat, alias diceretur ei illud Luc.6. Hypocrita primo eiice trabem de oculo tuo, & tunc proſpicies ut educas feſtucam de oculo fratris tui, & Rom.2. Qui ergo alium duces teipſum non duces, qui prædicas non furandũ furaris, qui dicis non mœchandum mœcharis, qui abominaris idola ſacrilegium facis, qui in lege gloriaris per præuaricationem legis deum inhonoras. In quo alterũ iudicas teipſum cõdemnas. Greg. Durum eſt ꝙ qui neſcit tenere moderamina uitæ ſuæ, iudex ſit uitæ alienę. Prouer.18. Iuſtus primo accuſator ſui eſt. Grego. Imperitus eſt medicus qui aliorum curam gerit, ſuũque uulnus neſcit. Auguſt. Iudex in nullo illorum ſit iudicandus, quæ in alio iudicare eſt paratus. Si autem non eſt ei ſimili debet uidere ſi aliquando fuit ei ſimilis: & tunc ſicut nolebat deſpici, ſed uolebat compaſsionem ſibi impendi: & ſic nec ipſe fratrem pœnitentiam deſpiciat, ſed compaſsionem & miſericordiam exhibere ſtudeat. Eccl.8. Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato,

& ne

& ne improperes ei. Memento quoniam omnes in correctione ſumus. Eccleſiaſt. 31. Intelligite quæ ſunt proximi tui ex teipſo. Grego. Dominus Petrum miſit cadere ut in ſua culpa diſceret quibus miſereri deberet. Si autem nō eſt, nec fuit ei ſimilis: tūc debet cogitare quia poſſet fieri ei ſimilis, ideo ratione talis dubii nō debet ſuperbire. 1. Corinth. 10 cap. Qui ſe exiſtimat ſtare uideat ne cadat. Aug. Nemo eſt qui ſecurus eſſe poſsit in hac uita quæ tota tentatio nominatur. Iob. 7. c. Militia eſt uita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarii dies eius, ergo cum modeſtia facienda eſt correctio. Apoſtolus ad Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Ergo illi qui zelum habent non ſcientiam notātur eſſe ſine capite: quia omnia uindicare uolunt iuxta exceſſum. Vnde Auguſt. Si omnia hic uindicarentur. tunc locum diuina iudicia non haberent, dicentes: Talis deponatur, crucifigatur, expellatur, ignorātes quod in omni medicamine ſaluberrimum eſt ſapientia. Sap. 9. Per ſapientiam omnes ſanati ſunt quicunque tibi placuerunt domine ab initio. Grego. Si autē nec eſt ſimilis nec fuit & de dei bonitate confidat quòd nunquā ſimilis ei erit: tūc debet uidere ſi iſte qui ſic eſt reprehēſibilis an in aliquo ſit cōmendabilis. Si. n. iſte qui habet tot defectus aliquos habet profectus, tūc ratione illorum bonorum debet ſupportare quæ minus habet. Vnde Apo. 2. Ioannes uolens reprehendere epiſcopum in Epheſo primò ponit uitiū, dicens: Habeo aduerſum te pauca: quia charitatem primam reliquiſti. Sed ſubiungit quoddam bonum, quia odiſti facta Nicolaitarū quę & ego odi. Nicolaitæ enim dixerunt quod concubitus ſimplex non eſſet peccatum. Similiter de epiſcopo Sardis primo dicit uitium: Nō inuenio opera tua plena corā deo meo. Et ſubdit: Habes pauca nomina qui nō coinquinauerunt ueſtimenta ſua: ſed ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt. Apocal. 3. nubes in exemplum. Vnde Grego. Dato tamen quod aliquis uideatur omnino malus, tūc debet cogitare, quia iſte in conſpectu dei

tibi fortè eſt præponendus. Exemplum ſume de Stephano & Paulo. Cùm Stephanus lapidaretur Paulo iuuante, Paulus uidebatur malus: tamen in conſpectu dei Stephano meritò præponendus. Item de ordine correctionis. Reſpondetur peccatum fratris aut eſt tibi ſoli agnitum, aut aliis paucis, aut publicum. Si tibi ſoli: *tunc corripe eum inter te & ipſum ſolum*, ideſt ſecretè propter cõſeruationem bonæ famæ: quia aliàs amiſſa fama efficeretur homo inuerecundus, & per conſequens nunquam à peccato retraheretur. Nota S. Tho. ſecunda ſecundę q. 33. dicit: Si peccatum occultum uergeretur in detrimentum cõmunitatis, ut quis uellet prodere ciuitatem hoſtibus, uel hæreſim ſeminare ſtatim procedendũ eſſet in denuntiationẽ: niſi fortè firmiter ſciret hoc auertere per ſecretam correctionem. Si autem uergit in damnum peccatoris tantum: tunc ſecretè debet fieri correctio, & debet pluries fieri interim ꝙ eſt ſpes meliorationis. *Si te audierit*. ſ. pœnitẽdo & à peccato ceſſando, *lucratus es animam fratris tui*. i. eius reuocatio cedet tibi in lucrum ſpirituale. ſ. ſalutis animæ. *Si te non audierit*. i. ſecretã correctionem non aduertit: *adhibe tecum unum uel duos*. i. conuincas eum teſtibus. 1. Tim. 5. Peccantes corã omnibus argue ut & cæteri metum habeant. Iſido. Dum unus corrigitur alii emendatur. Et illi coram quibus debet fieri correctio, ſecundum Aug. debent eſſe tales qui uolunt prodeſſe & non obeſſe: *quia in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum*. Sed diceres, tamen dicitur Deut. 19. Non ſtabit unus teſtis contra aliquem. Reſpondetur, hoc eſt: uerum per modũ accuſationis, ſed per modũ denunciationis ſufficit unus. *Si non audierit eos*. ſ. tecum corrigentes: *dic eccleſiæ*. i. coram prælato teſtibus eum conuincendo. Aug. dicit, prælato primo, ut eſt ſingularis perſona: ſi non emendatur tunc ut iudici hoc eſt uerum in grauibus peccatis: quia leuia non derogant famæ: *Vel dic eccleſiæ*. i. excõmunica eum. *Si eccleſiam non audierit*. i. ſi per iurgationem prælati uel eccleſiæ ſe non emendauerit: *ſit tibi ſicut ethnicus*. i. gentilis. Ethnos. n. Græce, gens & Latinè: *Et publicanus*, Publicanus. n. dicitur qui lucra ſeculi

culi

culi ſectatur per fraudem & furta & periuria. Vel qui publicorum eſt exactor uectigalium, & cùm talibus iudæi non communicabant. Hic dominus deus Ieſus Chriſtus dedit prelatis ſententiam & iuriſdictionem excõicationis. Et nobis oſtendit quomodo excommunicatis non debemus participare. Primo in ſalutatione. 2. Ioan. 1. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert: nolite eum recipere in domum, nec aue dicetis ei. Qui.n. dicit illi aue communicat operibus eius malignis. Secundo non in oratione publica. 1. Ioan. 5. Eſt peccatum ad mortem non dico pro illo ut roget quis. Tertio in comeſtione. 1. Corin. 5. Si is qui frater nominatur inter nos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cùm huiuſmodi nec cibum ſumere. O quàm graue factum eſt excõmunicatio, & ergo timenda eſt. Primo, quia lepra ſpiritualis, quia inficit alios. Figuratur per lepram Mariæ. Nu. 12. quia coinquinat alios. Aug. dicit, ꝙ apoſtolus eam denominationem uoluit intelligere ſupra factam cum ordine iuris. Secundo timenda eſt: quia ille qui excommunicatur eſt membrum abſciſſum à corpore. ſ. Chriſti, cuius ſpiritus non uegetatur ſicut ramus in trunco & areſcit. Ioan. 15. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo niſi manſerit in te: & ſic & uos niſi in me mãſeritis. Tertio ſathanæ traditur. Auguſt. Omnis excommunicatus à ſacerdote ſathanæ traditur: ut habetur 11. q. 3. c. Abſit. Item periculoſius quàm cùm iudæo uel gẽtili: quia ille ueritatis uiam non cognouit, ſicut excommunicatus. 2. Pet. 2. Melius eſt uiam ueritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti. Nota cum paganis comedere licet: ſed non cum excommunicato: ut patet 11. quæſt. 3. cap. Ad menſam. Vnde 1. Corinth. 10. Si quis infidelium uocauerit uos ad cœnam, & uultis ire, omne quod uobis apponitur manducate. Ducitur ibidem in præallegato loco, ſcilicet 11. q. 3. cap. euidenter. quòd communionem paganorum non cogimur uitare, qui in ſententia notati nõ ſunt, & hoc ideo ut eos lucri faciamus, Ideo ibidem 11. q. 3. cap. cũ ergo,

dicitur: Cùm per ſententiā quis nominatus fuerit: cum eo cōicare non debemus. Ibidem antea cùm dicitur: Cū excōmunicato nec orare, nec loqui, nec ueſci licet. Glo: cōtumaciter. Ideo excōicatio & ſententia facienda eſt: ut habetur 11.q.3.cap. Sententia paſtoris ubi dicitur: ꝙ ſentētia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timēda eſt: & nō ex ſuperbia contemnenda eſt. Sed diceres, Aliquo ſacerdos habet me tradere diabolo. Dicendū ꝙ dominus ita confirmauit eorū iuriſdictionem, dicendo: *Amen dico uobis*, quod eſt iuratū Chriſti. Ad Heb.6. Nam oēs per maiorē ſui iurant: ꝙ non fuit maior eo, quia per ſe ueritas. *Quodcunque ligaueritis*, ſ. cathena anathematis. Dicit notanter ligaueritis in plurali: & prius Matth. 16. dixit in ſingulari: Quodcunque ligaueris, ad deſignādam quod eandem autoritatem quam cōmiſit Petro, cōmiſit ſuis ſequacibus. Tunc ſubdit: *Super terram*. i. in eccleſia militante: *Erit ligatum & in cœlo*. Et talis ſententia confirmabitur diuino iudicio. Notanter dicit in terris, in cœlo ſunt oēs ſoluti: quia dicit Apoc. 21. Nihil coinquinatū intrabit in cœlū. In inferno ſunt ligati: iuxta illud Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Ligatis manibus, id eſt potentia operatiua: quia non poſſunt mereri. Et pedibus, id eſt potentia affectiua & potentia intellectiua: proiicite in tenebras exteriores, &c. ubi deū nō uident, quia ibi ſunt extra ambitum diuinæ miſericordiæ. De qua Aug. Si ſcirem patrem meū in inferno, &c. Sed in terris poteſt fieri ſolutio: hic omnes poſſunt ligari peccato ueniali. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatū non habemus, ipſi nos ſeducimus & ueritas in nobis non eſt: peccatū. ſ. ueniale. Rom. 3. Omnes peccauerunt & egent gratia dei. Ergo apoſtolus 1. Corint. 4. Nihil enim mihi conſcius ſum, id eſt nullum ſcio mortale, ſed in hoc non iuſtificatus ſum, ſcilicet à ueniali. Aliqui ſunt ligati peccato mortali & illud eſt graue ligamen. Figuratur Iudic. 15. Sampſon fuit ligatus duobus funibus nouis à Dalida. Spiritualiter, Sampſon interpretatur ſol fortis & ſignat peccatorem in mortali peccato

exiſtentem:talis enim ligatur cū duobus funibus nexibus, ſcilicet culpæ & pœnæ. Sciendum tamen peccator quatuor incurrit per peccatum mortale. Primo cœlum clauditur, ſecundo infernus aperitur, tertio intra ſe per culpam inficientem perdit gratiam, quarto extra ſe amittit eccleſiæ meritum. Sed ab his habet ſacerdos abſoluere. Primo aperit cœlum. Ideo dicitur Matth. 15. Tibi dabo claues regni cœlorum. Et Apoca. 11. Hi habent poteſtatem claudendi cœlum. Nam linguæ eorum claues cœli factæ ſunt. Secundo ſacerdos claudit infernum. Matt. 16. Portæ inferni non præualebunt aduerſus eam. Tertio remittit culpam: ideo ter dedit eis Ieſus poteſtatem remittendi culpam. Primò dedit Matth. 16. Quodcunque ligaueritis, &c. Secundo Matth. 18. ut hic in textu. Tertio Ioan. 20. Accipite ſpiritum ſanctū, quorum remiſeritis, &c. Ad deſignandum quòd cōmiſſa tribus modis, cogitatione, locutione, & operatione, habet ſacerdos indulgere. Quartò ſacerdos reſtituit cōmunioni eccleſiæ: ut apoſtolus 1. Corin. 2. Quod & ego donaui propter uos in perſona Chriſti, &c. Et illam cōmunionem petit Pſal. Participem me fac deus, &c.

Dixi ſecundò innuitur benigna dei exauditio ibi: *Iterum dico uobis*, ſ. fidelibus. *Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram de omni re quamcumq; petierint, fiet illis*: hoc eſt contra illos, qui communem orationem ſpernunt. Nam ubi plura lumina lucent, ibi maior ſplendor: ubi multa materia ignis, ibi intenſior calor. Hieron. Impoſsibile eſt multorum preces non exaudiri. Nam Petrus liberatus eſt communi oratione. Actu. 12. Oratio fiebat ſine intermiſsione ab eccleſia ad deum pro eo. Pau. ad Rom. 15. Adiuuetis me in orationibus ueſtris, & oretis pro me ad dominum. Glo. Apoſtolus petit pro ſe orare: quia multi minimi dum congregantur unanimes fiunt, magni, &c. Ecce ad petitionem alicuius rei impetrandæ requiritur conſenſus. Et primo conſenſus in amore. Pſal. 54. In domô dei ambulauimus cum conſenſu. Iſte conſenſus eſt laudabilis. Pſal. Ecce quàm bonum, &c. Item requiritur conſenſus in uocibus ad laudandum. Dan. 3.

Hi tres quaſi ex uno ore laudabant dominum. *Et dicit ſuper terram*, ubi eſt locus merendi, uel demerendi. *de omni re quamcumque petierint*, ſcilicet ad ſalutem. Prouerb. 1. Stulti ea quæ ſibi ſunt noxia petunt, tales non exaudiũtur. Ideo ſubdit: *Fiet uobis à patre meo, qui in cœlis eſt*. i. tales exaudiuntur. Attamen multipliciter. Aliquando ad uoluntatem, & non utilitatem: ut dæmonem tentare. Iob. 1. cap. ſimiliter & dæmones petẽtes intrare porcos. Matth. 8. Aliquando ad utilitatem non ad uoluntatẽ: & ſic non exaudiuit Paulum, qui ter erogauit dominũ ut auferret ab eo ſtimulum carnis. 2. ad Cor. 12. ſed ait: Sufficit tibi gratia mea. ſ. ad utilitatem. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Aliquando ad uoluntatem & utilitatem, & ſic apoſtoli. Actu. 1. Erant perſeuerantes in oratione unanimiter orantes. i. pro ſpiritu ſancto, & mi ſit eum. Item ne quis diceret fiet à patre, & non ab eo: includit ſe dicens: *Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo*: non pro augendis diuitiis ut cupidi: non in cubilibus ut laſciui, non in ultione ut iracundi: ſed in nomine meo. Rabanus: In nomine domini cõgregati ſunt, qui ipſius gloriam æmulantur. *In medio eorum ſum*. Rabanus: Amat mediũ, quia mediator dei & hominũ. In natiuitate: Abac. 3. In medio duũ animaliũ cognoſceris. In uità, in medio doctorũ. Luc. 2. In morte medius pepẽdit in cruce. Ioan. 19. In medio extremi iudicij ſeparabit agnos ab hœdis: ſic enim erit in medio, quia agni à dextris, & hœdi à ſiniſtris. Matt. 25. ad deſignandum quod dicitur. 1. Io. 2. Si quis peccauerit habemus aduocatum apud deum patrem Ieſum Chriſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed ẽt pro totius mundi. Bern. O peccator ſecurum habes acceſſum ad deum &c. Dixi tertio innuitur Petri interrogatio & beniuola iniuriæ remiſsio, cùm ſubdit: *Tunc accedens ad eum Petrus ait. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei uſque ſepties*. quia audiuit ꝙ deus eſſet pronus ad remittendum & exaudiendum cogitauit ſe uelle etiam in hoc facere ſimilem. Sed cum ſubdit ſepties dimitti: dubitatur unde Petrus recepit hunc numerum

merum dimiſsionis,& nõ dixit octies uel ſexies.Reſpõdetur fortè ex illo, quod Gloſ. dicitſuper Geneſ.4. Septies datur punitio de Cain:ergo ecõtrario ſi ſepties puniẽdus,ſepties dimittendus. Vel fortè ex illo Prou. 24, Septies in die cadit iuſtus & reſurget. Vel propter ſeptẽ in peccata mortalia.Chryſ.Aeſtimabat Petrus ſe magnũ numerũ dixiſſe.Reſpõdit Chriſtus de ore miſericordiæ; *Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuageſies ſepties.* Iſte numerus dupliciter põt cõiungi uel per multiplicationẽ,ſicut uult Hieron.uel per aggregationẽ,ſicut uult Auguſt.ſcd'm Hiero.iſte numerus multiplicat ſeipſum, ita ut unũ aduerbium ducatur per aliud,ſ. q; ſeptuagies ſepties accipiatur pro ſepties ſeptuaginta: uel ſeptuagies ſeptẽ.i.quadringẽtis nonaginta uictibus,q.d.Toties dimittas in die,quoties homo peccare põt uel uix peccare põt.Sed Aug.intelligit hũc numerũ per ſimplicẽ aggregationẽ,ſic dicẽs: Audeo dicere, & ſi ſeptuagies ſepties peccauerit ignoſcas: & ſi centies omnino quoties peccauerit ignoſce.Si.n.Chriſtus decem millia peccatorũ inuenit,& cũ hoc omnia donauit: ſic & nos nõ debemus ſubducere miſericordiã.Ideo Aug. non tamẽ ſine cauſa dominus hunc numerum poſuit ſeptuagies ſepties: ſed quia per ſeptem dies uniuerſitas temporũ numeratur. Sic uniuerſitas tranſgreſsionum per eundem numerum ẽt figuratur.Sed heu ſunt aliqui dicentes, nõ poſſum ei dimittere:quia multoties cõmouit me.Audi dictũ Chriſti in textu:*Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.* Audi & eius factum.Luc.23.Pater dimitte illis,&c.Audi beatũ Stephanum dicentem Act.7. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.Reſpice quid oras: Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, &c. Et Matth.18.Si nõ dimiſeritis unuſquiſque fratri ſuo ex cordibus ueſtris:nec pater meus dimittet uobis peccata ueſtra.Nã dicitur Lucæ 6.Eadẽ menſura qua menſi fueritis remetietur & uobis.Iſidorus.Sicut nullum proficit medicamentum telo exiſtente in liuore: ſic nec oratio in rancore.Ideo Eccl.28.Relinque proximo tuo nocenti te: & tibi deprecanti dabitur uenia.

FE-

FERIA IIII.

Quare uos tranſgredimini mandata Dei. *Matthæi* 15.

Enarratio I.

QVilibet princeps in ſuo diſtrictu poteſt cõſtituere traditiones ſecundum ſuum beneplacitum & conditionem. Si bonus conſtituet bona: ſi malus mala conſtituet. Et quilibet ſub eo exiſtens debet eiſdē conſtitutionibus obedire: aliàs tranſgreſſor probatur. Spiritualiter. Et ſic rex regum & princeps omnium inſtituit traditiones, id eſt mandata quibus omnes debemus obedire ſub pœna excluſionis. Deute.28. Qui non ſeruauerit mandata mea, ueniet ſuper eum omnes maledictiones iſtæ & apprehendent eum, &c. Si autem exceſsimus tunc miſericordiã petere debemus: ſicut facit eccleſia in hodierno introitu cum dicit: Ego autem in domino ſperaui: exultabo & lætabor in tua miſericordia, &c. Quæ autem ſunt dei mandata docet epiſtola Exodi 20. Honora patrem & matrem. Et extirpat malas plãtationes cùm dicit: Non occides, non mœchaberis, non falſum teſtimonium dices. Non concupiſces rem proximi tui, ſ. uxorem, ancillam, &c. Qui autem tranſgreditur reprobus efficitur. Et ſic arguuntur iudæi in præſenti euãgelio. *Quare tranſgredimini mandata Dei, &c.* Aliud thema. Medicus iubet aliqua facere, & aliqua prohibet infirmo. Spiritualiter & ſic Chriſtus teſte Augu. Scit cœleſtis medicus quid daturus & quid ſubtracturus ſit. Et ideo ponit quid facere debemus, ſ. honorare parentes. Et quid dimittere, cùm dicit: Non furari: non falſum teſtimonium dare. Item ubi maius periculum, ibi citius & frequentius adhibendum eſt remedium: ſicut medicus quando uidet in infirmo morbum conualeſcentem & naturam deficientem, potius ſubuenit naturæ quàm morbo. Quia maius periculum eſt ſi natura deficiat q̃ ſi morbus conualeſcat: quia nunquam poſſet morbum expellere ſine auxilio & uigore naturæ. Spiritualiter, & ſic medicus cœleſtis & magiſter ueritatis Chriſtus maiores iudæorum, ut ſcribas & phariſæos frequenter cor-

ripuit: quia uitia maiorum ſunt periculoſiora quàm minorum: quia ſolum eis, ſed aliis ſunt ruinæ cauſa & ſcandali. Grego. Dum paſtor per abruta graditur, neceſſe eſt ut grex ad pręcipitium ſequatur. Nam ubi mala radix, ibi mala fructus. Et ſic ubi mali prǫlati, efficiuntur mali ſubditi: ſicut hortulanus bonas arbores tranſplantat & malas eradicat, & ſic Chriſtus deus, ut patet in Saul & Dauid. Saul eradicauit, ſed ipſum Dauid plantauit. Dauid enim cuſtodiuit dei pręcepta & ſperauit in domino iuxta hodiernum introitum: Ego autem in miſericordia tua ſperaui. Et ſic petit eccleſia in collecta: Preſta quęſumus omnipotens deus, ut ſalutaribus ieiuniis eruditi, à noxiis quoque uitiis abſtinētes propitiationem tuam facilius impetremus. Sed quę ſint mādata dicitur in epiſtola: Honora patrem & matrem, &c. Et hoc non fecerūt maiores iudęorum ergo dicitur eis: quare uos tranſgredimini mandata dei. In ſumma euangelii duo innuuntur. Primò Chriſtus arguit iudęos de parentum dehonoratione, ibi: *Quare tranſgredimini mandata*, ſ. illud: *Honora patrem & matrem*. Secundo corrigit eos deſimulata ęquitate, ibi: *hypocritæ*. De primo dicit. In illo tēpore poſt curationem multorum infirmorum: ſcribę inuidentes. Auguſt. Inuidia delectatur in malo alieno & cruciatur in bono. Et ſic phariſęi acceſſerunt ad Ieſum, dicentes: *Quare diſcipuli tranſgrediuntur traditiones ſeniorum*. Nota aliter arguit hypocrita furioſus, aliter amicus amoroſus. Nā hypocrita primò arguit ad honorem ſui. Nam ſicut auidus laudis proprię nihil facit, nihilque operatur & loquitur niſi unde capiat laudem alienam: ideo alios confundit, ut ſolus uideatur habere ſpiritū dei. Greg. Cunctis apud ſe ſuperbis ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilētio, rancor & odium in reprehenſione. Bernar. Hypocritę uolunt eſſe ſine autoritate iudices, ſiue ui ſu teſtes, poſtremò falſi accuſatores, humiles ſine deſpectu, pauperes ſine defectu. Iob 13. Non ueniet in conſpectu dei omnis hypocrita. Secundò corrigit hypocrita ad confuſionem proximi. Ratio, ut alios humiliet, & ſeipſum exaltet: alios maculet, & ſeipſum pulcrificet. Alium dicit peccatorem
& ſe-

& ſeipſum innocētē: quod figuratur in phariſęo. Luc. 18. qui dixit: Gratias ago tibi domine, quia non ſum ſicut cęteri hominum raptores, iniuſti, adulteri, ieiuno bis, &c. Sed tales non ſunt correctores, ſed publici proditores. Auguſt. in homil. Hypocrita tria facit quando corrigit. Primò ſcandalizat homines, ſecundo fraternam diuidit unitatem, tertio perturbat pacem, & proximum non emendat, ſed peiorat. Vel ſic, In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo ſcribarum interrogatio, ibi: *Tunc acceſſerunt &c.* Secundò Chriſti reſponſio, ibi: *Quare uos tranſgredimini.* Tertiò eorum exprobatio, ibi: *Hypocritæ bene prophetauit de uobis Eſaias.* De primò dicitur, In illo tempore, ſcilicet poſt curationem multorum infirmorū: ſignanter per tactum fimbrię. *Tunc acceſſerunt ad eum ſcribæ & Phariſæi.* Gloſa: non propter informari ſed diffamari. Non ut docuit Pſal. 33. Accedite ad eum & illuminamini. Ab Hieroſolymis licet phariſęi diſperſi erant per omnes tribus, ut dicit Chryſ. tamen qui in Metropoli erant fuerunt peiores aliis, dicentes: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum.* Hierony. Mira ſcribarum ſtultitia, Dei filium arguunt, quare hominum traditiones non teneat. Chryſoſt. Non dixerunt quare tranſgrediuntur legem Moyſi. Nam tempore Moyſi conſtituti ſunt ſeptuaginta ſeniores: ut legitur Nume. 11. ad quos fiebat recurſus in ambiguis & difficultatibus. Et iſti multa bona inſtituerunt, quę non includebantur in lege Moyſi, non attendentes quod dixit Moyſes Deuteron. 13. Non adiicietur uerbum quod propono uobis nec auferetur. De talibus autem erat illud ſtatutum quòd accedentes ad menſam prius lauarent manus. Ideo ſubditur. *Non lauant manus cum panem manducant.* Et hoc receperunt ex Iſa. 1. Lauamini & mundi eſtote. Będa: Hęc uerba prophetarum carnaliter acceperunt, quę illi de cordis & operis caſtigatione pręcipiebant: cum tamen dicit Hierony. Manus, id eſt opera lauanda ſunt. Dixi ſecundo tangitur Chriſti reſponſio. *Ipſe reſpondens ait: Quare & uos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem ueſtram.* Chryſoſt. Chriſtus non

excuſauit diſcipulos: ſed confeſtim reaccuſauit demonſtrans, quoniam eum qui magis eccat de paruis peccatis aliorum ſollicitum eſſe non oportet, quaſi diceret ſecundum Hieron. Cùm uos propter hominum traditionem mandata dei contemnitis & negligitis: quare diſcipulos meus arguendos creditis qui ſeniorum iuſſa paruipendunt, ut mandata dei cuſtodiant. Luc. 6. cap. Hypocrita accipe trabẽ de oculo tuo, & tunc perſpicies ut educas feſtucam de oculo fratris tui. Vnde Eccl. 34. cap. Ab immundo quis manducabitur? Et Grego. Oportet prius mundari & poſt hoc mundare: prius ſapientem fieri, poſt hoc ſapientes facere. *Nam Deus dixit.* Exod. 20. cap. *Honora patrem tuum & matrem tuã.* Præceperat ergo deus uel imbecillitates uel ætates uel penurias parentum conſiderans, ut filii eos honorarent etiam in uitæ neceſſariis inſtandis. Voluit autem ſecundum Chryſoſtomum monſtrare ꝙ parentes eſſent ualde honorandi. Et propter hoc adiunxit & præmium & pœnam. Sed dominus hic prætermittens quod honorantibus promittitur, ſcilicet longæuum eſſe ſuper terram, ponit quod terribilius eſt, ſcilicet pœnam ut ipſos ſtupefaceret & alios attraheret. Vnde dicitur: *Et quicunque maledixerit patri uel matri, morte moriatur.* Leuit. 20. In quibus uerbis demonſtrat eos morte eſſe dignos. Si enim qui uerbo dehonorat parẽtes morte punitur, multo magis uos qui etiã opere. Et non ſolũ dehonoratis, ſed & alios docetis. Vos ergo qui nec uiuere debetis, cur diſcipulos incuſatis? Quod autẽ mandatum dei tranſgrediebantur manifeſtat, cum ſubdit. *Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri uel matri, munus quodcunque eſt ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuum & matrem ſuam, & irritum feciſtis mandatum dei, propter traditionem ueſtram.* Quod exponit Hieron. dicens: Promiſſam enim prouidentiſsimam dei legem uolentes ſcribæ & phariſæi ſubuertere: ut impietatem ſub nomine pietatis inducerent, docuerunt peſsimos filios ſuos: ut ſi quis ea quæ parentibus offerenda ſunt deo uouere uoluerit, qui uerus eſt pater oblatio domini præponatur parentum muneribus, ut ſit ſenſus ſecundum gloſam:

Quod

Quod ego offero & tibi & mihi proderit: & ideo nō debes ſumere,ſcilicet res meas in tuos uſus,ſed pati ut deo offeram:paupertas enim tua tibi proderit. Sic ergo docuerant ſacerdotes in hypocriſi: ut filius non dando patri neceſsitatem offerat eis ſecundum eorum traditionē per quam annihilatur hoc mandatum: Honora patrem & matrem,&c. Vel certè,ut dicit Hieronym. ipſi parentes quaſi deo conſecrata deuitabant,ne ſacrilegii crimen incurrant & egeſtate comitiamur. Atque ita fiebat ut oblatio filiorum ſub oblatione templi & dei in lucra cederet ſacerdotum: ut ſit ſenſus ſecundum glo. Quicunque,i.quiſque ueſtrum dixerit,i.dicere poterit, uel dicet patri uel matri: O pater munus quod deo ex me ſupple eſt iam uotum & promiſſum tibi proderit adiuuando, quaſi diceret. Non debes ſumere ne ſis reus ſacrilegii. Probat autem Chriſtus eorum malitiam præuiſam eſſe à propheta. Ideo ſubdit: *Hypocritæ bene prophetauit Eſaias de uobis dicens. Populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Hypocrita ſecundum Remigium, dicitur ſimulator,qui aliud opere ſimulat, & aliud corde geſtat. Aug. Si quis ea de cauſa operetur ut proprium uel terrenum commodum adipiſcatur, non erit cor mundū in eo. Nam de puro argento ſordidatur aurum. Iſti ergo bene hypocritæ dicuntur,qui ſub nomine dei bona lucra ſibi cumulare cupiunt. Quicunque ergo ideo deo ſeruit ut lucretur,& non conſtituit deum finem ſui amoris: ſi aliquid aliud præter eum uel contra eum amat, ut dicit Remigius,hypocrita eſt,& eſt ſimilis malitiis iudæorū, qui in dolo pugnauerunt contra euangelium. Et ideo in perſona domini dicit Eſaias de eis: Populus hic labiis me honorat. Iudæorum nāque populus labiis & ore deo appropinquabat, quare & honorare eū uidebatur: quia unius dei cultum ſe habere gloriabatur: ſed corde longe à Deo receſsit: quia uiſis ſignis atque miraculis, nec diuinitatem eius cognoſcere,nec eum ſuſcipere uoluerūt, *Sine cauſa,* ideſt ſine mercede futura,*colunt me docentes doctrinas & mandata hominum.* Non enim habebant mercedem cum ueris cultoribus docentes doctrinas & manda

ta hominum contemptis diuinis præceptis. Chriſtus igitur ſecundum agnitam accuſationem phariſæorum à teſtimonio prophetæ, & illis non emendatis iam eis non loquitur ſed turbis. Vnde dixit eis. *Audite & intelligite.* Attendite quo Chriſtus conuocans populum de ſacerdotibus loquitur, quod eſt contra illos qui dicunt non debere prædicare coram populo de eis. Bene etiam populus deuictis inimicis inſtruitur poſtquam poteſtas diaboli ſuperatur, tunc enim poteſtas data diuinitus exercetur: ut Mat. 21. dicit, quòd poſtquam uendentes & ementes dominus eiecit de templo: tunc cæcos illuminauit & claudos ſanauit. Quid ergo doceat audiamus. *Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit de ore coinquinat hominem.* Huic ſcripturæ conſonat apoſtolus. Rom. 13. Omnia ſunt munda, ſ. creata, & omnis creatura dei bona eſt: ſed malum eſt homini, qui per offendiculũ manducat. Quòd autem in ueteri teſtamento quædam animalia comedi prohibebantur & dicebãtur immũda, hoc debet ſic intelligi ſecundum Aug. contra Fauſtum, ꝙ quo ad naturam erant munda, ſed quo ad figuram & ſignificationem dicebantur immunda: quia immundus actus per ea ſignificatur: ideo non licebat ea mãducare. Sic ergo ex creatione & indigentia carnes comedere & uinum bibere & alia quæcunque non eſt peccatum: ſed contra obedientiam uel contra proprium uotum ſine diſpenſatione comedere peccatum eſt. Vt Hiero. Cibi & omnis creatura dei per ſe munda ſunt: ſed idolorum & dæmonum inuocatio ea facit immunda. Nota ſecundũ Remigium qui hoc loquitur ex apoſtolo aliqua requiruntur, ut cibus non noceat comedenti. Primo ut ſanctificetur cibus per uerbum dei & orationem, & deinceps comedat quiſque quicquid uult. Secundo ne proximus ſcandalizetur: quia dicitur Matth. 18. Væ illi per quem ſcandalum uenit. Ideo 1. Corin. 8. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Et Rom. 14. Malum eſt ſi quis per offendiculum manducat. Tertio ne ſit contra mandatum dei. Et ſic mãducauit Adam de pomo uetito. Quar-

to ne ſit contra inſtitutionem eccleſiæ 11.diſt.cap.Quis neſciat,ab hominibus debet ſeruari, quod ſancta Romana ſeruat eccleſia.Quia dicitur Mat 16.Quodcunque ligaueris ſuper terrã,erit ligatũ & in cœlis,&c.Quinto ne ſit cõtra cõſuetudinẽ bonã fideliũ:ut feria quarta nõ comedere carnes:quia cõſuetudo bona arguit legẽ,ut habetur.11.diſt ca. Conſuetudinis. Longæua cõſuetudo quę canonibus non eſt contraria inconcuſsè eſt ſeruãda. Sexto ne cibus ſumatur cum cõcupiſcentia inordinata & delicata:ſicut iudęi deſiderantes carnem in deſerto ex concupiſcẽtia firma,quibus dominus pluebat de cœlo manna,diſt.41.c.Non cibus ſed libido in culpa eſt. Septimo ne cibus ſumatur ex gula,ut Eſau Gen.25. qui uendidit primogenita non propter gallinam,ſed propter lenticulã.Et ideo aliquando põt homo peccare in cibo ſimplici & exili:ut Eſau qui legitur lenticulę cõcupiſcẽtia deceptus. Et Dauit per aquę deſiderium à ſeipſo reprehẽſus eſt.Et Chriſtũ legimus nõ de carne, ſed de pane tentatũ. In his omnibus nõ uſus ciborũ,ſed inordinata cõcupiſcẽtia reprehenditur.Dixi tertio tangitur iudęorũ exprobratio,ibi: *Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei: Scis quia phariſæi audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt.* Chriſtus non curauit ſcandalũ phariſęorũ: quia non erat actiuũ ſed paſſiuum,& tale quod proceſsit ex inuidia, quia uolebant impedire doctrinam in qua fuit ſalus populi.Et tale ſcãdalum eſt contemnendum.Gregor.ſuper Ezech.Si de ueritate ſcandalum oritur melius eſt ut permittatur quàm ꝙ ueritas relinquitur. *Ideo magis eos increpauis dicens: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur,* i.oĩs doctrina noua legi dei nõ cõſona, ſed falſa & ſuperſtitioſa eradicabitur:quia nõ habet firmũ fundamẽtum & radicẽ.Ideo ſubdit. *Sinite illos quia cæci ſunt & duces cæcorum,* ſecundũ Rabanũ: *Cæci ſunt,* quia luce mandatorũ dei priuati. *Et ſunt duces cæcorum,* quia alios in precipitium ducunt errantes & ſuo errore excæcãt. Vnde ſubdit: *Cæcus autem ſi cæco ducantur præſtet, ambo in foueam cadunt:* ſecundum Hiero.hoc etiã eſt quod apoſtolus pręcepat: Hęreticum hominem poſt primam & ſecundam

 incre-

increpationem deuitare, ſciens ꝙ peruerſus eſt huiuſmo di. In hunc ſenſum præcipit Chriſtus doctores peſsimos arbitrio ſuo relinquendos, ſciens eos difficulter ad ueritatem poſſe trahere. Conſueuerat autem dominus ſecũdum Remigium parabolicè loqui. Et ideo Petrus cùm Chriſtus dixiſſet: *quod intrat in os non coinquinat hominem:* putauit illum parabolicè fuiſſe locutum. Et ideo interrogauit ut ſequitur. *Reſpondens autem Petrus dixit: Ediſſere nobis parabolam iſtam.* i. occultam ſententiam. Et quia ex perſona cæterorum hoc dixerat. ideo ſimul cum aliis reprehenſus eſt à domino. Vnde ſequitur: *Et ille dixit, Adhuc & uos ſine intellectu eſtis: non intelligitis, quia omne quod in os intrat in uentrem uadit, & in ſeceſſum emittitur.* Hoc eſt ſecundum Hieron. Non ſtatim in uentrem uadit, & in ſeceſſum dirigitur, ſed infuſa eſca per uenas & artus & medullas infunditur, in quibus per interiores humores cocta per occultos meatus & poros ad inferiora delabitur. Et ergo hoc quod naturale eſt nõ coinquinat hominem. Notandum autem ſecũdum Aug. in lib. 15. de Trin. ꝙ hic dominus innuit duo ora hominis, unũ corporis, aliud cordis. Nã cum dixit: *Omne quod in os intrat in uentrem uadit:* apertiſsimè demonſtrauit os corporis. Per os aũt quod ſequitur oſtendit os cordis dicens: *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt,* uidelicet cogitationis malæ ſignificatiua. Hiero. Arguẽdi ſunt ex hac ſententia qui cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex propria naſci uoluntate. Diabolus enim adiutor eſt & inſerto malarum cogitationum: autor uero eſſe non poteſt, quia ſecreta cordis non poteſt rimari: ſed ex corporis habitu & geſtibus æſtimare & coniecturari poteſt quid uerſetur intrinſecus. Verbi gratia: Si pulchram mulierem uiderit nos crebro inſpicere, intelligit ab oculis hominem intus uulneratum. Sed quia ſecũdum glo. ex cogitationibus proueniunt mala facta & mala uerba quæ in lege prohibentur. Ideo ſubdit: *Homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſpemiæ, hæc ſunt quæ coinquinant hominem,* i. immundum & impurum reddunt. Et ſecundum Aug. Hæc procedunt de ore non cor-

poris

poris ſed cordis. Nam quando homo cogitat mala licet non loquatur immundus eſt. Nam licet fur ſurgit in nocte & nihil dicit de ore, imò præmit facinus toto ſilētio: & timet uocem ſuam audiri nec ueſtigia ſua uelit ſonare: nunquid ergo quia tacet mundus eſt? Plus autē dico: Ecce adhuc in ſtrato ſuo iacet, nondum ſurrexit, cogitat ut furtum faciat, uigilat & expectat ut homines dormiant, iam coram deo clamat, iam fur eſt, iam immūdus eſt, iam facinus de ore interiori proceſsit quando uoluntas faciendi decernitur decreuiſſe facere. Dixiſti, ille nihil perdidit & tu de furto damnaberis: ut Heb. 14. Quæ ui. fur, ubi dicitur: Non res quæ furatur, ſed meus furantis attenditur. Decreuiſti occidere hominem, in corde dixiſti. ſonuit de ore interiori homicidium, adhuc homo uiuit & tu homicida punieris. Hæc Aug. Et hæc ſunt quę coinquinat hominem. *Non lotis autem manibus manducare non coinquinant hominem,* ſed illota conſcientia. Ideo Hiere. 4. Laua à malitia cor tuum Hieruſalem. *Honora patrem & matrem.* Nota ad honorandum parentes debemus induci per quatuor. Primo per præceptum. Secūdo per exemplum. Tertio per debitum. Quarto per naturæ inſtinctum. Primo per præceptum, quia deus præcepit: ergo eſt faciendum. Leuit. 19. Ego dominus, cuſtodite leges meas. Et inſuper præceptum ſeruantibus addidit remunerationem. Exod. 20. Honora patrem & matrem, ut ſis longæuus ſuper terram. Non ſeruantibus additur pœna. ſ. æternæ damnationis. Leuit. 20. *Qui maledixerit patri ſuo uel matri morte moriatur.* Et tamen in nullo præcepto inuenitur iſta promiſsio uel comminatio. Per quod datur intelligi quantum placet deo quando parentes honorantur, & quando diſplicet ſibi quando inhonorantur. Et ſic hanc pœnam incurrebat Abſalon. 2. Reg. 18. qui perſecutus eſt patrem ſuum Dauid: & mala morte interiit. Ideo. Eccl. 3. Qui timet deum honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. Secundo inducimur per exemplum, ſcilicet Chriſti. De quo dicitur Luc. 2. Venit in Nazareth, & erat ſubditus illis. Auguſt. Erubeſcat homo fieri ſuperbus quia humilis factus

eſt

eſt deus. Honorauit enim matrem ſuam in morte, quia in cruce pendens eam commendauit Ioanni. Honorauit eam poſt mortem: quia ſicut dicit Sedulius reſurgẽs primo ſibi apparuit. Item honorauit eam uiuentem: quia matrem dei eam fecit. Honorauit eam morientem, quia perſonaliter cum tota cœleſti curia ad eius obitum uenit. Honorauit eam de hoc ſeculo recedentem, quia ipſam in corpore & anima ad ſuam dexteram collocauit. Tertio inducimur per debitum: nos enim a parentibus recepimus eſſe nutrimentum & documẽtum: quia ſicut ab eis recepimus eſſe, ſic exhibere debemus eis magnam reuerentiam. Eccl. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes. Et quia ab eis accepimus nutrimentum, tenemur eis magnam diligentiam, ut ſicut nos diligenter nutrierunt in iuuẽtute: ſic & nos cum diligentia nutriamus eos in ſenectute. Eccleſiaſt. 3. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes illũ in uita illius. Et quia ab eis recepimus documentum: debemus eis magnam obedientiam. Epheſ. 6. Fili obedite parentibus ueſtris in domino, hoc enim iuſtum eſt. *Honora patrem & matrem tuam*: hoc eſt mandatum primum in promiſsione ut ſis longæuus ſuper terram. Quarto inducimur per naturæ inſtinctum. Natura enim docet nos omnes quòd debeamus parentibus ſubuenire, quando ſcilicet ſunt in neceſsitate poſiti: & quando ſunt ſenectute confecti: & quando ſunt mortui. Et ad iſta tria oſtendenda ponit Valerius tria exempla. Nam ad oſtendendum ꝙ debeamus parentibus ſubuenire, quando ſunt in neceſsitate poſiti: recitatur in geſtis Romanorum, ꝙ cùm quædam mulier nobilis ob quoddam flagitium fuiſſet morti adiudicata, uoluit eam iudex comburere, uel alia morte publica eã punire: ſed propter honorem parentum incluſa eſt in carcere, ut ibi fame periret. Filia uerò eius quæ erat nupta de licentia iudicis eã quotidie uiſitauit in carcere: prius tamen eam diligenter perſcrutabatur ne aliquid comeſtibile ſibi deferret. Illa uerò extracto ubere ſingulis diebus de lacte proprio matrem alebat. Cùm uerò iudex

mira-

miraretur quòd tanto tempore ſubuiueret, repertum eſt quod fiebat. Tunc iudex pietate motus matrem condonauit filiæ. Ad oſtendendum autem quòd debemus parentibus ſubuenire quando ſunt ſenectute confecti, oſtendit exemplum ciconiarum, quòd quando ciconiæ ſeneſcunt filii parentes circa pectus ſuum collocant, fouent, & nutriunt. Soli uultures parentes ſuos fame mori permittunt Ideo Iob 12. Interroga iumenta & docebunt te: uolatilia cœli & indicabunt tibi. Sed heu multi ſunt qui ad modicum tempus nutriunt, ſed cùm incipiunt habere tædium optant eis mortem. Exemplũ, quidam homo deſponſauit duos filios & unam filiam: & dedit eis totum quod habuit. Quodam tempore perrexit ad domum ſenioris filii qui benignè recepit eum, ſed poſt menſam cœpit habere tædium ſui, dicens: Pater quãdo uultis uiſitare alium filium? Ipſe autem auertens quòd ſui tædium haberet iuit ad alium filium, & ille fecit ſicut primus. Poſtea iuit ad filiam, & contigit ſibi ſimile ſicut antea. Ille autem multum dolens rediit domum, & comparauit pulchram ciſtam cum tribus ſeris, & eam repleuit terra & lapidibus, & uocatis illis tribus dixit eis: Noueritis me habere unam ciſtam quam neſcitis, accipite claues & poſt mortem meam aperite, & diuidite inter uos quicquid in ea inueneritis. Illi gauiſi miſerunt patri quicquid uolebat, ſed eo mortuo conuocatis amicis ſuis aperuerunt ciſtam, & inuenerunt in ea terram & lapides, & literam in qua erat ſcriptum: Fatuus eſt, qui tantum dat filiis ſuis, quòd ipſum mendicare oportebit, hoc comperi in filiis meis. Quod audientes illi confuſi receſſerunt. Non ſic eſt faciendum, ſed parentibus eſt ſubueniendum: & non ſolùm in hac uita, ſed in futura, quando ad ſtatum talem peruenerunt quòd ſeipſos iuuare non poſſunt. Eccleſ. 3. Eleemoſyna patris non erit in obliuione: nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum. Et in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui. Pro peccatis matris uocatur eleemoſyna quæ datur pro deletione peccatorum matris. quaſi diceret: Nõ

debes

debes obliuiſci patris tui & matris poſt mortem: ſed debes pro peccatis eorum eleemoſynam dare. Si enim homo diligit parentes in uita, debet etiam diligere poſt mortem. Quantum autem deo diſpliceat quòd filii parentibus non ſubueniunt patet per exemplum. Vir quidam dedit filio ſuo uxorem tradens ei omnia bona ſua tali conditione, quòd eum quàm diu uiueret nutrire deberet. Cùmque per aliquod dies eum renuiſſet, cœpit ei de die in diem expenſas & cibaria ſubtrahere. Et ad ultimum dedit ſibi cibum ſeruorum. Quadam die cùm pater ueniret feſſus de agro, filius & uxor eum uidentes pullum quem aſſauerant in capſa abſconderunt quouſque recederet. Cùmque receſsiſſet, & filius de capſa pullum accipere uellet: rana magna exiliuit, & in faciem eius ungulas per circuitum ualidiſsimè fixit. Cùmque eam remouere non poſſet uocatus eſt faber, ut cum forcipe eam detraheret. Ac rana fabrum ita horribiliter inſpexit, quòd præ timore in terram cecidit, dicens: Non eſt rana ſed diabolus: ergo non accedam. Et ſic ille miſerabiliter expirauit.

FERIA V.

Omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus ducebant eos ad Ieſum. *Luc.* 4. Enarratio I.

SEneca in lib. de clementia ad Neronem dicit, quòd pius ac benignus rex ac dominus multiplicat ſibi populum. ita quòd quilibet nititur ſub eius dominio habitare. Spiritualiter, ſic Chriſtus rex regum eſt mitiſſimus. De quo introitus: Salus populi ego ſum. Iſte dominus uult habere mundum populum bonum & obedientem. Illam munditiam petit eccleſia in collecta, dicens: Concede quæſumus omnipotens deus ut ieiuniorum ſancta deuotio purificationem nobis tribuat: & maieſtati tuæ nos reddat acceptos. Etiam uult habere populum bonum & obedientem. Ideo ipſe miſit ſeruum ſuũ Hieremiam cap. 7, dicens. Sta in porta domus domini & dic: Audite uerbum domini omnis Iuda qui ingredimini

mini per portas has ut adoretis dominum. Bonas facite uias ueſtras & ſtudia ueſtra, & inhabitabo uobiſcum in loco iſto, ait dominis,&c. Ideo omnes debemus præparare nos ad ſui obedientiam: quia ipſe ſecundum Pſal. 102. ſanat omnes infirmitates noſtras: de quo thema: *Omnes qui habebant infirmos, &c.* In ſumma euāgelii duo innuuntur. Primo infirmitatis curatio ſingularis.ibi: *Socrus autem Simonis.* Secundo ſubditus imbecillitatis ſanatio generalis,ibi: *Cùm ſol occidiſſet.* De primo dicit. In illo tempore,ſcilicet cùm Ieſus docebat Sabbatho in Capharnaum. *Et ſtupebant in doctrina eius,* & mirabantur in eius poteſtate, non tamen credebant. *Tunc ſurgens Ieſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis*. Infideles deſeruit & ad fideles acceſsit, ad deſignandum quòd ſynagogam propter perfidiam reprobauit, & eccleſiam propter obedientiam elegit. Simon enim interpretatur obediens, cuius domus eſt uniuerſalis eccleſia, quàm ei dominus gubernandum commiſit,dicens Matth.16.Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Cuius obedientiam dominus commendat per prophetam Dauid,dicentem: Pſal.17.Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi. Ideo Iudæi propter inobedientiam repulſi ſunt. Et ſi nolumus abiici, ſed aſſumi, obedientiam ſtudeamus aſſumere. Tunc ſubdit: *Socrus autem Petri tenebatur magnis febribus*. Ecce quam prius ſynagogam, iam ſocrum Petri appellat. Socrus autem eſt mater uxoris, Mater autem eccleſię quę eſt uxor Simonis ſacramentaliter,ſub coniugio copulata intelligitur ſynagoga. Nam de ſynagoga nati ſunt primi fideles, de quibus ſecundum carnem & ipſe Chriſtus traxit originem, propter quod & ipſe dicebat,Ioannis 4. Salus ex iudæis eſt. Poſtquam ergo Chriſtus de ſynagoga receſsit deſerens eam propter perfidiam, cœpit magnis febribus pluraliter: ut intelligatur non una tantum, ſed multis febribus laboraſſe. Synagoga quippe duabus febribus detinebatur, ſcilicet erroris & inuidiæ. De prima Pſalmiſta: Errauerunt ab utero: locuti ſunt falſa, De ſecundo Matth.27. Scilicet Pilatus quòd

pre

per inuidiam tradidiſſent eum Febris erroris de frigido procedit humore, iuxta illud quod legitur Ioan. 10. Facta ſunt encęnia in Hieroſolymis, & hyems erat, ſ. erroris & inuidiæ. Febris autẽ inuidiæ de tali proceſsit humore: de quo Pſal. 57. Supercecidit ignis, ſcilicet. inuidiæ, & non uiderunt ſolem.i.Chriſtum.Ideo Pſal.105. Exarſit ignis in ſynagoga, eorum flamma combuſsit peccatores. O quàm graui torquetur inuidia ſynagoga quãdo uidet eccleſiam, regnũ & ſacerdotium, templum & altare, legem & prophetiam quo ablatum eſt regnum dei: & datum eſt gẽti facienti fructum eius. Tam grandi etiã detinetur errore ut nec intelligat ueritatem: cum tamen bos cognouerit poſſeſſorem ſuum, & aſinns præſepe domini ſui. Iſrael autem eum non cognouit: & populus inſipiens non intellexit. His quoque febribus ſocrus Simonis Petri.i. ſynagoga detinetur. Sed qui ſunt in domo fideles erant pro ipſa petentes: ut auferretur uelamẽ à cordibus eorum ut Ieſum Chriſtum qui eſt ueritas cognoſcat. Vnde ſequitur: *Et rogauerunt illum*.ſ. diſcipuli: *pro illa, & ſtans ſuper eam manus impoſuit: & febris dimiſit illam. Stans ſuper illam*.ſ.ad dexteram patris exaltatus. ad Phil. 2. Propter quod exaltauit illum deus, qui dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu, &c. Non quòd febris tanquam res ſenſibilis uel rationalis intellexerit, ſed Chriſtus de ipſa ſuum beneplacitum impleuit; quia dixit & facta ſunt: ipſe mãdauit & creata ſunt. Nã quæcunque dominus uoluit fecit in cœlo & in terra. Nihil potentius quàm ꝙ eius imperio inſenſibilia quoque ſentiant & obediunt imperanti. *Vnde & continuo ſurgens miniſtrauit illis*. Licet enim ſit naturale febricitantibus incipiente ſanitate laceſcere & ægritudinis moleſtiã reſentire: tamen miraculum uicit naturam: quia ſanitas quæ domini datur imperio tota ſimul & integra redit. *Et ideo continuo ſurgens miniſtrabat illis*. Miraculum quamuis in hoc alludat myſterio: quia ſanitas animæ tota ſimul & integra reſtituitur. Scriptum eſt .n. quia totũ hominẽ ſanũ fecit in ſabbatho. Hoc aũt implebitur quãdo plenitudo gentiũ intrabit ad fidẽ, tunc.n. omnis Iſrael

ſaluus

ſaluus fiet. Nota per febrē ſignatur peccatum mortale. Nam ſicut febricitans modò patitur frigus, modò æſtū: ſic peccator modò patitur timorē qui eſt frigus animæ, modò cupiditatem quæ eſt calor animę. Vnde dicit Auguſt. ſuper illū Pſal. Incenſa igni & ſuffoſa. Quòd omnia peccata duæ res faciunt, ſ. timor & cupiditas. Timor facit ſurgere omnia quę ſunt carni moleſta. Cupiditas facit appetere omnia quę ſunt carni ſuauia. Sicut aūt ſunt diuerſæ ſpecies febriū ſic etiam ſunt diuerſa genera peccatorum. Prima eſt febris quotidiana, & ſignificat peccata uenialia quæ quotidie agimus, quæ ſecundum Auguſt. in homil. aſsimilantur guttis aquæ arenæ, & ſcabiei: guttis aquæ aſsimilantur: quia feruorem charitatis amittunt. Arenæ quia ſæpe à bonis operibus animā ſubtilem faciunt. Scabiei, quia decorem animæ diminuunt. Et dicit ibidem Auguſt. quòd ſicut multæ guttæ naui faciunt naufragium: multa grana arenæ faciunt onus ponderoſum: multitudo ſcabiei corpus redit corruptum. Sic peccata uenialia quando non contemnuntur ſæpè ſua multitudine, grauitate & deformitate diſponunt animam ad mortale. Vel febris quotidiana poteſt eſſe gula propter quotidianam exactionem. Iſa. 56. Venite ſumamus uinum, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie ſic & cras, & multo amplius. Guloſus enim ſi bene comedit cras melius comedere appetit. Ideo aſsimilatur ſanguiſugæ. Prouerb. 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, Affer affer: quia guloſus poſt unum ferculum dicit affer aliud. Secunda febris eſt ephimera, quæ dicitur ab ephimero piſce, qui eodem die quo naſcitur moritur. Et ſignificat ſubitum iræ motum, qui debet finiri ante ſolis occaſum. ad Eph. 4. Sol nō occidat ſuper iracundiam ueſtram. Talis motus ſubitus ferè oēs inuadit, quia ſicut dicit Hiero. Qui nulla perturbatione moueatur, aut Deus aut lapis eſt. Dicit tamen Greg. Nazanzenus, ꝙ ſunt tres qui non poſſunt commoueri, duo in cœlo, ſcilicet deus & angelus: tertius in terra, ſ. Chriſtianus philoſophus. Quamuis enim deus dicetur iraſci: tamen ſecundum Aug. non dicitur iraſci per turbulentū mētis affe-

affectum. Angeli etiam quamuis de perditione peccatorum dicātur dolere, tamen nullum ſentiunt dolorem aut paſſionem ſed dicuntur dolere, quia ad modum dolentium ſe habent. Chriſtianus autē philoſophus appellatur ille qui in dei amore eſt perfectus, talis eſt, ſi aliquando perturbationem patiatur: tamē ex hoc eius rationem nō obūbrat, quia turbationem talem tenet ſub dominio rationis. Tertia febris eſt erratica quæ nō accedit certis horis. Et ſignificat inuidiā quæ quando aliquis laudatur accedit: quando uerò uituperatur recedit: & ſic inuidia nō habet horum determinatā: ſed quotieſcunq; renouantur laudationes, toties renouantur acceſsiones. 1. Reg. 18. de Saul hoc patet qui inuidebat Dauid. Cùm enim dicerent: Saul percuſsit mille, & Dauid decem millia, paſſus eſt magnam acceſsionem: & quoties audiebat de ſua probitate, toties laborabat iſta acceſſione. Quando autē Dauid canem mortuum & publicum ſe nominabat: tūc iſta acceſsio recedebat. Ideo inuidus ſignificātur per Heli, de quo dicitur. 1. Reg. 3. ꝙ non poterat uidere lucernā domini antequam extingueretur. Lucerna accenſa lucet, extincta fœtet: Lucerna ergo accenſa ſunt uiri ſancti ſiue ſtudioſi: Extincta peccatores fœtidi. inuidus ergo nō poteſt ſine magna afflictione ſuſtinere ut uideret uiros ſtudioſos & ſibiipſi abiectos. Ideo dicit Socrat. Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus oculos haberent, ut de cūctorum fœlicitatibus torquerētur. Quarta febris eſt tertiana qua laborāt illi qui de peccatis ſatisfacere nolunt, habent. n. cōtritionem & confeſsionem ſed nolunt habere ſatisfactionem. Vnde legitur exēplum. Cum quidam dæmoniacus ad quendam ſanctum uirum fuiſſet deductus, & dæmonem adiuraret ut recederet & nomē ſuum ei diceret. Reſpōdit: Nos ſumus tres fratres qui habemus noſtra officia determinata. Ego enim uocor claudēs cor. Alius uerò claudēs os. Tertius claudens marſupium. Officium. n. meū eſt cor peccatoris indurare, ne poſsit contritionem habere. Et ſi forte conteritur cito relabitur. Secundus, ſcilicet claudens os ut confeſsio impediatur: & ſi forte confeſſus fuerit iterum labitur in peccata. Tertius frater

meus,

meus, ſcilicet claudens marſupium ne ſatisfaciat, nec malè ablata reſtituat. Quinta febris eſt continua, iſta laborant auari & maxime uſurarii. Cæteri enim peccatores aliquando dilationem faciunt in peccatis, uſurarius uerò continuè peccat, ſ. die & nocte, qualibet hora, quolibet momento & quolibet feſto. Ideo uidetur eſſe peior Iuda Scarioth: ille enim uendidit Chriſtum tantum: iſte autem uendidit Chriſtum & beatam uirginem, & omnes ſanctos & ſanctas dei, quia ipſorum feſtiuitates complet in uſuris. Et quia uſurarius ſimilis eſt Iudæ in culpa: ideo ſimilis erit ei in pœna. Iudas enim in aere interiit qui eſt habitatio dæmonum, ad innuendum ꝙ non debebat ſtare in cœlo cum angelis, nec in terra cum hominibus: ſed in aere cum dæmonibus. Eodem modo uſurarius non habitabit in cœlo, quia deum & beatam uirginem & omnes ſanctos offendit: nec in mundo, quia homines conturbauit: ſed in inferno cum dæmonibus quos per auaritiam adorauit, iuxta illud Collo. 3. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Iſta febris continua, ſcilicet auaritia ritè extinguitur, quia tollit tria quæ ſunt uitę neceſſaria, ſcilicet cibum, ſomnum, & quietem. Auarus enim non audet comedere. Eccl. 14. Non ſatiatur pane indigens: & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Nec poteſt dormire. Eccleſ. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt. Nec per noctem mente requieſcit, nec poteſt quietem habere. Hiere. 49. Prę ſolicitudine quieſcere non potuit. Sexta febris eſt quartana: & ſignificat ſuperbiā propter quatuor ſpecies ſuperbię, de quibus dicit Greg. Quatuor ſunt ſpecies tumoris, ſ. cùm quis bonum quod habet exiſtimat à ſe habere, uel pro ſuis meritis datum ſibi putat, uel deſpectis cęteris appetit ſingulariter uideri habere quod non habet, &c. Vel poteſt ſignificare luxuriam quę per corpus impletur quod quatuor elementis componitur. Vel febris quartana dicitur cuius prima dies eſt, ſicut mala ſuggeſtio, ſecūda malus conſenſus, tertia malum opus, quarta mala cōſuetudo. Iſta triplex ſpecies quartanę difficulter curatur: quia ſuperbia ſemper eſt in aſcenſu. Pſal. 73. Super-

bia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Luxuria cu-ratur difficulter quãdo in carne radicatur: quia totũ cor pus inflammat. Iob 31. Hoc enim nephas eſt, & iniquitas maxima, ignis uſque ad conſummationem deuorans: & omnia eradicans genimina. Iob 16. Conuulnerabit lumbos meos. Ipſum cor corrumpit & fœdat. Ioel 1. Compu truerunt iumenta in ſtercore ſuo. Mala conſuetudo diffi culter curatur. Hoc ſignificatum eſt Ioan. 11. in Lazaro quatriduano quem dominus cum difficultate ſuſcitare uoluit, ſ. cum oratione, cum clamore, cum ſui perturbatione, & cum lachrymarum effuſione. Septima febris eſt ethica quę radicata eſt in membris & naturalem humilitatem conſumit, & ſignificat triſtitiam illam, de qua di citur 2. Cor. 7. Seculi triſtitia mortẽ operatur. Prouer. 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. i. robur uirtutum. Sunt tamẽ oſſa quæ non tantùm ſunt exſiccanda, ſed etiam incinerãda. Amos 2. Incenderunt oſſa regis Idumęæ uſque ad cinerem. Idumæa interpretatur ſanguinea: & ſignificat diabolum qui ſanguinem noſtrum ſitit, eius oſſa ſunt no ſtra peccata per quæ diabolus contra nos robur aſſumit. Sunt ergo quidam qui iſta oſſa habent integra, qui. ſ. de peccatis non conteruntur. Alii iſta oſſa in groſſas partes frangunt qui. ſ. ſuperficialiter conteruntur. Alii ſunt qui ea incinerant, qui. ſ. præcordialiter conteruntur, & iſtam incinerationem facit ſalubris triſtitia. De qua dicitur 2. ad Cor. 7. Quæ enim ſecundum deum triſtitia eſt, pœnitentiam & ſalutem ſtabilẽ operatur. Item peccatũ mortale comparatur febri. Nam ſicut febricitans habet palatum inordinatum propter quod dulcia ſibi uidentur amara, & econuerſo. Sic peccator eodem modo habet inordinatum palatum animæ: quia omnia uidẽtur ſibi inſipida. Et ad hoc oſtendendum ponit Chryſo. ſuper Matth. tria exempla. Primum eſt ſi leoni pratum uirẽs oſtenditur, non excitatur eius appetitus, quia de natura ſua non appetit comedere herbas uirẽtes, ſed carnes. Secũdum exemplum eſt, quia ſi pluuia cadit ſuper lapidẽ, lapis quidem à foris balneatur: intus autem ſiccus exiſtit. Tertium exemplum eſt, quia ſi in aliquo uaſe pleno

aceto gutta mellis infundatur,& mel perditur & acetum indulcoratur. Primum exẽplum pertinet ad luxurioſos quibus ſi oſtendantur herbæ uirentes, ideſt prædicentur eis cœleſtes amœnitates; non excitatur eius uolũtas ad deſiderandum,quia non eſt in natura ſua deſiderare cœleſtes amœnitates, ſed carnales uoluptates. Quia dicitur 1.Corinth.2.Animalis homo non percipit ea quæ ſpiritus dei ſunt.Eccl.21.Audiet luxurioſus uerbum,ſ.caſtitatis:& diſplicebit ei,& proiiciet illud poſt dorſum ſuum. Secundum exemplum pertinet ad ſuperbos qui habent cor lapideum,ita ꝙ ſi deus pluuiã ſuæ gratiæ, uel inſpirationis æternæ eis immiſerit:cor eorum exterius poteſt tangere,ſed interius nihil poteſt intrare,& ideo remanẽt aridi & ſicci ab omni humore gratiæ. De talibus dicitur Iob 41.Cor eius indurabitur quaſi lapis, &c. Magna miſericordia dei quando tale cor durum mollificatur,ut gratia dei intrare ualeat.Eze.36.Auferam cor lapideum & dabo uobis cor carneum,& ſpiritum meum ponam in medio ueſtri. Tertium exẽplum pertinet ad auaros qui habent cor acetoſum.i. multis amaritudinibus plenũ & repletum,habent.n.amaritudinem laboris in acquirẽdo, timoris in cuſtodiendo,& doloris in amittendo.Et ideo diuitiæ uocantur ſpinæ,ut dicitur Matth.13.Ex eo quòd cor totaliter pungunt.Si ergo mel.i. uerbum cœleſte uel inſpiratio diuina in talium corda immittitur, & uerbũ perditur ut cor eorum non amittat. Et ideo faciendum quod dicit Aug.Diſcas non diligere mundum ut diſcas diligere deum, funde ut implearis, auerte ut auertaris. Secundò ponitur curandi modus,cùm dicitur: *Et rogaverunt illum pro ea.* Et ſtans ſuper illam imperauit febri & dimiſit illam.Ex quo habetur ꝙ dominus ad precem diſcipulorum eam ſanauit. Per quod datur intelligi, ꝙ aliquando deus ad preces ſanctorum uirorum alicui peccatori ſalutem animæ concedit,peccator.n. immundus eſt dei inimicus & claudus:quia immundus non audet coram deo apparere: quia deus tales abominatur. Pſal.5. Virum ſanguinum & doloſum abominatur dominus. Quia peccator eſt dei inimicus, & nihil poteſt à deo im-

petrare.Io.9.Scimus qa deus peccatores non exaudit.Et ideo deus talibus potius indignatur quàm placatur.Iſa. 46.Cognoſcetur manus domini ſeruis eius,& indignabi tur inimicis ſuis.Grego. Cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur,irati animus iudicis ad deteriora prouocatur.Et quia eſt claudus non poteſt ad deum accedere:quamuis.n.habeat pedem fidei,tamen non habet pedē boni operis. De talibus dicitur.3. Regum 18. Vſquequò claudicatis in duas partes? Ideo peccator indiget auxilio ſanctorum uirorum, quia ipſi ſunt mundi. Pſal. 100. Ambulans in uia immaculata hic mihi miniſtrabit. Ipſi ſunt dei amici.Pſal.7.In animas ſanctas ſe transfert amicus dei & prophetas cōſtituit.Ipſi ſunt recti & ſani.Heb. 12.Rectos greſſus facite pedibus ueſtris ut nō claudicās quis erret,magis autem ſanetur.Tertio ponitur curationis effectus cū dicitur: *Et continuo ſurgens miniſtrabit illis.* Naturaliter,ut dicit gloſ.homo febricitans incipiēte ſanitate incipit laſſeſcere, ſed iſta ceſſante febre continuo ſurrexit & Chriſto miniſtrauit. Per quod datur intelligi ꝙ peccator non debet diu in peccato iacere, ſed cōtinuo ſurgere. Aliquando autem de peccato in peccatum cadit.Et hoc accidit propter tres cauſas. Prima eſt propter peccati pōderoſitatem: quia peccatum ualde oneroſum eſt.Pſal.37.Iniquitates meę ſupergreſſæ ſunt caput meū, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Et ideo ſua ponderoſitate ad aliud trahit.Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Secunda cauſa eſt propter peccatoris cæcitatē.Et ponit exemplum Chryſ.de Sampſone, cui cùm capilli in quibus uirtus ſua erat detruncati fuiſſent, Philiſtæi ipſum ligauerunt & ſibi oculos eruerunt,& ipſum mollem fecerunt, quia quando peccator robur ſuarum uirtutum perdit,mox dæmones finibus peccatorum ipſum ligant, oculis fidei ipſum excæcant,de uitio in uitiū ipſum currere procurant.Tertia cauſa eſt propter quandam connexionem. Nam auaritia trahit ad furtum & rapinā, & ad multa mendacia.Gula trahit ad ebrietatem & luxuriam. Superbia trahit ad multas iniurias inferendas & multas ambi-

ambitiones. Dicitur.n.Iſa.24. Qui fugerit à facie formidinis cadet in foueam: & qui ſe explicuerit de fouea tenebitur laqueo. Per formidinē intelligitur auaritia, quia auarus eſt ſemper formidoloſus. Per foueam intelligitur luxuria. Prouer.23. Fouea profunda eſt meretrix. Per laqueum intelligitur ſuperbia quæ omnes illaqueat. Sæpè autem cōtingit ꝙ quando auarus dimittit auaritiam & dat ſe inhærentiæ cadit in luxuriam: & quando luxurioſus ſuperat omnem cōcupiſcentiam cadit in uanam gloriam uel ſuperbiam. Dixi ſecundo ſubditur imbecillitatis ſanatio generalis, ibi: Cùm autem Sol occidiſſet, ideſt Chriſtus. De quo propheta. Pſal.103. Sol cognouit occaſum ſuum. Hic eſt Sol iuſtitiæ de quo Ioan.1. Illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum. Hic Sol occubuit quando Chriſtus inclinato capite ſpiritū emiſit. Subdit: *Omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponēs curabat eos,* quia cùm Chriſtus extendit manus in cruce omnes ſanati ſumus liuore eius. Geneſ.47. Salus noſtra in manu tua eſt. Et figuratur Num.21. Ad aſpectum ſerpentis ænei ſanati ſunt qui ſunt percuſsi ab igneis ſerpentibus. Tunc ſubdit: *Exibant enim dæmonia a multis clamantia & dicentia: Tu es filius dei. Et increpans non ſinebant ea loqui: qui ſciebant eum eſſe Chriſtum.* Sed diceres, quare ergo prohibebat dæmonia dicere ueritatem. Nonne enim firmum eſt teſtimonium quod profertur de auuerſario. Reſpondetur tribus de cauſis prohibuit. Primò ut doceat nos fugere inanem gloriam, ne ſcilicet humani fauoris delectetur applauſu. Secundo ut doceret nos hæreticam prauitatem uitare: quatenus in hoc exemplo inhibeamus hæreticis ne prædicent etiam ueritatem: quia fel draconum propinant in calice Babylonis. Deu. 32. Fel draconum uinum eorum. Tertio ne dæmones: quia ſunt ſpiritus falſitatis, falſitatē dicere crederemus ſi aliquādo dicerent ueritatē. In quo notabiliter doceremur ꝙ non laudari uelimus à fallacibus & mendacibus, quorum laudatio magis redundat ad iniuriam quàm ad honorem. Illud aūt quod ſubditur: *Quia ſciebant eum eſſe Chriſtum,*

ſane debet intelligi ne uideatur cõtrarium ei quod dicit apoſtolus. 1. Corinth. 2 Si.n.cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Quod à quibuſdam exponitur de dæmonibus. Hi ſi cognouiſſent Chriſtũ eſſe dominum gloriæ, nunquam eum ſuggeſtione maligna crucifigi feciſſent. Nam hoc myſterium abſconditum eſt à ſeculis & generationibus .ut dicit apoſtolus ad Collo. 1. Sapientia in myſterio abſcondita quam nemo principũ huius ſeculi cognouit 1. Corinth. 2. Quam prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriam noſtrã reuelata eſt principibus & poteſtatibus per eccleſiam: quia nunc manifeſtatum eſt ſanctis eius quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius. Deſignentur igitur tẽpora & concordabit ſcriptura. Dęmones enim, ut dicit Bæda quandoque credebant, quandoque dubitabant. Nã cum uidebant eum humanos defectus ſuſtinere, dubitabant de eo an Chriſtus ſiue filius dei eſſet: quia uerũ hominem intellexerunt, ut legitur ꝙ cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus poſtea eſuriit. Accedens tentator dixit ei, &c. Cùm autem uidebant illum operari mirabilia credebant: uel ſecũdum uerbum Bedę intellexerunt uel ſuſpicati ſunt de ipſo, quia filius dei eſſet, quia & dęmones alibi dixiſſe leguntur Matth. 8. Ieſu Nazarene quare uenisti ante tempus torquere nos, nos ſcimus quia ſanctus dei es. Non igitur Iudæis, dicit Bæda, ideo eum crucifigere perſuaſit, quia Chriſtum ſiue filium dei non eſſe putauit, ſed quia ſe morte illius non uidit eſſe damnandum. De hoc enim myſterio à ſeculis abſcõdito dicit apoſtolus, ꝙ nemo principum huius ſeculi cognouit: quia ſi cognouiſſent dominum gloriæ non crucifixiſſent.

FERIA VI.

Domine dà mihi hanc aquam, ut non ſitiam. Ioan. 4.

Enarratio I.

CONſuetudo eſt hominum ambulantium, ꝙ habent appetitum cibi & potus, ut eo melius ad patriam

ambulent. Spiritualiter omnes ſumus in itinere conſtituti & peregrini. Pſ.38. Aduena ego ſum & peregrinus. Ideo bonum eſſet ſignum ſanitatis ut potum lachrymarum & panem cœli ſæpe ederemus. hoc ſignum petit eccleſia in introitu: Fac mecum domine ſignum in bono ut uideant, qui me oderunt, ſ. diaboli, & confundantur. Nam ex hoc magna oritur eis confuſio & nobis ſecuritas. Figuratur. 3. Reg. 19. Helias comedit de pane, & bibit de aqua, & fortificatus eſt. Et ſic hanc aquam lachrymarum non habuerunt iudæi. Hoc figuratum eſt in epiſtola Nume. 20. ꝙ filii Iſrael murmurauerunt in deſerto contra Moyſen & Aaron, dicentes: Domine da nobis aquam ne moriamur ſiti. Moyſes & Aaron proſtrati in terram clamauerunt ad dominum: Domine deus audi clamorem populi huius & aperi eis theſaurum tuũ fontem aquæ uiuæ. Et ait dominus Moyſi: Accipite uirgam tu & Aaron, & loquimini ad petrã, & dabit uobis aquas, & percuſsit bis ſilicem & fluxerunt aquæ largiſsime, ita ut biberent homines & iumenta. Spiritualiter, & ſic ut ſi uis habere aquam lachrymarum, ne anima tua moriatur ſiti, Moyſes, ideſt intellectus: & Aaron, ideſt deuotio deberet clamare ad dominum ut aperiat tibi theſaurum aquę uiuę. Et bene theſaurus per hanc aquam emitur, ſ. regnum cœli. Matth.5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Denique debes percutere bis ſilicem, i. cor durum, ſcilicet deũ in memoria habere. Primò quid per peccata perdidiſti, ſecundò quid per ea meruiſti, ſcilicet ęternam pœnam. O ſi cognoſceres, diceres cum hac muliere Samaritana: *Domine da mihi hanc aquam ut non ſitiam.* Aliud thema: *Si ſcires donum dei.* Ioã.4. Tria ſunt ſigna dilectionis perſonarum. Primum eſt doctrina. Iſa. 48. Ego dominus docens te utilia. Secundum paſsio pia. Iſa.43. Seruire me feciſti in peccatis ueſtris. Tertiũ quãdo pręſtat dona. Greg. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Primum habetur in introitu, ſecundum in epiſtola, tertium in euangelio: *Si ſcires donum dei &c.* In ſumma euangelii duo innuuntur. Primò petitio mirabilis obſequii, ibi: Mulier da mihi bibere, Secundo ſubiũgitur

 expli-

explicatio laudabilis beneficii ibi: Si ſcires, &c. In ſumma euangelii duo innuuntur. Primo itineris Chriſti deſcriptio cũ dicitur: *Venit in ciuitate Samariæ.* Secundò cuiuſdã mulieris obuiatio cũ dicitur: *Venit mulier de Samaria.* De primo dicitur, In illo tẽpore, ſcilicet, *ut cognouit quia audierunt phariſæi quod Ieſus plures haberet diſcipulos quàm Ioannes. tunc reliquit Iudæam & uoluit ire Galilæã.* Oportebat aũt eum ire per Samariam: *tunc uenit Ieſus in ciuitatem Samariæ*, ſcilicet regionis, *quæ dicitur Sychen.* Chryſ. dicit ꝙ locus ille erat ubi Simeon & Leui grauem occiſionem fecerũt propter Dinam ſororem oppreſſam: poſtquam filii Iſrael, ut dicit Theophilus, ciuitatẽ deſertam fecerunt, tempore procedente dedit eam Iacob filio ſuo Ioſeph Gen. 34. Et ergo ſubdit: *Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons.* Iacob quẽ fodit ibi habitãdo: *Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. hora autem erat quaſi ſexta.* Ecce de quo cecinit Pſal. 23. Dominus fortis & potens fatigatus eſt. O res mirabilis qui infirmos corroborat fatigatus eſt. Nota Chriſtus diſcurrebat & laborabat tribus de cauſis. Primo ut nobis quantitatẽ noſtræ iniquitatis oſtẽderet pro qua dominũ maieſtatis laborare oporteret. Iſa. 43. Præbuiſti mihi laborẽ iniquitatibus tuis. In opere creationis ſemel dixit & facta ſunt omnia: Sed in opere redemptionis per triginta & tres annos ut ait Bern. dixit muta, geſsit mira, pertulit dura. Secundo ut in amore accenderet. Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum ut filiũ ſuũ unigenitũ daret, &c. Tertio ut exemplum laboris in ſeipſo nobis præberet. Iob 5. Naſcitur homo ad laborem, &c. Pſal. 72. In labore hominũ non ſunt. Aug. Ieſus fortis: quia in principio erat uerbum. Infirmus, quia uerbũ caro factũ eſt. *Hora ſexta.* Ratio literalis, quia calor intẽſus Myſticè quia in ſexta ætate caro factus. Secundo ſexta die paſſus. Tertio ſexta hora crucifixus. Dico ſecundo innuitur cuiuſdã mulieris obuiatio cũ dicitur: *Venit mulier de Samaria hauriens aquam.* Aug. Accepit aũt denominationem à monte Somor ſic dicto à quodam eius poſſeſſore qui dictus fuit Somer. ut dici t Chryſ. Et 3. Reg. 16. Olim nõ Sa

maritani,

maritani,ſed Iſmaelitæ dicebantur,& Iudęi inhabitabãt regionem. Attamẽ propter peccata eorũ rex Aſſyriorum captiuos eos duxit in Babiloniã,& gentes inhabitare fecit in ciuitatibus Samariæ, ſed deus immiſit barbaris leones qui interficiebant eos:quod cũ nunciatum fuiſſet regi, miſit rex unum de ſacerdotibus Iſrael qui doceret eos legem dei. Attamen cum hoc idolis dediti quinque libros Moyſi obſeruabant.4.Reg.17. *Dicit ei Ieſus:Da mihi bibere.* Aug.Sitiebat fidem mulieris. Diſcipuli enim eius intrauerunt ciuitatem cibum emere. Ecce parſimonia. *Reſpondit mulier illa Samaritana: Quomodo tu cùm Iudæus ſis*,ſ. ex habitu:quia Iudæi utebantur paliis quibuſdam quadratis,in quorũ extremitatibus erant fimbriæ,ut dicitur Num.15.*Bibere à me poſcis quæ ſum mulier Samaritana.Non n. coutuntur Iudæi Samaritanis? Reſpondit. Si ſcires donum dei,& quis eſt,qui dicit tibi da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo:& dediſſet tibi aquam uiuam*, ideſt gratiã ſpiritus ſancti.Illam aquam non intellexit: *Dicit ei mulier:Domine neque in quo haurias habes,& puteus altus eſt: unde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu es maior patre noſtro Iacob qui dedit nobis puteum iſtum, & ipſe ex eo bibit & filij eius & pecora eius?* Hæc mulier carnaliter uerba Chriſti intelligens:quia animalis homo non percipit ea quæ ſpiritus dei ſunt,1.Cor.2. ſic uoluit arguere: Tu promittis mihi aquam uiuã:aut ergo de illo puteo aut de alio,ſed de iſto non, quia neque in quo haurias habes, de alio autem nõ uidetur credibile ꝙ dare poſſes mihi miraculosè:quia hoc fieri non poteſt niſi eſſes maior patre noſtro Iacob,quod nõ uidetur,ideo dixit ei: *Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob qui dedit nobis puteum iſtum quem fodit?*quod nõ feciſſet ſi aquam uiuam pro ſua uolũtate aliũde habere potuiſſet.Quare autẽ patrẽ eorũ Iacob dixit,innuit Chryſ.dicens: Vide qualiter hæc mulier ſeipſam ingerit in nobilitatẽ Iudaicam & totã ſuam gentẽ. Samaritani.n.Abraham progenitorẽ ſuum dicebãt quaſi à Chaldæa exiſtẽtem.Sed & Iacob patrem uocabãt quaſi illius exiſtentem nepotem. Hæc ille. Vel ſecundum Bædam, patrem ſuum Iacob uocat quia ipſa ſub lege Moy-

ſi uixerat:

ſi uixerat: & prædiũ quod Iacob filio ſuo Ioſeph dederat, poſſidebat: *Reſpondit Ieſus & dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Sed contra Eccl.24.c. Qui bibunt me adhuc ſitient: ubi loquitur de aqua ſapientiæ. Dicendum ꝙ ſitis uno modo accipitur pro deſiderio alicuius rei. Et ſic omnis temporalis res adepta generat magis ſitim quàm tollit, quia cupiditatem augmentat. Similiter aqua corporalis, quia non habet effectum niſi ad tẽpus, oportet ꝙ iterum alia aqua eodẽ modo ſumatur ad ſedandam ſitim. Alio modo accipitur ſitis pro deſiderio eiuſdem rei habitæ ad habẽdã eam perfectius. Et ſic habentes deũ per gratiã, ſitiunt ipſum habere per gloriã. Et hoc modo loquitur autoritas. Eccl.24. Sed allegata autoritas cũ dicitur: *non ſitiet in æternum*, intelligitur de ſiti illa ſecundo modo dicta: quia habens gratiã nõ deſiderat aliud quod non habet, ſed deſiderat deũ quẽ perfectius habere uult. Ratio huius põt eſſe: quia eſt differẽtia inter rem temporalem & ſpirituallẽ: quia res temporalis antequam habeatur æſtimatur magni pretii, & eſt inſufficiens ad quietandum deſiderium. Res uerò ſpiritualis non cognoſcitur, niſi cũ habetur. Apoc.2. Nemo ſcit niſi qui accipit. Et ideo nõ habita non mouet deſideriũ, ſed cum habetur & cognoſcitur, tunc delectat affectũ & mouet deſideriũ. Non quidẽ ad aliud habendũ, ſed quia imperfectè percipit propter recipientis imperfectionẽ mouet, ut ipſa perfectè habeatur. De hac ſiti dicitur in Pſal. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuũ. *Sed aquam quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternã*, quaſi diceret: Aqua quam ego dabo non ſolum ſitim aufert, ſed uitam præſta uiuo coniuncta fonti. Vnde dicit: Fiet in eo fons aquam producens per bona opera ad uitam æternam. Ideo dicit ſic: *Aquæ ſalientis*, i. ſalire faciẽtis in uitam æternam. Naturale.n.eſt, aqua uerò tantùm aſcendere põt, quantum ipſa deſcẽdit. Et ideo ſicut aqua gratiæ à Chriſto in nos deriuatur: ita anima per ipſam ad deum eleuatur: quia per ipſam conſors diuinæ gloriæ efficitur. Dum ergo ſermonibus prædicta mulier de-

lectáta,

lectata,& tanti muneris opus habere cupiens, & adhuc prudentiam carnis amplectens, dicit quod ſequitur. In quo tãgitur doni petitio. *Domine da mihi hanc aquam,ut nõ ſitiam,neque ueniam huc haurire.* Vbi ſciendum ꝙ hæc mulier in principio locutionis Chriſtũ nondum nouit, ſed Iudæũ uocat,dicens:Quomodo tu cũ Iudæus ſis,&c. Mõ dò uerò cùm oſtendit dominũ,dicens: Domine da mihi, uolens per hoc à duplici corporis neceſsitate liberari:uidelicet à ſiti,& à labore: refugit.n. homo naturaliter laborẽ,iuxta illud Pſal.72.In labore hominũ nõ ſunt.Sciẽdũ ẽt ꝙ per hoc præpoſuit ipſum Iacob patriarchæ,quaſi diceret:Hanc aquã non potuit habere Iacob. *Dicit ei Ieſus: Vade uoca uirum tuum, & ueni huc:* quia.n. hæc mulier non poterat capere uerba Chriſti, ideo cõſequenter procedit ad ſigna inſtruens eam primo per reuelationẽ ſecreti.Secretum aũt illud erat ꝙ mulier adulterum tenebat, qui tamen credebatur ab omnibus hominibus loci illius eſſe maritus eius. Et quia Chriſtus dixit hoc ſecretum mulieri,oſtendit ſe ſcire ſecreta & occulta. Dicit ergo: *Vade & uoca uirum tuum.* ſ. putatiuum. Nõ dixit dominus hoc, ut uocaret uirũ:ſed ut reſponſione eius cõuenientius argueret eam ſecretum reuelãdo. Vnde ſecundũ Chryſoſtomum,dominus uolebat dare aquã ſpiritualis doctrinę, non ſibi ſoli,ſed ſpecialiter uiro ſuo. Quia ut dicit 1.Corin.11. Caput mulieris uir. Ideo uoluit ut præcepta ad mulierem per uirum deuenirent 1.Corin.14. dicitur,ꝙ ſi mulier aliquid addiſcere uult, domi uirum interroget. Ideo dicit: *Vade uoca uirum tuum, &c.* Secundum uerò Aug.exponitur myſticè, ꝙ uir iſte ſit intellectus, mulier uerò uoluntas:ꝙ inſtar mulieris concipit & parturit animam apprehenſiuã.Quia ergo hæc mulier prompta erat ad recipiendum,ſed non mouebatur ad intellectum & rationẽ ut ſpiritualiter hoc intelligeret:ſed adhuc ſub ſenſu detinebatur.Ideo dicit dominus: Vade tu ſenſualis uoca uirum tuum,i.rationalẽ intellectũ, quo ſpiritualiter intelligas quæ modò carnaliter ſapis: *Reſpondit mulier & dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo uirum. Quinque.n.uiros habuiſti: & hunc quem nunc*

habes

habes non eſt uir tuus. Ecce quomodo occulta huic mulieri dixit,ut per hoc oſtenderet in ſe aliquod diuinum.Sed myſticè ſecundum Chryſoſtomum,quinque uiros habuiſti.i.quinque ſenſus, quibus uſque modò non utebaris. Sed hunc uirum quem nunc habes,i.errorem, non eſt uir tuus:quia ratio perfecta nõ eſt,ſed erronea:ideo eſt adulter.Et ideo tolle iſtum adulterium errorem qui te corrumpit,& uoca uirum tuum, ideſt intellectum, ut intelligas me.Mulier ergo iſta ex reuelatione illius ſecreti intelligens Chriſtum tanquam prophetam:quærit ab eo ſolutionem cuiuſdam dubii, per cuiuſmodi ſolutionem ſecũdario inſtrueret eã:ſicut ſequitur. *Dicit ei mulier,* per modum cuiuſdam ſolutionis. *Domine uideo quia propheta es tu.Patres noſtri in monte hoc adorauerunt,& uos,* ſcilicet Iudæis, *dicitis quia Hieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet.* In quo patet ſecundum Auguſtinum,quia cœpit ad eam uenire fides,ſed non plene uenit:quia nõ dominum prophetarũ putabat ueniſſe:licet enim propheta eſſet.Matt. 13.Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua & in domo ſua. Cùm erat pluſquã propheta, quia prophetas ipſos conſtituit: ut dicitur Sapien.7. In animas ſanctas per nationes ſe transfert amicus dei, &c. Admiranda eſt huius mulieris diligentia: quia nõ ut cęterę mulieres curioſę de mundanis interrogabat,ſed de his quæ dei ſunt. Matthæi.6.Primum quærite regnũ dei. Mouet ergo quęſtionem de his quæ homines in terra illa mouere conſueuerant,ſcilicet de loco adorationis,de quo quæſtio uertebatur inter Iudæos & Samaritanos. Et Samaritani dixerunt quòd in monte Garizim ibi eſſet locus adorationis,& probabant per rationem dicẽtes: quòd antiqui patres eorum ibidem adorabant. Ideo & ipſi in eodem loco adorare deberent.Ideo & dicit: *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt.* Patres iſti ſecundum Chryſoſtomũ poſſunt intelligi aliqui circa Abraham. Nam illi aiunt filiũ ſuum obtuliſſe, ibi: Iudæi uerò dicebant in Hieruſalem eſſe adorandũ autoritate domini qui præcepit. Deut.12. quòd deſtruerent aras & lucos,& non adorarent ubique dominum,ſed in loco uno determinato quem dominus

ele-

elegiſſet. Qui quidē locus adorationis primo erat in Sylo, poſtea uerò autoritate domini Dauid Salomonis & Nathan prophetæ arca dei eſt portata de Sylo in Hieruſalem: & ibi factum eſt templum ſecundum illud Pſal. 77. Repulit tabernaculum Sylo tabernaculum ſuum, &c. Et ſequitur. Sed dominus elegit tribum Iuda montem Syon quē dilexit. Propoſita ergo quęſtione per mulierē, reſpōdit ipſe ſaluator ſicut ſequitur. *Dixit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia ueniet hora quando nec in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrē.* Quia ueniente hora publicationis euāgelij ceſſauit cultus gentium, & Iudæorum cæri-moniæ ceſſauerunt ipſorumque Iudorum templum orationis domus deſtructū eſt, & populus Chriſtianus creatos eſt: qui nec ſuper mōtem Garizim, nec in Hieruſalē: ſed in omni loco benedicebat dominum. Oportebat quidem ꝙ adoratio Chriſti euacuaret Iudæorum & gentiliū adorationem. Nam ſi aliquis uellet duos populos in unū coniungere, oporteret ab utroque remoueri illud, in quo ab inuicem diſcordarent: & aliqnid eis commune in quo conueniant concedere. Chriſtus ergo uolens Iudæos & gentiles in unum coniungere, remouit à Iudæis cæremonias: à gentibus idololatriam, quæ duo erāt ſicut paries unus in quo uterque ab inuicem diuidebantur. Et fecit ex utroque populo unū populum, ſecūdum illud Eph. 2. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit utraque unum & mediū parietē materiæ ſoluēs inimicitias in carne ſua, &c. Sic ergo ceſſauit cæremonialis cultus Iudæorum & idololatria gentiū, & introductus eſt uerus dei cultus à Chriſto. Remig. In hoc ꝙ dicit hora ueniet, in hoc deſignatur tēpus gratiæ, quādo ablata umbra omniū figurarū lux ueritatis illuſtrabat mentes fidelium. Myſticè. Quidā participant dei ſapientiam obnubilatam tenebris erroris: & iſti dicūtur adorare in monte Garizim. Quidam ſine errore, ſed tamē imperfectè: & illi dicuntur adorare in Hieruſalē, i. in eccleſia militante. Quidam ſine errore & perfectè: quia uident deum ſicuti eſt. Et ideo dicit: Veniet hora quando neque in erroribus neque imperfectè, & in ænigmate participabitis diuinam ſapientiam, ſed uidebitis

bitis eum ſicuti eſt. *Vos adoratisquod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus:quia ſalus ex Iudæis eſt.* Hoc additum eſt ideo: quia ante publicationē euangelii cultus iudæorum erat licitus & bonus: non ſic aūt cultus gentilium. Ideo illud ait de gentilibus. Attribuere.n. illud deo quod ſibi nō cōuenit,ut ꝙ ſit corpus, uel aliquid aliud huiuſmodi eſt ipſum neſcire:hoc aūt faciebant gentiles,qui deum nō credebant eſſe ſuper omnia, ſed æqualem aliquibus creaturis.Ideo ſimul cū eo adorabāt idola. De iudæis uerò ait: Nos adoramus quod ſcimus: hoc nō intelligitur de omnibus,ſed de prophetis & patriarchis: quia uera cognitio dei per legē & prophetas erat conceſſa populo Iudaico,iuxta illud Ro.3.Quid ergo amplius iudæo eſt: quia credita ſunt illis eloquia dei. Conceſſa ſunt eis ēt dona ſpiritualia ſicut prophetia, & alia huiuſmodi quæ prius in eis fuerant,ut ad alios deuenirent: iuxta illud Ro. 11. Tu,ſ.gentilis cum eſſes oleaſter.i.ſterilis & amarus inſertus es in illis,ſ.iudæis. Et Rom.15. Nam ſpiritualiū eorū,ſ.iudæorum participes facti ſunt gentiles.Conceſſum eſt ēt eis Chriſtum ex ipſis naſci ſecundum carnem. Ideo hic dictū eſt.*Quia ſalus ex iudæis eſt.*Subdit: *Venit hora & nunc eſt quando ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate.* Vbi ſciendū ſecundum Origenē, ꝙ ſupra loquēs dominus de adoratione nō dixit: *Venit hora & nunc eſt,* ſed ſimpliciter ueniet hora,&c. quia tunc locutus eſt de adoratione in patria ſecundū quā perfectā dei cognitionē participabimus,quæ nondū uiuentibus in hac carne mortali uenit:hic uerò loquitur de ea,quæ eſt in uita iſta,quæ iam uenit per Chriſtum.Iſta aūt adoratio, quæ nunc eſt,fit in ſpiritu & ueritate. Remigius: Deus nullo loco continetur,nec in templis manufactis,ſed puris mētibus comprehenditur & inhabitat. probat hoc per hoc; Spiritus.n.eſt deus. Ad cuius euidentiam ſciēdum ꝙ adoratio Chriſtianorum excellit adorationem Iudęorum in duobus. Primo quia illa eſt ſecundum carnales cerimonias.Hebr. 9.Solummodo in cibis & in potibus & in iuſtitiis carnis uſque ad tempus, &c. Adoratio uerò Chriſtianorum fit ſecundum ſpiritum. Secūdo quia iudæorū

ado-

adoratio fiebat ſecundum figuras. Nam deo uictimæ ſecundum quod ſunt res quædam non placebat. Vnde Pſ. 49. Nunquid mãducabo carnes taurorũ: aut ſanguinem hircorum potabo? Et alibi Pſal. 50. Si uoluiſſes ſacrificiũ dediſſem: utique holocauſtis nõ delectaberis, ſcilicet inquantum ſunt res peccatorum, ſed inquantum ſunt res uictimæ & ueri ſacrificii. Hebr. 9. Vmbram habet lex futurorũ bonorũ, nõ imaginem rerum. Adoratio aũt Chriſtianorum eſt in ueritate: quia ipſa ſecundum ſe placet deo. Ioan. Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtũ. Ideo quãtum ad primum dicit, ꝙ ueri adoratores adorabunt in ſpiritu non in cærimonialibus carnalibus. Quantum ad ſecundum dicit: In ueritate, non in figura. Secundo poteſt legi quod dominus per hæc duo, quæ dicit, in ſpiritu & ueritate: uult oſtendere differentiam huius adorationis: non tantùm ad illam iudæorum, uerumetiam ad eã quæ erat Samaritanorum. Ad illam quidem iudæorum per hoc quod dicit in ſpiritu, ſicut dictum eſt. ſtatim ſupra. Illam uerò Samaritanorum per hoc quod dicit: *Et in ueritate.* Nam illa cum errore erat: quia adorabant quod neſciebant. Iſta uerò cum dei cognitione. Tertio poteſt legi ut per hoc quod dicitur, *in ſpiritu & ueritate,* oſtendatur conditio ueræ orationis. Ad hoc enim ꝙ oratio bona fiat & uera duo requiruntur, unum ꝙ fiat ſpiritu. Et ideo dicit in ſpiritu, & in feruore ſpiritus. 1. Cor. 14. Orabo ſpiritu, orabo & mente. Secundum ꝙ fiat in ueritate. Primo quidem in fide, quia nullus feruor ſpiritualis deſiderii eſt ad merendum idoneus niſi aſsiſtat ueritas fidei. Secundo uerò in ueritate, ideſt ſine fictione & ſimulatione. Contra quod dicitur Matth. 6. Amant in angulis orare ut uideantur ab hominibus. Sic ergo ad orationẽ feruor charitatis & ueritas fidei requiruntur. Iac. 1. Poſtulet autem in fide non hæſitans. Et rectitudo intentionis. Sequitur: *Nam pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & ueritate oportet adorare.* Vbi ſciẽdum qui uult exaudiri à deo debet ei aſſimilari, ut propter ſimilitudinem hominis ad eũ ipſum exaudiat: quia omne animal diligit ſuũ ſimile Eccl. 13.

Sed

Sed homo non aſsimilatur deo ſecundum carnalia, quia eſt incorporeus, ſed ſecundum ſpiritualia: quia deus ſpiritus eſt. Epheſ.4. Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, &c. Eſt etiam ueritas. Ioan. 14. cap. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Ergo oportet in ſpiritu & ueritate adorare. Vnde Aug. contra Samaritanos qui putabant deum corporeum, & ideo in monte eſſe adorandum. Quærebas montem fortè ad adorandum ut deo eſſes propinquior, ſed ipſe qui in altis habitat humilibus appropinquat, ergo deſcende ut aſcendas. Aſcenſiones, inquit, in corde eius in conualle plorationis quæ humilitatem habet, in templo uis adorare, in te ora, ſed prius eſto templũ dei. *Dicit ei mulier: Scio quia Meßias ueniet qui dicitur Chriſtus: cùm ergo uenerit ille annuntiabit nobis omnia*, quaſi dicat: Ego iſta uerba non capio, ſed quãdo ueniet Meſsias tũc ſciemus omnia iſta. Dicit Aug. quòd hęc eſt prima locutio ubi uocat eum Chriſtum, ut daret intelligere ꝙ poſt quinque ſenſus corporeos iam incipiet redire ad uirum legitimum. Ideo dominus aquam doctrinę ſpiritualis ei propinat manifeſtando ſe ei. Sciendum multiplex eſt aqua. Prima ſignificat amorem mundi, & hæc non extinguit ſitim. 2. Reg. 14. Omnes quaſi aqua dila. Verè omnes delicię & diuitię & honores ſignificantur per aquã. Hanc autem aquam nullus debet appetere: quia turbida & amara. Hiere. 2 Et nũc quid tibi uis in uia Aegypti ut bibas aquam turbidã? Superbus.n. habet cor turbidum prę contumatione, indignatione, contentioſa ęmulatione. Prouer. 13. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Pſ. 144. Tange montes & fumigabunt. Auarus ſemper habet cor turbidum prę nimia triſtitia & ſolicitudine. Eccl. 14. In triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Hier. 49. Turbati ſunt in mari, prę ſolicitudine quieſcere nõ potuerũt. Libidinoſus habet cor turbidum præ nimia concupiſcentia & feruore. Iob 31 Ignis eſt uſque ad conſummationem deuorans & omnia eradicans genimina. Non ſolum autem iſta aqua eſt turbida per effectum: ſed etiam in ſeipſa. Aqua uerò turbida non eſt apta ad bibendum, cùm ſit amara, nec ad ſpeculandũ cùm ſit turbulenta, nec ad la-

uandum

uandū cùm ſit imunda. Eodem modo amor mundi non eſt aptus ad bibendum, quia eſt amarus, facit.n. amaritudinē in conſcientia. Pro. 5. Nouiſſima illius amara quaſi abſynthium. Et eandem facit amaritudinem in pœna. Iſa. 24. Amara eſt potio bibentibus illam. Si uidetur amor mundi non eſt aptus ad ſpeculandum cùm ſit turbolentus. Non.n. poſſumus ſpeculari deum per contemplationem mundanorum, nec ēt peccata noſtra niſi per contritionem. Legitur in Vitis patrum. Cùm quidam frater cor plenum anxietatibus & tribulationibus haberet, & more ſolito deum contemplari non poſſet: quidam ſanctus pater ad quendā fontem eum duxit, & cùm aquam cum quodam baculo perturbaſſet, dixit ut reſpiceret ſi faciem ſuam uidere poſſet, qui expectauit uſque clarificata fuit, & tunc uidit. Adaptatio huius exempli plana eſt. Similiter amor mundi non eſt aptus ad lauandum cùm ſit immundus. Si quis ergo hēt cor immundum & uult lauare illud cum amore mundi, magis ſe inquinabit. Vnde Ambr. in lib. de uirgi. Pytagoram reprehendit dicens. Pitagoras poſtquam cubitum iuerat tibicinem iubebat molliora canere, ut anxia ſecularibus mulceret corda. Sed ille qui laterem lauat ſecularia ſecularibus fruſtra cupiebat abolere, magis.n. ſe liniebat luto, remedium uoluptate quærebat. Augu. Quiſque es qui es in mundo, ad te uenit qui fecit mundum ut eripiat te de mundo. Quòd ſi fortè aliqua delectatione te retinet mundus, ſemper uis eſſe immundus. Secundo dn̄s dat aquam contritionis. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquā & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte? Aug. Si totus uertat in fletum ut iam non ſint guttę lachrymarū ſed abundantia fluminis: dignè tamen non potero flere mala mea omnia, &c. Sic tu fac lixiuium. Pſ. 50. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Iſa. 1. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum quaſi nix dealbabuntur. Vnde Ber. Vinum angelorum ſunt lachrymę pœnitentium, ut patet in exemplo de muliere. Tertio dominus dat aquam doctrinę. Eccl. 15. aqua ſapientiæ ſalutaris potabit eum, ſ. hominem, uidelicet Chriſtus. De iſta aqua dicitur Apoca. 22. Oſtēdit mihi

fluuium aquæ uiuæ procedentem de ſede dei & agni. Per fluuium intelligitur ſacra ſcriptura quæ procedit de ſede agni, i. à regno dei Pſalm. 67. Deus dabit uerbum euangelizantibus. O q̃ dulcis aqua. Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Heu aliquibus amara eſt. Io: 6. Durus eſt hic ſermo. Et Petrus: Verba uitæ æternæ habes. Hæc aqua mundat. Io. 15. Iam mundi eſtis pp ſermonem quem locutus ſum uobis. Quarto dominus dat aquam gratiæ. Ioan. 4. Si ſcires donum dei, &c. tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam uiuam, i. gratiam uiuificantem. Pſal. 35. Apud te eſt fons uitæ. Hãc petiuit hæc mulier dicens: Domine da mihi hanc aquam ut non ſitiam. Apocal. 21. cap. Sitienti dabo fontem aquæ uiuę gratis. Primo gratia ſpiritus ſancti comparatur aquæ, quia abluit. Ezech. 36. Effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uřis. Pſ. 50. Lauabis me, &c. Secundo extinguit. Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. Et ſic gratia ſpiritus ſancti extinguit peccata. Tertio aqua eſt cõis, & ſic gratia ſpiritus ſancti. Iſa. 55. Omnes ſitientes uenite ad aquas, &c. Anſelm. Non ideo non habes quia deus non dat, ſed quia te non præparas accipere. Apoca. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Quarto manet in imis. Et ſic gratia ſpiritus ſancti in humilibus. Pſ. 103. Qui emittis fõtes in cõuallibus, &c. 1. Pet. 4. Humilibus dat gratia. Nota hæc aqua, ſ. gratiæ eſt dulcis ad bibendum. Eccl. 24. Qui me bibunt adhuc ſitient. Clara ad ſpeculandum. 2. ad Cor. 3. Nos autem reuelata facie gratiam domini ſpeculantes, &c.

Sabbatho, *Vade & iam amplius noli peccare, Ioan.* 8. Enarratio. I.

CONſuetudo eſt ubi homo exit domum ſuam & relinquit oſtium apertum & feneſtras tunc frequenter pdit theſaurum ſuum: poſt perditionem autem tunc inuocat iudicẽ vt prouideat de reſtitutione. Spiritualiter, ubi homo aperit oſtium oris inordinatẽ & feneſtras ſenſuum

exteriorum

exteriorum,ſcilicet uiſum, auditum, &c.ille per theſaurum uirtutum. Eccleſi. 9. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam.Ibidem 18. Sepi aures tuas ſpinis & linguam nequam noli audire. Claude oſtium domus,ideſt os tuum.Et hoc petit eccleſia in introitu:Verba mea auribus percipe domine, &c.quaſi dicat: Ego perdidi theſaurum animæ, ergo adiuua ut reſtituatur mihi.Et hoc petit collecta.Pręſta quæſumus omnipotens deus.Similiter ſic petiuit Suſanna quæ perdidit theſaurum bonæ famæ,patet in epiſtola, quæ erat exaudíta. Similiter hæc mulier in euangelio perdidit theſaurũ coniugalis caſtitatis: ipſa ſperauit in domino & non eſt derelicta, ſed meruit audire: *Vade & amplius noli peccare.* In ſumma euangelii tria innuuntur.Primo Iudæorum fallax interrogatio,cùm dicitur: *Magiſter.* Secundo ſubditur iuſta ſententiæ diffinitio, ibi:*Qui ſine peccato eſt,&c.* Tertio magna Chriſti miſeratio,ibi:*Vade & amplius noli peccare.*De primo dicitur:In illo tempore, ſcilicet cùm in ultimo die Scenophegiæ tota die in templo prædicaſſet, tũc ueſperi perrexit ter in montem Oliueti. Alchuinus: Chriſti conſuetudo erat maxime circa paſſionem,ꝙ tota die in templo prædicauit Hieroſoly. & miracula fecit, ſero reuertebatur Bethaniam.Augu. Iuit in montem Oliueti ad orandum, ad deſignandum ꝙ in oratione deuota oleum miſericordiæ acquiritur ſecundum Alchuinum.Nam ſicut oleum dolentibus membris ſolet ferre medicamẽ uel leuamen:& ſic oratio diuinam pietatem. Item ſicut oleum ſuper fertur omnibus liquoribus,& ſic miſericordia. Pſal. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.Et diluculo iterum ueniebat in templum ad orandum zelum animarum. Et omnis populus ueniebat ad eum ſimplices ut diſcant, ſcribę & phariſęi ut laqueos iactent.Et ſedẽs docebat eos, ſcilicet uiam ſalutis ęternæ. *Adducunt autem ſcribæ & phariſęi mulierem deprehenſam in adulterio.* Sed diceres quare non adduxerunt adulterum: cùm ſecundum legem eadem pęna eſt puniendus. Reſpondetur quòd adulter erat diues & unus de ſcribis, & ideo pro pretio eum libera-

 uerunt.

ſortè magis rei erant interrogantes eorum conſcientiam. Et qui iudicare uenerant iudicio dei digni erant. *Et reman ſit Ieſus ſolus*,à calumniantibus. *Et mulier in medio ſtans*,ſcilicet diſcipulorum & aliorum bonorum. Gloſa;Mulier illa ab illo puniendam ſe ſperabat in quo peccatum inueni re non poterat: ſed ille qui aduerſarios eius repulerat lin gua inſtitiæ, leuans in illam oculos manſuetudinis inter rogauit eam ut ſequitur: *Erigens autem ſe Ieſus ait illi*,ſcilicet confutatis calumniatoribus: *Mulier ubi ſunt qui te accuſabant,nemo te condemnauit? Quæ ait:nemo domine. Dixit ei Ieſus:nec ego te condemnabo*,q.diceret: Ego ꝓ ꝓ peccatores. *Vade & amplius noli peccare*.O piū uerbū & māſuetum.Ser ui erant crudeles dominus pius, homines erant immiſeri cordes,deus miſericors.Sed illam pœnitentiam à Chriſto inuiſtam non debent trahere in conſequens ipſi ſacerdo tes;quia non noſcunt cor:neque conſcientiam hominis ut Chriſtus. Nam ad quodlibet peccatum requiritur ſatisfaſtio.Augu.Nullum malum impunitum,&c. Quod Greg. in paſtorali per tria exēpla probat. Primum ut ſi litteras aliquis uel figuras ſcribit non ſufficit quòd ulterius non ſcribat:ſed quod malè ſcriptum deleatur.Et ſic peccata no ſtra ſcripta ſunt coram deo.Hiere.16.Peccatum Iudæ ſcri ptum eſt ſtilo ferreo in ungue adamantino. Non autem ſufficit non peccare, ſed pręterita peccata contritione delere. Secundum exemplum quando quis aliquem blaſphe mat,non ſufficit dimittere ſed ſatisfacere.Et ſic per pecca tum blaſphemamus deum.ad Rom.2. Nomen dei per uos blaſphematur;ergo oportet ut ſatisfaciamus pœnitentia. Iob 41.Idcirco meipſum reprehendo,& ago pęnitentiam in fauilla & cinere.Tertium exemplum quòd debitor non abſoluitur à debitis: eo quod alia non multiplicat, ſed oportet quòd ea quæ tenetur exoluat.Et ſic per peccatum contrahimus: ideo non ſufficit quod oramus: Dimitte no bis debita noſtra: ſed oportet quod nos ſatisfaſtionem. Matthæi 3.Facite dignos fruſtus pęnitentiæ.

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE.
De Euangelio.

Accepit Ieſus panem et gratias agens diſtribuit diſcumbentibus. *Ioan.6.Mat.14.Mar.6.Luc.9.* Enarratio. I.

TENENS agrum alicuius dñi ſemper tenetur dño illi reſpondere de naſcentibus primitiis in agro. Spiritualiter, ſic nos tenemur animā noſtram in feudum dño. Gen. 2. Inſpirauit in faciē eius ſpiraculū uitæ, & factus eſt hō in animam uiuentē. Et ultra poſſeſſionē animæ ēt ab ipſo recipimus ſemina uerbi dei & etiam doctrinę. Quæ ſi in agro animæ ſeminata eſſent & colerētur bonis operibus, naſcerentur uirtutū fructus ſpecioſi & decori, quibus obtinetur ęterna gloria. Iō de his dñs uult habere partē. ſ. gratiarum actiones. Nota, hęc bona naſcūtur à bonis operibus quæ à domino donantur in anima ſancta. ſ. adeptio ueniæ, acquiſitio gloriæ, & gratiarum actio. Dominus de omnibus his ſolo ultimo cōtentatur. Figuratur Gen.47. Tempore famis Ioſeph terras & poſſeſſiones oēs regni Aegypti obligauit prouidendo omnibus de cibo ne periclitarentur. Veruntamē poſſeſſiones pdictas illis relinquebat in feudū, tali pacto ut accepto ſemine redderent regi quintā partem naſcentiū. Gen.47. Spiritualiter, tēpore quo in Aegypto peccati primorum parentem omnes periclitabantur fame, ueniēs Ioſeph. i. Chriſtus pane angelorum refecit nos, & nobis tradidit ſemē puriſſimum, quod fructum attulit multiplicem ĩ terra noſtra. i. in anima noſtra, quā redemit de paupertate mortis: reddens illam nobis vt partem quintam. ſ. ut gratiarū actiones de his ſupra dictis à nobis tantùm recipiat: quia ſecundum Ber. Ingratitudo uentus eſt urens & exſiccans fontē pietatis, rorem miſericordię, & fluenta gr̃ę. Dñs in exēplū ſe nobis hodie proponit q gratias patri egit. De quo thema: *Accepit ergo*

ſi uixerat: & prædiũ quod Iacob filio ſuo Ioſeph dederat, poſsidebat: *Reſpondit Ieſus & dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Sed contra Eccl.24.c. Qui bibunt me adhuc ſitient: ubi loquitur de aqua ſapientiæ. Dicendum ꝙ ſitis uno modo accipitur pro deſiderio alicuius rei. Et ſic omnis temporalis res adepta generat magis ſitim quàm tollit, quia cupiditatem augmentat. Similiter aqua corporalis, quia non habet effectum niſi ad tẽpus, oportet ꝙ iterum alia aqua eodẽ modo ſumatur ad ſedandam ſitim. Alio modo accipitur ſitis pro deſiderio eiuſdem rei habitæ ad habẽdã eam perfectius. Et ſic habentes deũ per gratiã, ſitiunt ipſum habere per gloriã. Et hoc modo loquitur autoritas. Eccl.24. Sed allegata autoritas cũ dicitur: *non ſitiet in æternum*, intelligitur de ſiti illa ſecundo modo dicta: quia habens gratiã nõ deſiderat aliud quod non habet, ſed deſiderat deũ quẽ perfectius habere uult. Ratio huius põt eſſe: quia eſt differẽtia inter rem temporalem & ſpiritualẽ: quia res temporalis antequam habeatur æſtimatur magni pretii, & eſt inſufficiens ad quietandum deſiderium. Res uerò ſpiritualis non cognoſcitur, niſi cũ habetur. Apoc.2. Nemo ſcit niſi qui accipit. Et ideo nõ habita non mouet deſideriũ, ſed cum habetur & cognoſcitur, tunc delectat affectũ & mouet deſideriũ. Non quidẽ ad aliud habendũ, ſed quia imperfectè percipit propter recipientis imperfectionẽ mouet, ut ipſa perfectè habeatur. De hac ſiti dicitur in Pſal. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuũ. *Sed aquam quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternã*, quaſi diceret: Aqua quam ego dabo non ſolum ſitim auffert, ſed uitam præſta uiuo coniuncta fonti. Vnde dicit: Fiet in eo fons aquam producens per bona opera ad uitam æternam. Ideo dicit ſic: *Aquæ ſalientis*, i. ſalire faciẽtis in uitam æternam. Naturale.n.eſt, aqua uerò tantùm aſcendere põt, quantum ipſa deſcẽdit. Et ideo ſicut aqua gratiæ à Chriſto in nos deriuatur: ita anima per ipſam ad deum eleuatur: quia per ipſam conſors diuinæ gloriæ efficitur. Dum ergo ſermonibus prædicta mulier de-

lectata,& tanti muneris opus habere cupiens, & adhuc prudentiam carnis amplectens, dicit quod ſequitur. In quo tãgitur doni petitio. *Domine da mihi hanc aquam,ut nõ ſitiam,neque ueniam huc haurire.* Vbi ſciendum ꝙ hæc mulier in principio locutionis Chriſtũ nondum nouit, ſed Iudæũ uocat,dicens:Quomodo tu cũ Iudæus ſis,&c. Mõdò uerò cùm oſtendit dominũ,dicens: Domine da mihi, uolens per hoc à duplici corporis neceſsitate liberari:uidelicet à ſiti,& à labore: refugit.n. homo naturaliter laborẽ,iuxta illud Pſal.72.In labore hominũ nõ ſunt.Sciẽdũ ẽt ꝙ per hoc præpoſuit ipſum Iacob patriarchæ,quaſi diceret:Hanc aquã non potuit habere Iacob. *Dicit ei Ieſus: Vade uoca uirum tuum, & ueni huc:*quia.n. hæc mulier non poterat capere uerba Chriſti, ideo cõſequenter procedit ad ſigna inſtruens eam primo per reuelationẽ ſecreti.Secretum aũt illud erat ꝙ mulier adulterum tenebat, qui tamen credebatur ab omnibus hominibus loci illius eſſe maritus eius. Et quia Chriſtus dixit hoc ſecretum mulieri,oſtendit ſe ſcire ſecreta & occulta. Dicit ergo: *Vade & uoca uirum tuum.*ſ. putatiuum. Nõ dixit dominus hoc, ut uocaret uirũ:ſed ut reſponſione eius cõuenientius argueret eam ſecretum reuelãdo. Vnde ſecundũ Chryſoſtomum,dominus uolebat dare aquã ſpiritualis doctrinę, non ſibi ſoli,ſed ſpecialiter uiro ſuo. Quia ut dicit 1.Corin.11. Caput mulieris uir. Ideo uoluit ut præcepta ad mulierem per uirum deuenirent 1.Corin.14. dicitur,ꝙ ſi mulier aliquid addiſcere uult, domi uirum interroget. Ideo dicit: *Vade uoca uirum tuum, &c.* Secundum uerò Aug.exponitur myſticè, ꝙ uir iſte ſit intellectus, mulier uerò uoluntas:ꝙ inſtar mulieris concipit & parturit animam apprehenſiuã.Quia ergo hæc mulier prompta erat ad recipiendum,ſed non mouebatur ad intellectum & rationẽ ut ſpiritualiter hoc intelligeret:ſed adhuc ſub ſenſu detinebatur.Ideo dicit dominus: Vade tu ſenſualis uoca uirum tuum,i.rationalẽ intellectũ, quo ſpiritualiter intelligas quæ modò carnaliter ſapis: *Reſpondit mulier & dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo uirum. Quinque.n.uiros habuiſti: & hunc quem nunc*

habes non eſt uir tuus. Ecce quomodo occulta huic mulieri dixit,ut per hoc oſtenderet in ſe aliquod diuinum.Sed myſticè ſecundum Chryſoſtomum,quinque uiros habuiſti.i.quinque ſenſus, quibus uſque modò non utebaris. Sed hunc uirum quem nunc habes,i.errorem, non eſt uir tuus:quia ratio perfecta nō eſt,ſed erronea:ideo eſt adulter.Et ideo tolle iſtum adulterum errorem qui te corrumpit,& uoca uirum tuum, ideſt intellectum, ut intelligas me.Mulier ergo iſta ex reuelatione illius ſecreti intelligens Chriſtum tanquam prophetam:quærit ab eo ſolutionem cuiuſdam dubii, per cuiuſmodi ſolutionem ſecūdario inſtrueret eā:ſicut ſequitur. *Dicit ei mulier,* per modum cuiuſdam ſolutionis. *Domine uideo quia propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt,& uos,* ſcilicet Iudæis, *dicitis quia Hieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet.* In quo patet ſecundum Auguſtinum,quia cœpit ad eam uenire fides,ſed non plenè uenit:quia nō dominum prophetarū putabat ueniſſe:licet enim propheta eſſet.Matt. 13.Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua & in domo ſua . Cùm erat pluſquā propheta, quia prophetas ipſos conſtituit: ut dicitur Sapien.7. In animas ſanctas per nationes ſe transfert amicus dei, &c. Admiranda eſt huius mulieris diligentia: quia nō ut cęterę mulieres curioſę de mundanis interrogabat,ſed de his quæ dei ſunt. Matthæi.6.Primum quærite regnū dei. Mouet ergo quęſtionem de his quæ homines in terra illa mouere conſueuerant,ſcilicet de loco adorationis,de quo quæſtio uertebatur inter Iudæos & Samaritanos. Et Samaritani dixerunt quòd in monte Garizim ibi eſſet locus adorationis,& probabant per rationem dicētes: quòd antiqui patres eorum ibidem adorabant. Ideo & ipſi in eodem loco adorare deberent.Ideo & dicit: *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt.* Patres iſti ſecundum Chryſoſtomū poſſunt intelligi aliqui circa Abraham. Nam illi aiunt filiū ſuum obtuliſſe, ibi: Iudæi uerò dicebant in Hieruſalem eſſe adorandū autoritate domini qui præcepit. Deut.12. quòd deſtruerent aras & lucos,& non adorarent ubique dominum,ſed in loco uno determinato quem dominus ele-

elegiſſet. Qui quidē locus adorationis primo erat in Sylo, poſtea uerò autoritate domini Dauid Salomonis & Nathan prophetæ arca dei eſt portata de Sylo in Hieruſalem: & ibi factum eſt templum ſecundum illud Pſal. 77. Repulit tabernaculum Sylo tabernaculum ſuum, &c. Et ſequitur. Sed dominus elegit tribum Iuda montem Syon quē dilexit. Propoſita ergo quęſtione per mulierē, reſpōdit ipſe ſaluator ſicut ſequitur. *Dixit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia ueniet hora quando nec in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrē.* Quia ueniente hora publicationis euāgelij ceſſauit cultus gentium, & Iudæorum ceremoniæ ceſſauerunt ipſorumque ſudorum templum orationis domus deſtructū eſt, & populus Chriſtianus creatos eſt: qui nec ſuper mōtem Garizim, nec in Hieruſalē ſed in omni loco benedicebat dominum. Oportebat quidem ꝙ adoratio Chriſti euacuaret Iudæorum & gentiliū adorationem. Nam ſi aliquis uellet duos populos in unū coniungere, oporteret ab utroque remoueri illud, in quo ab inuicem diſcordarent: & aliquid eis commune in quo conueniant concedere. Chriſtus ergo uolens Iudæos & gentiles in unum coniungere, remouit à Iudæis cæremonias: à gentibus idololatriam, quæ duo erāt ſicut paries unus in quo uterque ab inuicem diuidebantur. Et fecit ex utroque populo unū populum, ſecūdum illud Eph. 2. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit utraque unum & mediū parietē materiæ ſoluēs inimicitias in carne ſua, &c. Sic ergo ceſſauit cæremonialis cultus Iudæorum & idololatria gentiū, & introductus eſt uerus dei cultus à Chriſto. Remig. In hoc ꝙ dicit hora ueniet, in hoc deſignatur tēpus gratiæ, quādo ablata umbra omniū figurarū lux ueritatis illuſtrabat mentes fidelium. Myſticè. Quidā participant dei ſapientiam obnubilatam tenebris erroris: & iſti dicūtur adorare in mōte Garizim. Quidam ſine errore, ſed tamē imperfectè: & illi dicuntur adorare in Hieruſalē, i. in eccleſia militante. Quidam ſine errore & perfectè: quia uident deum ſicuti eſt. Et ideo dicit: Veniet hora quando neque in erroribus neque imperfectè, & in ænigmate participabitis diuinam ſapientiam, ſed uidebitis

bitis

bitis cum ſicuti eſt. *Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt.* Hoc additum eſt ideo: quia ante publicationē euangelii cultus iudæorum erat licitus & bonus: non ſic aūt cultus gentilium. Ideo illud ait de gentilibus. Attribuere.n. illud deo quod ſibi nō cō uenit, ut ꝙ ſit corpus, uel aliquid aliud huiuſmodi eſt ipſum neſcire: hoc aūt faciebant gentiles, qui deum nō credebant eſſe ſuper omnia, ſed æqualem aliquibus creaturis. Ideo ſimul cū eo adorabāt idola. De iudæis uerò ait: Nos adoramus quod ſcimus: hoc nō intelligitur de omnibus, ſed de prophetis & patriarchis: quia uera cognitio dei per legē & prophetas erat conceſſa populo Iudaico, iuxta illud Ro.3. Quid ergo amplius iudæo eſt: quia credita ſunt illis eloquia dei. Conceſſa ſunt eis ēt dona ſpiritualia ſicut prophetia, & alia huiuſmodi quæ prius in eis fuerant, ut ad alios deuenirent: iuxta illud Ro. 11. Tu, ſ. gentilis cum eſſes oleaſter. i. ſterilis & amarus inſertus es in illis, ſ. iudæis. Et Rom. 15. Nam ſpiritualiū eorū, ſ. iudæorum participes facti ſunt gentiles. Conceſſum eſt ēt eis Chriſtum ex ipſis naſci ſecundum carnem. Ideo hic dictū eſt. *Quia ſalus ex iudæis eſt.* Subdit: *Venit hora & nunc eſt quando ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate.* Vbi ſciendū ſecundum Origenē, ꝙ ſupra loquēs dominus de adoratione nō dixit: *Venit hora & nunc eſt*, ſed ſimpliciter ueniet hora, &c. quia tunc locutus eſt de adoratione in patria ſecundū quā perfectā dei cognitionē participabimus, quæ nondū uiuentibus in hac carne mortali uenit: hic uerò loquitur de ea, quæ eſt in uita iſta, quæ iam uenit per Chriſtum. Iſta aūt adoratio, quæ nunc eſt, fit in ſpiritu & ueritate. Remigius: Deus nullo loco continetur, nec in templis manufactis, ſed puris mētibus comprehenditur & inhabitat. probat hoc per hoc; Spiritus.n. eſt deus. Ad cuius euidentiam ſciēdum ꝙ adoratio Chriſtianorum excellit adorationem Iudęorum in duobus. Primo quia illa eſt ſecundum carnales cerimonias. Hebr. 9. Solummodo in cibis & in potibus & in iuſtitiis carnis uſque ad tempus, &c. Adoratio uerò Chriſtianorum fit ſecundum ſpiritum. Secūdo quia iudæorū ado-

adoratio fiebat ſecundum figuras. Nam deo uictimæ ſecundum quod ſunt res quædam non placebat. Vnde Pſ. 49. Nunquid mãducabo carnes taurorũ: aut ſanguinem hircorum potabo? Et alibi Pſal. 50. Si uoluiſſes ſacrificiũ dediſſem: utique holocauſtis nõ delectaberis, ſcilicet inquantum ſunt res peccatorum, ſed inquantum ſunt res uictimæ & ueri ſacrificii. Hebr. 9. Vmbram habet lex futurorũ bonorũ, nõ imaginem rerum. Adoratio aũt Chriſtianorum eſt in ueritate: quia ipſa ſecundum ſe placet deo. Ioan. Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtũ. Ideo quãtum ad primum dicit, ꝙ ueri adoratores adorabunt in ſpiritu non in cærimonialibus carnalibus. Quantum ad ſecundum dicit: In ueritate, non in figura. Secundo poteſt legi quòd dominus per hæc duo, quæ dicit, in ſpiritu & ueritate: uult oſtendere differentiam huius adorationis: non tantùm ad illam iudæorum, uerumetiam ad eã quæ erat Samaritanorum. Ad illam quidem iudæorum per hoc quod dicit in ſpiritu, ſicut dictum eſt. ſtatim ſupra. Illam uerò Samaritanorum per hoc quod dicit: *Et in ueritate*. Nam illa cum errore erat: quia adorabant quod neſciebant. Iſta uerò cum dei cognitione. Tertio poteſt legi ut per hoc quod dicitur, *in ſpiritu & ueritate*, oſtendatur conditio ueræ orationis. Ad hoc enim ꝙ oratio bona fiat & uera duo requiruntur, unum ꝙ fiat ſpiritu. Et ideo dicit in ſpiritu, & in feruore ſpiritus. 1. Cor. 14. Orabo ſpiritu, orabo & mente. Secundùm ꝙ fiat in ueritate. Primo quidem in fide, quia nullus feruor ſpiritualis deſiderii eſt ad merendum idoneus niſi aſsiſtat ueritas fidei. Secundo uerò in ueritate, ideſt ſine fictione & ſimulatione. Contra quod dicitur Matth. 6. Amant in angulis orare ut uideantur ab hominibus. Sic ergo ad orationẽ feruor charitatis & ueritas fidei requiruntur. Iac. 1. Poſtulet autem in fide non hæſitans. Et rectitudo intentionis. Sequitur: *Nam pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & ueritate oportet adorare*. Vbi ſciẽdum qui uult exaudiri à deo debet ei aſſimilari, ut propter ſimilitudinem hominis ad eũ ipſum exaudiat: quia omne animal diligit ſuũ ſimile Eccl. 13.

Sed homo non aſsimilatur deo ſecundum carnalia, quia eſt incorporeus, ſed ſecundum ſpiritualia: quia deus ſpiritus eſt. Epheſ. 4. Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, &c. Eſt etiam ueritas. Ioan. 14. cap. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Ergo oportet in ſpiritu & ueritate adorare. Vnde Aug. contra Samaritanos qui putabant deum corporeum, & ideo in monte eſſe adorandum. Quærebas montem fortè ad adorandum ut deo eſſes propinquior, ſed ipſe qui in altis habitat humilibus appropinquat, ergo deſcende ut aſcendas. Aſcenſiones, inquit, in corde eius in conualle plorationis quæ humilitatem habet, in templo uis adorare, in te ora, ſed prius eſto templũ dei. *Dicit ei mulier: Scio quia Meſsias ueniet qui dicitur Chriſtus: cùm ergo uenerit ille annuntiabit nobis omnia*, quaſi dicat: Ego iſta uerba non capio, ſed quãdo ueniet Meſsias tũc ſciemus omnia iſta. Dicit Aug. quòd hęc eſt prima locutio ubi uocat eum Chriſtum, ut daret intelligere ꝙ poſt quinque ſenſus corporeos iam incipiet redire ad uirum legitimum. Ideo dominus aquam doctrinę ſpiritualis ei propinat manifeſtando ſe ei. Sciendum multiplex eſt aqua. Prima ſignificat amorem mundi, & hæc non extinguit ſitim. 2. Reg. 14. Omnes quaſi aqua dila. Verè omnes delicię & diuitię & honores ſignificantur per aquã. Hanc autem aquam nullus debet appetere: quia turbida & amara. Hiere. 2 Et nũc quid tibi uis in uia Aegypti ut bibas aquam turbidã? Superbus. n. habet cor turbidum prę contumatione, indignatione, contentioſa ęmulatione. Prouer. 13. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Pſ. 144. Tange montes & fumigabunt. Auarus ſemper habet cor turbidum prę nimia triſtitia & ſolicitudine. Eccl. 14. In triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Hier. 49. Turbati ſunt in mari, prę ſolicitudine quieſcere nõ potuerũt. Libidinoſus habet cor turbidum præ nimia concupiſcentia & feruore. Iob 31 Ignis eſt uſque ad conſummationem deuorans & omnia eradicans genimina. Non ſolum autem iſta aqua eſt turbida per effectum: ſed etiam in ſeipſa. Aqua uerò turbida non eſt apta ad bibendum, cùm ſit amara, nec ad ſpeculandũ cùm ſit turbulenta, nec ad lauandum

uandum

uandũ cũm ſit imunda. Eodem modo amor mundi non eſt aptus ad bibendum, quia eſt amarus, facit.n. amaritudinẽ in conſcientia. Pro. 5. Nouiſſima illius amara quaſi abſynthium. Et eandem facit amaritudinem in pœna. Iſa. 24. Amara eſt potio bibentibus illam. Si uidetur amor mundi non eſt aptus ad ſpeculandum cũm ſit turbolentus. Non.n. poſſumus ſpeculari deum per contemplationem mundanorum, nec ẽt peccata noſtra niſi per contritionem. Legitur in Vitis patrum. Cũm quidam frater cor plenum anxietatibus & tribulationibus haberet, & more ſolito deum contemplari non poſſet: quidam ſanctus pater ad quendã fontem eum duxit, & cũm aquam cum quodam baculo perturbaſſet, dixit ut reſpiceret ſi faciem ſuam uidere poſſet, qui expectauit uſque clarificata fuit, & tunc uidit. Adaptatio huius exempli plana eſt. Similiter amor mundi non eſt aptus ad lauandum cũm ſit immundus. Si quis ergo hẽt cor immundum & uult lauare illud cum amore mundi, magis ſe inquinabit. Vnde Ambr. in lib. de uirgi. Pytagoram reprehendit dicens. Pitagoras poſtquam cubitum iuerat tibicinem iubebat molliora canere, ut anxia ſecularibus mulceret corda. Sed ille qui laterem lauat ſecularia ſecularibus fruſtra cupiebat abolere, magis.n. ſe liniebat luto, remedium uoluptate quærebat. Augu. Quiſque es qui es in mundo, ad te uenit qui fecit mundum ut eripiat te de mundo. Quòd ſi fortè aliqua delectatione te retinet mundus, ſemper uis eſſe immundus. Secundo dñs dat aquam contritionis. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte? Aug. Si totus uertat in fletum ut iam non ſint guttę lachrymarũ ſed abundantia fluminis: dignè tamen non potero flere mala mea omnia, &c. Sic tu fac lixiuium. Pſ. 50. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Iſa. 1. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum quaſi nix dealbabuntur. Vnde Ber. Vinum angelorum ſunt lachrymę pœnitentium, ut patet in exemplo de muliere. Tertio dominus dat aquam doctrinę. Eccl. 15. aqua ſapientiæ ſalutaris potabit eum, ſ. hominem, uidelicet Chriſtus. De iſta aqua dicitur Apoca. 22. Oſtẽdit mihi

 fluuium

fluuium aquæ uiuæ procedentem de ſede dei & agni. Per fluuium intelligitur ſacra ſcriptura quæ procedit de ſede agni, i. à regno dei Pſalm. 67. Deus dabit uerbum euangelizantibus. O q̃ dulcis aqua. Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Heu aliquibus amara eſt. Io: 6. Durus eſt hic ſermo. Et Petrus: Verba uitæ ęternæ habes. Hæc aqua mundat. Io. 15. Iam mundi eſtis pp ſermonem quem locutus ſum uobis. Quarto dominus dat aquam gratiæ. Ioan. 4. Si ſcires donum dei, &c. tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam uiuam, i. gratiam uiuificantem. Pſal. 35. Apud te eſt fons uitæ. Hãc petiuit hæc mulier dicens: Domine da mihi hanc aquam ut non ſitiam. Apocal. 21. cap. Sitienti dabo fontem aquæ uiuę gratis. Primo gratia ſpiritus ſancti comparatur aquæ, quia abluit. Ezech. 36. Effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ur̃is. Pſ. 50. Lauabis me, &c. Secundo extinguit. Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. Et ſic gratia ſpiritus ſancti extinguit peccata. Tertio aqua eſt cõis, & ſic gratia ſpiritus ſancti. Iſa. 55. Omnes ſitientes uenite ad aquas, &c. Anſelm. Non ideo non habes quia deus non dat, ſed quia te non præparas accipere. Apoca. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Quarto manet in imis. Et ſic gratia ſpiritus ſancti in humilibus. Pſ. 103. Qui emittis fõtes in cõuallibus, &c. 1. Pet. 4. Humilibus dat gratia. Nota hæc aqua, ſ. gratiæ eſt dulcis ad bibendum. Eccl. 24. Qui me bibunt adhuc ſitient. Clara ad ſpeculandum. 2. ad Cor. 3. Nos autem reuelata facie gratiam domini ſpeculantes, &c.

Sabbatho, *Vade & iam amplius noli peccare.* *Ioan.* 8. Enarratio. I.

CONſuetudo eſt ubi homo exit domum ſuam & relinquit oſtium apertum & feneſtras tunc frequenter pdit theſaurum ſuum: poſt perditionem autem tunc inuocat iudicẽ vt prouideat de reſtitutione. Spiritualiter, ubi homo aperit oſtium oris inordinatè & feneſtras ſenſuum

exteriorum

exteriorum,ſcilicet uiſum, auditum, &c.ille per theſaurum uirtutum. Eccleſt. 9. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. Ibidem 18. Sepi aures tuas ſpinis & linguam nequam noli audire. Claude oſtium domus, ideſt os tuum. Et hoc petit eccleſia in introitu: Verba mea auribus percipe domine, &c. quaſi dicat: Ego perdidi theſaurum animæ, ergo adiuua ut reſtituatur mihi. Et hoc petit collecta. Preſta quæſumus omnipotens deus. Similiter ſic petiuit Suſanna quæ perdidit theſaurum bonæ famæ, patet in epiſtola, quæ erat exaudita. Similiter hæc mulier in euangelio perdidit theſaurũ coniugalis caſtitatis: ipſa ſperauit in domino & non eſt derelicta, ſed meruit audire: *Vade & amplius noli peccare.* In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo Iudæorum fallax interrogatio, cùm dicitur: *Magiſter.* Secundo ſubditur iuſta ſententiæ diffinitio, ibi: *Qui ſine peccato eſt, &c.* Tertio magna Chriſti miſeratio, ibi: *Vade & amplius noli peccare.* De primo dicitur: In illo tempore, ſcilicet cùm in ultimo die Scenophegiæ tota die in templo prædicaſſet, tũc ueſperi perrexit ter in montem Olиueti. Alchuinus: Chriſti conſuetudo erat maxime circa paſſionem, quod tota die in templo prædicauit Hieroſoly. & miracula fecit, ſero reuertebatur Bethaniam. Augu. Iuit in montem Oliueti ad orandum, ad deſignandum quod in oratione deuota oleum miſericordiæ acquiritur ſecundum Alchuinum. Nam ſicut oleum dolentibus membris ſolet ferre medicamen uel leuamen: & ſic oratio diuinam pietatem. Item ſicut oleum ſuper fertur omnibus liquoribus, & ſic miſericordia. Pſal. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et diluculo iterum ueniebat in templum ad orandum zelum animarum. Et omnis populus ueniebat ad eum ſimplices ut diſcant, ſcribę & phariſęi ut laqueos iactent. Et ſedẽs docebat eos, ſcilicet uiam ſalutis ęternæ. *Adducunt autem ſcribæ & phariſęi mulierem deprehenſam in adulterio.* Sed diceres quare non adduxerunt adulterum: cùm ſecundum legem eadem pęna eſt puniendus. Reſpondetur quòd adulter erat diues & unus de ſcribis, & ideo pro pretio eum libera-

 uerunt.

uerunt. Sed ipſa paupercula, ideo eam adduxerunt. Nota adulteriũ tripliciter punitur à deo. Primo pœna tẽporali. Gen. 12. Flagellauit dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarram uxorem Abraham. Item Gen. 20. Comminatus eſt dominus mortẽ Abymelech propter uxorem Abrahæ, quam tulerat neſciẽs ipſã eius eſſe uxorem, ſed eam ſororem eius putabat. Vbi Ioſephus dicit quod dominus percuſſit eũ graui infirmitate, ita quòd medici deſperabant de eo. Item dominus concluſit omnem uuluã domus Abymelech propter Saram uxorem Abrahę. Item de Dauid 2. Reg. 12. cui dixit Nathã: Non recedet gladius de domo tua. Secundo pęna legali: quia omnes leges tam diuinæ q̃ humanę prohibent, & puniunt adulteria. Nam ſecundum humanas leges aliqui exhæreditantur, aliqui nudi rugantur. Sed ſecundum legẽ diuinam adulteri manifeſti debẽt lapidari, ſed occulti & ſuſpenſi debebant ſeparari. *Et ſtatuerunt eam in medio*, ſcilicet ut magis cõfunderetur, *& dixerunt: Magiſter*. Chryſ. Magiſtrum uocant ut quaſi honoratus ſecretum ſui cordis manifeſtet. Et non ut diſcipuli. Ioan. 13. Vocatis me magiſter & domine & benedicitis: quia illi cauſa diſcẽdi, iſti cauſa decipiẽdi. Phariſæi enim & adulatores faciũt ut ſcorpio qui applaudit facie, ſed pũgit cauda. Sed caue à talibus. Pſ. 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meũ. Cato: Cùm te quis laudat, iudex tuus eſſe memẽto.

Nam nullus in hoc mundo debet uelle laudari. Nam oĩs uita noſtra uel eſt pręsẽs, uel præterita, uel futura, Si præterita, inueniet ſe multa commiſiſſe de quibus debet erubeſcere. Rom. 6. Quẽ fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis. Si pręſens, ſic eſt in loco periculoſo: de quo debet dolere. Pſ. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt. Si futura, & ſic inueniet dei iudicia de quibus debet timere Pſ. 118. A iudiciis enim tuis timui. Sed qui ſunt in futura patria ſunt laudandi, qui de præterito non habent erubeſcere, de præſenti non dolere ſed gaudere: quia ſunt ſecuri. Subditur. *Hæc mulier deprehẽſa eſt modò in adulterio. In lege autem mandauit Moyſes huiuſ*

modi

modi lapidari tu ergo quid dicis? Secundùm Auguſtinum: In Chriſto Phariſæi cognouerunt tria, ſcilicet ueritatem doctrinæ, manſuetudinem miſericordiæ, & rectitudinem iuſtitiæ. Et iudæi uolentes eum decipere cogitabant intra ſe: Ipſe uel dicet quòd mulier debet lapidari, aut non tacebit. Si iubet eam lapidare, tum dicemus eum immiſericordem cùm miſericordiam prædicaret. Si non iubet lapidare, tunc accuſabimus eum quod eſt hoſtis legis & contrarius Moyſi. Si tacebit, tunc dicemus quòd non habet ueritatem doctrinæ, ſed propter timorem humanum ueritatem prædicare formidat. Ergo ſubdit. *Hoc dicebant tentantes eum ut poſſent eum accuſare.* Sed dominus in reſpondendo iuſtitiam ſeruaturus, à manſuetudine non erat receſſurus. Vnde ſequitur: *Ieſus autem inclinans ſe deorſum ſcribebat in terram.* Ambro. dicit quòd ſcribebat. Terra terram accuſat. Auguſt. Scipſit illud quod poſt modum uoce expreſſit, ſcilicet: *Qui ſine peccato eſt, &c.* Gloſ. Scripſit corũ peccata ut eos oſtenderet ineptos ad huius ſententiæ executionem: quæ illi legentes præ uerecundia exierunt. Beda: Digito ſcripſit in terra ut illũ ſe fore demonſtret, qui quondam legem in lapide ſcripſit. *Cùm autem perſeuerarẽt interrogantes eum, erexit ſe & ait: Qui ſine peccato eſt ueſtrũ, primus in illam lapidem mittat,* quaſi dicat: puniatur peccatrix, ſed non à peccatoribus impleatur lex quàm allegatis: ſed non à præuaricatoribus legis. Et ſic ſeruauit iuſtitiam, miſericordiam & ueritatem in eo quòd nõ uenerat perdere ſed quærere quæ perierant. *Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terra.* Auguſt. Vt daret eis liberam facultatem exeundi quos citius exituros quàm plura interrogaturos præuidebat. Secundum aliquos hic ſcripſit quaſdam figuras, in quibus ex diuina promiſſione quilibet ſua peccata cognoſcebat, & non mulieris quæ fuerant per contritionem deleta. In hoc docemur ꝙ prius quàm peccantem fratrem corripimus, diligenter perpendamus utrum ipſis peccatis de quibus alium caſtigamus etiã obnoxii ſimus: ne nobis contingat taliter ut ſequitur: *Audientes autem hęc unus poſt alium exibant: incipientes à ſenioribus.* Gloſ. quia

ſortè magis rei erant interrogantes eorum conſcientiam. Et qui iudicare uenerant iudicio dei digni erant. *Et reman ſit Ieſus ſolus*, à calumniantibus. *Et mulier in medio ſtans*, ſcilicet diſcipulorum & aliorum bonorum. Gloſa: Mulier illa ab illo puniendam ſe ſperabat in quo peccatum inueni re non poterat: ſed ille qui aduerſarios eius repulerat lin gua iuſtitiæ, leuans in illam oculos manſuetudinis interrogauit eam ut ſequitur: *Erigens autem ſe Ieſus ait illi*, ſcilicet confutatis calumniatoribus: *Mulier ubi ſunt qui te accuſabant, nemo te condemnauit? Quæ ait: nemo domine. Dixit ei Ieſus: nec ego te condemnabo*, q. diceret: Ego pp peccatores. *Vade & amplius noli peccare.* O piū uerbū & māſuetum. Serui erant crudeles dominus pius, homines erant immiſericordes, deus miſericors. Sed illam pœnitentiam à Chriſto inuictam non debent trahere in conſequens ipſi ſacerdotes; quia non noſcunt cor: neque conſcientiam hominis ut Chriſtus. Nam ad quodlibet peccatum requiritur ſatisfactio. Augu. Nullum malum impunitum, &c. Quod Greg. in paſtorali per tria exēpla probat. Primum ut ſi litteras aliquis uel figuras ſcribit non ſufficit quòd ulterius non ſcribat: ſed quod malè ſcriptum deleatur. Et ſic peccata noſtra ſcripta ſunt coram deo. Hiere. 16. Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtilo ferreo in ungue adamantino. Non autem ſufficit non peccare, ſed pręterita peccata contritione delere. Secundum exemplum quando quis aliquem blaſphemat, non ſufficit dimittere ſed ſatisfacere. Et ſic per peccatum blaſphemamus deum. ad Rom. 2. Nomen dei per uos blaſphematur; ergo oportet ut ſatisfaciamus pœnitentia. Iob 41. Idcirco meipſum reprehendo, & ago pęnitentiam in fauilla & cinere. Tertium exemplum quòd debitor non abſoluitur à debitis: eo quod alia non multiplicat, ſed oportet quòd ea quæ tenetur exoluat. Et ſic per peccatum contrahimus: ideo non ſufficit quod oramus: Dimitte nobis debita noſtra: ſed oportet quod nos ſatisfactionem. Matthæi 3. Facite dignos fructus pęnitentiæ.

DOMI-

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE.

De Euangelio.

Accepit Ieſus panem et gratias agens diſtribuit diſcumbentibus. Ioan.6. Mat.14. Mar.6. Luc.9. Enarratio. I.

TENENS agrum alicuius dñi ſemper tenetur dño illi reſpondere de naſcentibus primitiis in agro. Spiritualiter, ſic nos tenemur animã noſtram in feudum dño. Gen. 2. Inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ uitæ, & factus eſt hõ in animam uiuentẽ. Et ultrà poſſeſſionẽ animæ ét ab ipſo recipimus ſemina uerbi dei & etiam doctrinę. Quæ ſi in agro animæ ſeminata eſſent & colerétur bonis operibus, naſcerentur uirtutũ fructus ſpecioſi & decori, quibus obtinetur ęterna gloria. Iõ de his dñs uult habẽ re partẽ. ſ. gratiarum actiones. Nota, hęc bona naſcũtur à bonis operibus quæ à domino donantur in anima ſancta. ſ. adeptio ueniæ, acquiſitio gloriæ, & gratiarum actio. Dominus de omnibus his ſolo ultimo cõtentatur. Figuratur Gen. 47. Tempore famis Ioſeph terras & poſſeſſiones oẽs regni Aegypti obligauit prouidendo omnibus de cibo ne periclitarentur. Veruntamẽ poſſeſſiones ꝑdictas illis relinquebat in feudũ, tali pacto ut accepto ſemine redderent regi quintã partem naſcentiũ. Gen. 47. Spiritualiter, tẽpore quo in Aegypto peccati primorum parentem omnes periclitabantur fame, ueniẽs Ioſeph. i. Chriſtus pane angelorum refecit nos, & nobis tradidit ſemẽ puriſſimum, quod fructum attulit multiplicem ĩ terra noſtra. i. in anima noſtra, quã redemit de paupertate mortis: reddens illam nobis vt partem quintam. ſ. ut gratiarũ actiones de his ſupra dictis à nobis tantùm recipiat: quia ſecundum Ber. Ingratitudo uentus eſt urens & exſiccans fontẽ pietatis, rorem miſericordię, & fluenta grę. Dñs in exẽplũ ſe nobis hodie proponit q gratias patri egit. De quo thema: *Accepit ergo*

Ieſus panes: et gratias cùm egiſſet diſtribuit diſcũbentibus, &c. Aliud thema. Auicenna in primo canone dicit, & experiméto certificatum eſt: ꝙ mammillę mátris in os infantis poſitæ ualde conferunt ad remedium eius, quod ei obeſt. Spiritualiter, ſic ĩ propoſito mater noſter eccleſia. 2. Reg. 1. Sicut mater unicum amat filium, ita te diligebam. Iſta mater oſtẽdit nobis duo ubera, ideſt duplicem conſolationem, ſcil. cet gratiæ & gloriæ. Pſ. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Sed cum filio oſtenderit ubera lætatur, & ſic nos. Vnde in introitu: Lætare Hieruſalem, & conuentum facite oẽs qui diligitis deũ, gaudete cum lętitia qui in triſtitia fuiſtis, ut exultetis, ut ſatiemini ab uberib. conſolationis eius. Pſ. Lætatus ſum in his quę dicta ſunt mihi, &c. Pſ. 121. Nicolaus de Lyra exponit hũc Pſ. ad literã ꝙ ſit exultatio ipſius Dauid de hoc ꝙ Nathan propheta ſibi dixit de futuro templo per Salomonem ædificando, ut hr̃ 2. Reg. 7. Et 1. Paralipo. 17. Sic nobis dicitur de futuro: In domum domini lętantes ibimus. De qua domo Baruch. 3. O Iſrael, q̃ magna eſt domus domini, & ingens locus poſſeſſionis eius. In illa domo quidam habitant affectu, & effectu ut ſancti. Pſ. 118. Qui habitat in cęlis, &c. Secundi affectu & non effectu: ut boni uiatores. ad Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Pſ. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Alii neutro modo, ſed potius habitare eligũt in domo ruinoſa. Aug. Si architectus diceret ruituram domum, non ne prius migrares q̃ interimeres? Sic autor mundi dixit ruiturum mundum & ei nõ credis. Audi uocem eius Lu. 21. Cęlum & terra trãſibunt, &c. Dicit. n. Solinus: Hirundines in ruitura domo ædificium non petunt. Sic electi dei qui hirundinibus comparantur. Hier. 8. Hirundo & ciconia cognoſcunt tempus aduentus ſui, præſciunt futura. Scimus uerò ꝙ mundus eſt ædificium ruinoſum, domus uerò dei ſemꝑ ſtabit. Pſ. 92. Domum tuam domine decet ſanctitudo in longitudine dierum. Hãc petiuit Dauid. Pſ. 26. Vnam petii à dño hãc requirã, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Notanter dicit unam & non duas, ſicut filii ſeculi

culi ſecundum carnem uiuentes. Aug. ſuper Geneſi. In arca non admittebantur animalia quæ generabantur ex putrefactione & corruptione, ſed in diluuio perierũt. Sic in domo dei nõ admittũtur qui ex ſanguinibus, & uoluntate carnis generãtur. primo ad Corin. 15. Caro & ſanguis regnũ dei poſſidere non poſſunt. Eccleſia. 17. Nihil nequs q̃ quod excogitauit caro & ſanguis. Roman. 8. Qui ſcd̃m carnem ſunt, deo placare nequeunt. Iõ in epiſtola ad Galat. 4. Abraham duos habebat filios, unum de ancilla & unum de libera. Qui de ancilla, natus eſt ſecundum carnẽ: qui de libera, per repromiſſionem & ſcd̃m ſpiritum, qualis non erat filius ancillę. Gene. 25. Diuiſit Abrahã filiis ſuis hæreditatem, filiis concubinarũ dedit munera. Ergo de filiis in patria dr̃ in Euangelio: Saturati ſunt, &c. In sũma euangelii tria innuuntur. Primo conſtantiæ cõueniẽs ęqualitas, ibi: *Abiit Ieſus*. Secundo miraculi, expediẽs opportunitas, ibi: *Cum ſubleuaſſet*. Tertio beneficii ſufficiens largitas, ibi: *Facite homines diſcumbere*. De primo dicit: In illo tempore, ſ. cùm Iudæi quærebant Chriſtum interficere: & non erat adhuc tẽpus paſſionis ſuæ. Ideo, *Abiit Ieſus trans mare Galileæ quod eſt Tyberiadis*. Iſte locus ſic appellatur iuxta morem Iudæorum qui omnem cõgregationem aquarum appellabant maria. Et aliquando dicitur mare Galileæ pp Galileam prouinciam in qua fluit. Aliquãdo dr̃ mare Tyberiadis propter famoſam ciuitatem ibidem ſituatam quã Hærodes ædificauit in honorẽ Tyberii Cæſaris. Aliquando dr̃ ſtagnum Genezareth propter auram quæ ibi regnat, uel propter regionem quandam paruam. *Et ſequebatur eum multitudo magna, quia uidebant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur*. Chryſ. Mouebatur enim turba magis ſignis q̃ doctrinis. Nota Hier. ponit quinq; rationes quare eum turbæ ſequebantur. Primo quidem propter comeſtionem, de quibus dicitur Ioan. 6. Quæritis, me non quia uidiſtis ſigna, ſed quia ſaturati eſtis de panibus. Et fuerunt guloſi quorum deus uenter eſt. Et figurãt illos qui ſeruiunt deo ut habeant uictum & amictum, quibus dicitur Mat. 6. Quæ primùm regnum dei & iuſtitiam

tiam eius, & hęc oia adiicientur nobis. Item alii ut dita rentur, ut patet de illo Matt.8. Magiſter, ſequar te quocũ que ieris. Cui reſpõdit Ieſus: Vulpes foueas habent, & uo lucres cęli nidos: filius autẽ hominis nõ habet ubi caput ſuum reclinet. Et ſignificat auaros, qui plus rogant deum pro diuitiis temporalibus ꝙ ęternis. De his Mat.6. dicit: Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Matt.19. Impoſſi bile eſt diuitem intrare regnum dei. Dauid Pſ.61. Diuitię ſi affluant noli cor apponere. Quidam vero vt miraculũ uiderent ut curioſi. Mat.12. Magiſter, uolumus à te ſignũ videre. Et figurant illos qui tantùm audiunt uerbũ dei ut ſciant & nõ ut faciant. De qbus dr̃ ad Ro.2. Nõ auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabũtur: Iacobi 1. Eſtote actores uerbi & nõ auditores tãtùm. Lu. 11. Beati q audiunt uerbũ dei & cuſtodiũt illud. Quidam ꝑꝑ eorũ infirmos Lu.6. Omnis turba querebat eũ tãgere, qa uirtus dei de illo exibat & ſanabat oẽs. Et ſignat illos qui deum & ſanctos inuocãt dum infirmantur. De quibus Pſ.15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea acce lerauerunt. Sed cùm ſanantur mali efficiuntur ut prius. Hi grauiter deũ offendunt qbus dicitur Ioannis 5. Ecce ſanus factus es, iã noli peccare, ne deterius tibi contigat. Lu.11. Fiant nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Quidã ꝑpter reprehẽſionẽ ut Phariſæi Mat.22. Abeũtes Phariſæi inierunt conſilium vt caperent Ieſum in ſermo ne. Quidã propter ſanctam doctrinã & vitã ut diſcipuli, & hi perſiſtũt aliis recedẽtibus. Ioan.6. Dñe quo ibimus, uerba vitæ ęternę habes. Nota Xp̃m ſeq̃ debemus, Primo ut uiator ductorem Pro.4. Viam ſapientiæ monſtrabo ti bi, & ducam te per ſemitas æquitatis. Micheas 2. Aſcẽdet iter pandeus ante eos. Secundo ut oues paſtorem. Ioã.10. Cùm proprias oues emiſerit audit ante eas. Tertio ut di ſcipuli doctorẽ. Iſaiæ ſecundo: Venite aſcẽdamus ad mon tẽ dñi, & ad domum dei Iacob: & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Pſ.70. Deus docuiſti me à iuuentute mea. Quarto ut filii patrem cum amore. Hiere. 3. Patrem uocabis me ſuper terram. Ber. Sequamur te bo ne

ne Ieſu:quia ſine te nullus aſcendit.Nã tu es uia, veritas, & uita. *Subiit ergo in montem Ieſus, & ſedebat ibi cum diſcipulis ſuis.* Chry. Ad vocandũ cõtẽplationi fugienda eſt multitudo:& eligendus eſt locus ſolitarius. *Erat autem proximum paſcha.* Bæda:Circa hoc eſt feſtum paſchæ Ioãnes Baptiſta fuit decollatus.Et poſtea anno ſequẽti feſto paſchę Xp̃s erat crucifixus.Dies feſtus Iudæorũ, hæc autem feſtiuitas erat celeberrima:qa tunc liberati fuerãt à ſeruitute Aegyptiaca Exod.12.Habebitis hunc diem in monimentum,& celebrabitis eum ſolennẽ dño in generationibus veſtris cultu ſempiterno.Et benè dicit: *quod erat dies feſtus iudęorum.* quia Iudæi tẽpore illo celebrabant feſtiuitates, non ad dei honorẽ,ſed magis propter uanitates & comeſſationes.Propter hoc dicit eis deus Eſai.1.Iniqui ſunt cętus veſtri:Kalendas ueſtras & ſolennitates ueſtras odiuit anima.Dixi ſecundo tangitur miraculi expediens opportunitas.De quo ſubdit:*Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus.* Sciendũ duplex eſt oculus dei.ſ.ſapientiæ & gratiæ. Primum oculum nõ aperuit ante legem : ſed tempore Moyſi cum legẽ dedit.Scd̃m oculum,ſcilicet gratiæ aperuit tempore natiuitatis & paſſionis ſuæ.De quo Pſ.10. Oculi eius ĩ pauperem reſpiciunt.Sed poteſt eſſe tertius oculus dei, ſcilicet iuſtitiæ quem adhuc habet clauſum;aperiet autem tempore iudicii.Pſ.33.Vultus domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriã eorum . Et tali oculo(Mat.22.) uidit hominem non ueſtitum ueſte nuptiali, &c.Ideo ſubdit:*Et cùm uidiſſet quid multitudo magna uenit ad eum* Lyra: Qui in tantum deſiderabant audire Chriſtum: ꝙ etiam ſine alimento ſequebantur eum.Et dicit Matt.14.quòd turba expectauit tota die uſque ad ueſperam : propter quod neceſſarium fuit fieri hoc miraculum . Ideo ſubdit *: Dixit ad Philippum:Vnde ememus panes ut manducent hi?* Non quęrit ignorans,ſed quærit ſicut Gene.3.cap.Adam ubi es,& Gene.4.Vbi eſt Abel?Ibi quæſiuit ut illi cognoſcerẽt reatum ſuum,hic vero ut ex reſponſione Philippi eo certius appareat miraculum.Ideo ſequitur. *Hoc autem dicebat tentans eum,* non quaſi ignorans, ſed ut defectus aliis oſtenderetur,

deretur, ſicut Gen. 22. Tentauit deus Abraham,ſ.ut eius obedientia aliis manifeſtaretur,pp quod ſequitur:*Ipſe.n. ſciebat quid eſſet facturus*, quia inquantum deus omnia cognouit ab æterno.Hebr.4.Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.*Reſpondit ei Philippus.Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis*, quaſi diceret: Pauperes ſumus, tantam pecuniã habere non poſſumus,& ſi haberemus non ſufficeret pro eorum refectione.Ideo ſubdit:*Vt unuſquiſque modicum quid acciperet.*Alchuinus: Conſidera imperfectionem Philippi, non aſpiciebat ad uirtutem eius qui de aqua uinum fecerat,nec alia ſigna.*Dicit ei unus ex diſcipulis eius Andreas fratre Simonis Petri*. Hic uidetur habuiſſe reſpectũ ad multiplicationem panum factam per Heliſæum 4. Regum 4. ubi quidam detulerat ad Heliſæum uiginti panes hordeaceos quos præcepit apponi cẽtum uiris dicens : Hæc dicit dñs,comedẽt & ſupererit, quod & factum eſt.Ideo ſubdit: *Eſt puer vnus hic.*Iſte dicitur fuiſſe ſanctus Martialis,qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces.Chryſoſto. Conſidera eorũ parſimoniam quod utebantur cibo iumentorum,& non dixit eos habuiſſe carnes;ſed piſces nec eorũ copiam, ſed duos tantùm.Ideo ſpirituali cibo inhæſerunt in tantum q corporalem cõtempſerunt.Et ſubdit: *Sed hæc quid ſunt inter tantos*, quaſi dicat: Si multiplicarentur ẽt eo modo quo per Heliſęum,adhuc eſſet ualde modicũ in hac multiplicatione . Dico tertio tangitur ſufficiens largitas diuini beneficii,dicens:*Facite homines diſcumbere*,ideſt ordinate ſedere ad manducandũ, quaſi diceret: Conſiliũ humanum ſubuenire non potuit, nec adiutorium præſtabat:uos confeſſi eſtis inopiam, ſed modò cognoſcetis dei uirtutẽ. *Erat autem fęnum multum in loco.*Theophilus:Fœnum dicitur herba uiridis.Erat.n.paſcha,quod quartadecima luna menſis Aprilis celebratur, ubi terra germinat & arbores florẽt,& ſic erat locus aptus ad ſedendum.*Diſcubuerũt ergo viri numero quaſi quinque millia*, ſed in modum Hebraicum ſoli hic numerantur uiri à uiginti annis & ſuprà:& habet Numeri 1. Sed mulieres & pueri tacentur. Hoc autem dicit euangeliſta ut appareat maius miraculum . Conſidera

hic

hic obedientiam apoſtolorum. Non dixerunt ad quid debent ſedere & unde debent refici: ſed mandatũ humiliter impleuerunt, ſperantes ꝙ qui parauerat olim menſam in deſerto: nunc ẽt in ſolitudine turbas reficeret. *Accepit ergo Ieſus panes.* Sed diceres quare nõ creauit nouos panes. Reſpõdetur ꝙ prima cauſa huius ſecundũ Theophilum eſt ut confundat errorẽ Manichæi dicentis corporalẽ ſubſtantiã eſſe malã: quia à malo deo, ideſt diabolo ſit creata. Si creatura illa eſſet mala, nequaquam Xp̃s qui eſt bonus mala multiplicaſſet. Quinque alias cauſas aſſignat Chryſo. Prima eſt, quia ideo creaturis utitur ad miraculũ ne uiderentur eſſe alienæ ab eius ſapientia. Secundo ut oſtendat ſe uictualiũ largitorẽ. Pſ. 135. Qui dat eſcã oĩ carni. Tertio ideo panes multiplicat: ut oſtendat ſe eſſe eũ qui in principio dixit, Germinet terra herbã uirentẽ & facientẽ ſemen. Gen. 1. Piſces uerò multiplicat: ut probet ſe eſſe illum qui in principio omne animal aquatile produxit. Quarta ratio eſt ut per hoc oſtendat ſe eſſe dominum terræ & maris. Quinta ratio eſt in exemplum: ꝙ ſi ẽt pauca habemus: eo libenter indigentibus tribuamus. Thob. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, libenter illud impartiri ſtude. Conſiderandum eſt, ut dicit Chryſ. quòd iuſſi apoſtoli dare quinque panes non murmurant dicentes. Vnde mitigabimus famem noſtram, ſed ſtatim obediunt. Deinde oſtendit quid egerit Xp̃s: *Cum gratias egiſſet.* Gratias egit deo patri ſecundũ naturam aſſumptã qui uirtute deitatis eſt omnis gratiæ diſtributor. In hac autem gratiarum actione primo Xp̃s ſuam humanitatem & paternam reuerentiam innuit. Secundo inde ut dicit Chryſoſt. erudit nos non prius tangere menſam donec gratias egerimus ei qui dat nobis cibũ in tẽpore opportuno. Sciendum eſt quòd alii tres euangeliſtæ omiſſa gratiarũ actione dicũt quòd Chriſtus tria fecit quia reſpexit in cęlum deinde benedixit panes, & poſtea eos fregit. Quę tria Ioannes breuiter complectẽs dixit: *Cùm gratias egiſſet diſtribuit.* reſpexit in cœlum ut dicit Chry. Et quia credendum erat Chriſtum ueniſſe à patre, facturus miraculum aſpexit

in cœlum,non propter indigentiam quaſi auxilio indigeret,quia patri in diuinitate æqualis erat ad operãdũ miracula. Benedixit panes. Benedictio aũt Dei ſcd̃m Aug. nihil aliud eſt quàm diuerſorũ bonorũ collatio, & eorũdẽ multiplicatio. Sicut igitur in principio mũdi oẽs creaturas benedicẽs,cõtulit illis naturalẽ uirtutẽ ut ex ſeinuicẽ naturaliter multiplicarẽtur. Ita nunc q̃a multitudo panis erat mirabilis, neceſſaria fuit ſingularis benedictio. Et iſtã benedictionem Chriſtus aliquibus uerbis expreſſit q̃bus,& ſanctificauit & multiplicauit creaturam. Sed euangeliſtæ tacẽt illa uerba,quia fortè ſecretè Chriſtus ea protulit. Hoc etiam,ut dicit Cyrillus, diſpenſatiuè pro nobis fecit ut diſcamus quod in principio menſæ cum frangere debemus panem,debemus offerre & ellicere ſuper ipſum benedictionem ſupernã: ut creatura ſanctificetur prius p̃ uerbum dei,& ſigno crucis. Nam propter hoc in homines diabolus ſibi uſurpauit poteſtatẽ in rebus iſtis corporalĩbus ordinatis ad neceſſitatem hominis:ut per eas ipſi homini noceat. Vnde Chryſ. ſuper Matth. Cauſa,inquit, ſanctificandarum eſcarum hæc eſt: q̃m totus mundus in maligno poſitus eſt. Vnde etiã res corporales quę ſunt magna pars mundi in maligno ſunt poſitę. Conſequenter etiam infantes quando naſcuntur, quantum ad carnem in maligno ſunt poſiti. Et ideo oportet res corporales benedicere ut expellatur nocumentum quod uenenum peccati prę ſtitit. Quod primo benedixerat,ad hoc facit exemplũ ſancti Benedicti, qui benedicens uas in quo erat uenenum mixtũ uino, ipſa benedictione facta uas confractũ eſt. Itẽ exemplum ſanctimonialis quam obſedit diabolus lactucã comedentis prætermiſſa benedictione. Dicitur etiã quod dominus panes benedictos fregit,ut fruſtratim primo diuiderentur, *& diſtribuit diſcumbentibus.* Hæc autem diſtributio per apoſtolos facta eſt. Vnde in Matthæo dicitur. Dedit diſcipulis panes,diſcipuli autẽ turbis: *Similiter ex piſcibus quantum uolebat.* Vbi attendẽda eſt abundantia cęleſtis beneficii. Quæritur q̃uo iſta multiplicatio panum & piſciũ facta fuerit. Ad hoc reſpondet Hilarius tertio de

Trinitate,

Trinitate,dicens:quòd nec ſenſus,nec uiſus profectum tã conſpicabilis operationis aſſequitur.Eſt quod nõ erat, ut detur quod intelligitur: unde ſolùm ſupereſt ut deus oĩa poſſe credatur.Sed tunc dicit Hier. Frangente dño panẽ facta eſt multiplicatio partium. Item ſcđm Chryſ. ẽt ipſi panes augebantur in manibus diſcipulorum miniſtrãtiũ. Item ſcđm Hilarium,In manibus ſumentium & in mẽſa creſcebat panis ſubſtantia. Sed hoc uidetur multum mirabile ſecundũ Hylarium, ꝙ in manibus frãgentium,nõ minueretur: ſed dato uno fragmento alterũ ſuccederet. Et dicendũ ꝙ non eſt dubium quin hoc fuit mirabile.ſed tñ deo non impoſſibile: quia non eſt impoſſibile apud deum oẽ uerbũ.Sed ſi adhuc diceres,unde ueniebant partes illius panis quæ ſuccedebant frangẽti & diſtribuenti. Reſpondet Aug.dicens ꝙ eadem uirtute qua deus multiplicat ex paucis granis ſegetes,eadem poteſtate multiplicauit hos quinque panes & duos piſces. Nam illi quinq; panes erant quaſi ſemina, non quidem terræ naſcentia; ſed ab eo qui terram fecit multiplicata.Sed diceres,Bene habeo cuius uirtute hoc factum eſt. Sed ego quæro unde productæ ſunt partes illæ huiuſmodi multiplicationis: Si dicatur quòd deus præ exiſtẽtem materiam conuertit in ſubſtantiam panis,ſicut humor terreſtris conuertitur in ſubſtantiam carnis:tunc certè deus nõ ſatiauit illam multitudinem ſolis quinque panibus ſubſtantialiter;ſed magis ex altera ſubſtantia,quod uidetur cõtrariũ euãgelio. Et iõ dicit magiſter in ſentẽtiis lib.2. di.18. ꝙ illa ſubſtãtia panis diuina uirtute in ſe multiplicata eſt, ſine alicuius alterius additamento,quod quõ fieri potuerit excedit inueſtigationẽ humani intellectus,ut dicit Hylarius.Tertio de recollectione mẽſę:*Vt autem impleti ſunt*.Pſ.77.Mãducaurunt & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis.*Dixit diſcipulis ſuis·Colligite quæ ſuperauerant ne pereant.* Quod ideo precepit ut dicit Chryſ.ne phãtaſia crederetur quod factum eſt: quia ex collectione fragmẽtorũ magna apparet certitudo miraculi:*Ne pereant.*Non enim ſunt abiiciẽda quæ ſuperfluunt mẽſæ:ſed pauperibus eroganda.

ganda. *Colligerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Eſt aũt cophinus corbus factus de iuncis uel foliis palmarum contextus ad ſeruilia opera. Cophinis.n.dicit, ut dicit Alchuinus, ſeruilia implentur officia. *Ex quinque panibus & duobus piſcibus quæ ſuperfuerant his qui manducauerant.* Vnde ſecundum Theophilum: Addiſcamus non eſſe tenaces in dandis eleemoſynis: quia deus abundantius tribus. Quarto inde tangitur laus ſubſecuta diuinum beneficium. Sed ſciendum ꝙ nihil dignum deo poſſumus tribuere pro beneficiis acceptis. Primo quidem, quia omnia noſtra ipſius ſunt. 1. Paraly. 29. Tua domine ſunt omnia: & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Secundo quia dicit. Pſal. 15. Bonorum meorũ non eges. Tertio quia eius beneficia excedunt noſtram facultatem. Pſ. Quid retribuã domino pro omnibus qui retribuit mihi. Sed tamen uult deus à creatura laudari, in quo non ipſi, ſed creaturę proficit. Vnde attenditur quales reddere debent deo gratias homines refecti. Illi ergo homines cùm uidiſſent quod fecerat ſignum, unde ipſius declarabatur omnipotentia dicebant laudando & glorificãdo: quia hic eſt uerè propheta. Secundum Aug. dicitur propheta qui dominus prophetarum eſt propter tria. Primo quidem, quia omnes prophetę acceperunt de ſpiritu eius vt præuiderent futura. Ipſe uerò in ſeipſo oĩum hẽt cognitionem. Io. 16. Nunc ſcimus quia ſcis omnia. Secundo quia Chriſti cognitio eſt æterna: prophetæ verò cognouerunt in tempore. Tertio quia omnis prophetia terminatur ad Chriſtum. Actu. 4. Huic oẽs prophetæ teſtimoniũ perhibent de ſpiritu qui uenturus eſt in mundum, ſ. ad redemptionem humani generis: & ut nos ad cęleſtia regna perducat, quod nobis præſtare dignetur, &c.

De eodem, *Accepit Ieſus panes, &c.* Ioan. 6.
Enarratio I.

ISta Dominica uocatur Dominica de Roſa triplici ratione. Prima eſt literalis quam ponit Inno. lib. 3. Eſt enim quoddam conſolatorium & recreatorium populis continuo ieiu-

ieiuniis fatigatis. Dicit.n. Cato: Interponere tuis interdū gaudia curis. Quod caret alterna reqe durabile nō eſt. Iō dicit dictus Innocētius: Ne populus pp aſperitatē quadrageſimalis obſeruantiæ ſub cōtinuo labore deficeret, ī hac mediana dominica roſæ ſolatiū interponit ut anxietas tēperata melius ſufferatur. Secunda ratio ſpiritualis: in ipſa .n. roſa ſunt tria. Eſt enim facta de auro: intus uerò ponit muſcus & balſamum. Et ideo ſignificat Chriſtum, in quo ſunt tres ſubſtantiæ, ſ. caro incorrupta, quę ſignificatur p aurum. Anima odere oīum uirtutum plena: quæ ſignificatur per muſcū & diuinitas precioſiſſima, quę ſignificatur per balſamum. Qui ergo uult potentiam quadrageſimalē leuiter ferre: debet hāc roſam in corde ſuo portare. Tertia ratio eſt moralis: per hoc.n. datur intelligi, quia p ieiunium & per pœnitentiam uitiorum ſpinę conuertuntur in roſam uirtutum: ita ꝙ qui prius erat libidinoſus efficitur caſtus, qui prius erat ſuperbus efficitur humilis & mānſuetus, qui prius erat guloſus efficitur ſobrius. Eſa. 35. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur uiror calami & iunci, &c. quia in cordibus peccatorū, in quibus prius habitabant dæmones per exercitia uitiorum: orietur per pœnitentiam uiror uirtutum. Secundo hęc dominica uocatur dominica de panibus, ex eo ꝙ Xps quinq; millia hominum de quinque panibus ſatiauit. Sicut aūt tūc ſatiauit illos de quinq; panibus corporaliter: ſic quotidie reficit fideles de quīq; panibus ſpiritualiter. Primus eſt panis pœnitētialis: & iſte cōficitur de tribus farinis, quarū una tota eſt amara, alia eſt tota dulcis, tertia eſt dulcis & amara. Verus.n. pęnitens debet habere timorem, amorem & ſpem. Timorem quidem debet habere de cōſideratione pęnæ æternæ, & iſta farina eſt amara. Ezec. 12. Fili hominis panem tuum in conturbatione comede. Multum.n. pœnitens debet timere & conturbari, quando conſiderat horribiles pęnas inferni. Iob. 21. Quādo recordatus fuero pertimeſco: & cōcutit carnem meam tremor. Scđo pœnitens debet habere amorē de cōſideratione cœleſtis gloriæ: & iſta farina tota eſt dulcis. Nihil.n. dulcius

A a quām

q̄ dei gloriam mente conſpicere,& ipſam conſiderare:Pſ. 30.Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, &c.De iſto pane dr̄ Luc.14.Beatus q mãducabit panem in regno dei.Tertio pœnitens debet habere ſpem de cõſideratione peccatorũ & ueniç.Et iſta farina dulcis & amara eſt.Ama ra qñ cõſiderat peccatorum multitudinem.Eſa. 38.Recogitabo tibi oẽs annos meos,in amaritudine animæ meæ. Dulcis qñ habet ſpem de uenia obtinenda .Pro.14.Cor. quod nouit amaritudinem animæ ſuæ . Ecce amaritudo culpç:in gaudio eius nõ miſcetur extraneus.Ecce gaudiũ pro uenia.Secundus eſt panis ſacramentalis, quem in feſto paſchæ recepturi ſumus. Eſt iſte panis fuit formatus ĩ arca uirginali,ſ.de farina çterna,i.de deitate ſempiterna. De farina antiqua,ſ.de carne ab Adam tracta:& de farina noua,ideſt anima de nouo creata. Iſte panis ſic formatus triplici igne fuit excoctus , ſ.igne amoris.de quo dr̄ Luc. 12.Ignem ueni mittere in terram & quid uolo nisi ut ardeat?Et iſto igne amoris ipſe fuit inflammatus: quia propter amorem noſtrum fuit paſſus. Ioan. 15.Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. Similiter igne doloris fuit inflammatus.Thren.1.O uos omnes qui tranſitis per uiã: attendite & uidete ſi eſt dolor , ſicut dolor meus. Et igne paſſionis Pſ. 16. Igne me examinaſti ; & non eſt inuenta in me iniquitas.Idem Pſ. 101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt.Iſte panis fuit formatus,& ſic decoctus de quinq; partibus uulnerum:& fuit inciſus,ut primum uulnus nos patri reconciliaret.Scd̄m cçleſtem ianuam aperiret . Tertium ruinã angelorũ repararet . Quartum ſanctos patres de limbo reduceret.Quintum dæmones ſubiugaret. Tertius panis eſt materialis quem quotidie petimus in oratione dicentes:Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie.Iſtum panem cum pauperibus debemus cõmunicare ſi uolumus,quod noſtra ieiunia ſint deo grata. Vnde poſt quam dixit dñs.Eſa.58.Nõne hoc eſt ieiunium quod elegit.Subdit;Frange eſurient panem tuum,&c.Dicit.n.Petrus Rauen.ꝙ eleemoſyna eſt in ieiunio,ſicut oleum in lucerna.Sicut enim lucerna extinguitur,quando oleum deficit,

cit: ſic ieiunii meritum perditur cum eleemoſyna ſubtra hitur. Gre. Talia ſunt ſine charitate noſtra ieiunia, qualis eſt ſine oleo lucerna accenſa: fumigare qdē fœtere poteſt & lucere nō poteſt. Et ēt ſicut ſol diei. Sicut.n. ſol nubes excellit & glaciem diſſoluit: ſic eleemoſyna peccata extin guit. Eccleſiaſti. 3. Eleemoſyna.n. patris non erit in obliuione. Et ſicut in ſereno glacies ſoluitur: ſic in eleemoſyna ſoluentur peccata noſtra. Eſt ēt eleemoſyna ieiunio, ſicut anima corpori. Sicut.n. anima corpus uiuificat: ſic eleemoſyna ieiunium gratificat. Et ſicut corpus moritur cum anima recedit, ſic ieiunii meritum perditur cùm eleemoſyna deficit. Quartus eſt panis infernalis ꝙ cōficit̄ ex peccatis. De quo pane dr̄. Pro. 13. Comedunt panem impietatis: & uinum iniquitatis bibunt. Nihil.n. proderit abſtinere à cibo & pane materiali, cùm non abſtineatur ab ipſo pane peccati. Vnde dr̄. Eſa. 58. Nonne hoc eſt ieiunium quod elegi: ſolue faſciculos deprimentes. Quidam libri habent impietates colligantes, quia quidam ex mala cogitatione cadunt in delectationem, de delectatione in cōſenſum, de conſenſu in opus, de opere in conſuetudinē, de conſuetudine in neceſſitatē peccandi. Hi habent ēt faſciculos peccatorum deprimentes: quia cùm deberent de iſto faſce peccatorum diminuire, ſēper uolūt peccata peccatis addere. Legitur.n. in Vitis patrum ꝙ ſanctus Arſenius oſtendente ſibi angelo uidit tres uiros, unum qui faſcem lignorum in nemore faciebat, & ſuper ſarcinam tāta ligna addebat donec ferre non poterat. Alius infundebat aquam in ciſternā perforatam ꝙ tota effluebat. Tertius qdē trabē non per longū, ſed in tranſuerſum in quādam eccleſiam ducere uolebat. Expoſuit aūt ei angelus hanc uiſionem, ꝙ primi ſunt, qui peccata peccatis addunt cùm deberēt diminuere. Eccle. 17. Precare coram dño, & minue offendicula. Secundi ſunt qui habent cor ſuum per diuerſa crimina perforatum: ita ꝙ quæ opera de genere bonorum faciunt omnia perdunt. Aggæi primo. Qui merces congregauit miſit eas in ſaccū perforatū. Tertii ſūt ſuperbi ꝙ nolunt ire rectè, ſed trāſuerſi: nec uolunt ſe incli-

nare,ſed eleuare.Et iō cū porta ſit anguſta in domū cœleſtē intrare nō poſſunt.Mar.7.Quàm anguſta eſt uia q̄ ducit ad uitā.Quintus panis eſt cœleſtis,quē ſancti māducabūt in mēſa cœleſti.Lu.22.Et ego diſpono uobis, ſicut pater celeſtis diſpoſuit mihi regnū, ut edatis & bibatis ſup menſam meā in regno meo.Ex quibus hr̄ q̄ illud cōuiuiū habebit miniſtrantis nobilitatē cùm dicit: Ego nō alius, non angelus,non Pet.apoſt.nō alius ſanctus, ſed ipſe Xp̄s Eiuſdem 12.Amen dico uobis q̄ præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere:& tranſiens miniſtrabit illis.Habebit conuiuantium ordinabilitatem cùm dicit diſpono,i.in diuerſis menſis pono: Nam in una menſa erunt patriarchæ, in alia prophetæ,in alia apoſtoli, in alia martyres, in alia confeſſores, in alia uirgines.Beata autem uirgo habebit unam menſam per ſe à dextris filii collocatam. Io.14.In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Habebit ēt in illo conuiuio plenam ſatietatem:ideo dr̄. Vt edatis & bibatis.Cant.5. Comedite amici mei & bibite & inebriamini chariſſimi.Habebit menſæ nobilitatem : quia in eadē mēſa ſedebunt cum deo.Ideo dicit ſuper menſam meam.Pſ. 127.Filii tui ſicut nouellæ oliuarū in circuitu menſæ tuę. Habebit loci amœnitatem.Ideo dicit,in regno meo. Nu. 24.Quàm pulchra tabernacula tua Iacob & tentoria tua Iſrael,ut ualles nemoroſæ,ut horti iuxta fluuios irrigui.

DE EODEM,

Eſt puer hic vnus habens quinque panes hordeaceos,&c.Ioan.6.

Enarratio. III.

PVer eſt Chriſtus à quo quinque panes habemus: uidelicet naturæ,doctrinæ,pęnitentiæ,euchariſtiæ & gr̄æ. Primus eſt corporalis. Secundus eſt doctrinalis . Tertius eſt pœnitentialis.Quartus eſt ſacramentalis.Quintus eſt ſpiritualis.De primo Gen. 3. In ſudore uultus tui uiſceris pane tuo.Pro iſto pane parū ſudant uſurarii & alii qui adulationib.& detractionib. & periuriis, imò & emptionibus & multis mendaciis uictū acquirūt. Prou. 20.Suauis eſt homini panis mendacii:& poſtea īplebitur os eius calculo,

culo,i.lapide ignito.Dicit gloſa.De iſto pane, ſ.corpora li colligunt fragmẽta eleemoſynarũ.Eſa.58. Frãge eſuriẽti panẽ tuũ,&c.Frange,ſ.eſurientibus in mũdo. Tob.4.Panẽ tuũ cum eſuriẽtibus & egenis comede,&c.Et in purgatorio.Neemiæ 8.Mittite partes eis, qui nõ ꝑparauerunt ſibi.Et in cęlo.Eſuriunt.n.ſancti eleemoſynam,& alia bona opera noſtra.Et maxime Xp̃s.Mat.25. Eſuriui & dediſtis mihi manducare,&c.Gre.Ad tribuendũ pigri nõ ſitis qa hoc quod in terra iacenti porrigitis, ſedenti in cęlo datis.Sic habes quaſi triũ ſportarum fragmenta.De ſc̃do Ecclesi. Cibauit illũ pane uitæ & intellectus,&c.Sicut aũt paterfamilias eiicit eũ de familia, q otioſe comedit panẽ ſuũ:ſic & Xp̃s.Otioſè aũt comedit panem qui doctrinam intelligit & nõ facit.Contra quos Pro.31.Panem otioſa non comedit.Vide qũo hordeaceus eſt, qui non otioſè, ſed cum labore comedens eſt. Iſtius panis quaſi trium cophinorum fragmenta ſunt credendorum, fugiendorum, agendorum documẽta. Vnde aliqñ dictum eſt.Thr.4.Paruuli petierunt panem, & nõ erat qui frangeret eis.Modo aũt iſte panis frangitur paruis & magis plus q̃ velint. De tertio dicit Pſ.Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura.Sed qa pęnitẽtia & auſtera uita ſæpe corrumpitur per fermentum uanæ laudis uel admixtę carnalitatis uel ſeruilis timoris, quando ſolùm timore gehennæ fit pœnitentia. Vnde dicitur Deutero.16.Septem diebus comedes abſque fermẽto afflictionis panem.Septem diebus, i.ſemper:omne.n. tempus ſeptem uoluitur diebus.De iſto pane fiunt fragmenta contritionis,confeſſionis,& ſatisfactionis, quaſi triũ ſportarum.Hũc panem dat dominus per prælatos pęnitentibus inducendo eos ad contritionẽ & iniungendo pęnitentiã. Pauci uero ſciunt frangere uel nolũt hunc panem.Hiere.16.Non frangent inter eos lugenti panem ad conſolationem ſuper mortuo.De quarto dicitur. 1. ad Corinth.11. Quicunque manducauerit panem & biberit calicem dñi indignè:reus erit corporis & ſanguinis domini.Timendũ eſt ualde uerbum hoc, uide ergo quomodo panis hordeaceus

cus nõ ſolũ in dolore de memoria paſſionis Chriſti, ſed etiam in dolore de peccatis quaſi agnus cũ lactucis comedendus eſt. Qui hunc panem nõ indignè vult comedere, debet ſicut ouicula manſuetè & innocenter uiuere. Vñ de ouicula pauperis quam diues ſibi abſtulit dicitur. 2. Reg. 12. q̧ erat de pane illius comedẽs, & de calice bibẽs, Pauper. n. Chriſtus eſt qui paucas oues habet: diues eſt diabolus qui habet oũes & boues vniuerſas, inſup & pecora cãpi. Iſtius panis fragmenta ſunt tres partes hoſtię fractæ. 1. Cor. 10. Panis quẽ frãgimus non'ne participatio corporis eſt? Dñs ẽt hunc panem benedixit & fregit. Quid autem ſignãt illæ tres partes dr̃ in ſententiis. Poſſumus ẽt dicere q̧ tres partes fiunt: quia hoc ſacrificiũ offeretur ad honorẽ ſanctorum in cœlo, ad ſalutẽ uiuorũ in mũdo: unde ſacerdos dicit, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem ſempiternam. Et ad abſolutionẽ pęnarum in purgatorio: ideo dicitur notanter & ſanctorum & uiuorũ & mortuorum. De quinto dr̃ Pſ. 103. Panis cor hominis cõfirmat. Iſtum panem timor, ſolicitudo facit hordeaceũ. Ber. Time cùm adſit gratia, time cùm abierit, time cùm denuò redierit. Sed quis uidit unquam dormientẽ comedere: ſic tu niſi de ſomno ſurrexeris peccatorum, pane gratię non paſceris. Vnde bene dicitur. 2. Reg. 19. q̧ angelus Heliam bis de ſomno excitauit vt comederet panẽ, in cuius fortitudine quadraginta diebus ambulauit. Excitatur homo bis: primo per timorem gehennæ: ſecundo per amorẽ gloriæ. Iſtius panis fragmenta ſunt uaria gratiarũ dona. Luc. 24. Cognouerunt eum in fractione panis, &c. Quæ fragmenta per duodecim cophinos diuiduntur, ut plena ſint opera noſtra. Sine enim gratia dei non ſunt plena. 3. cap. Non inuenio opera tua plena coram Deo meo.

De eodem, *Eſt puer unus hic habens quinque panes hordeaceos. Io. 6. cap.* Enarratio. IIII.

Hordeacei panes ſignare poſſunt auſteras refectiones quas habet anima fidelis de doctrina legali, uel de

pœnitentia

pęnitētia medicinali, vel de diſciplina ſiue cōtinētia ſen ſuali, uel de pęna dominicali. Iſta.n. licet hordeaceam habeāt aſperitatē, reficiunt tñ animā & cōfortant. De primo Deut. 8. Non in ſolo pane viuit hō, ſed in omni verbo qđ egredit de ore dei. Legitur Dan. 10. ꝙ Abac. īpoſuerat panes in alueolo, & ibat ī cāpum ut ferret meſſoribus: quos tñ portauit Danieli ductu angelico in lacū ſeptē leonū. Panum intritio eſt ſcripturarū expoſitio in cordis alueolo. Malum aūt eſt ſignum cùm infirmis abominatur panē. Iob 33. Abominabilis fit ei in uita ſua panis. Lacus eſt mūdus, leones ſunt dęmones. 1. Pet. 5. Tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Septem leones ſunt vitiorū capitalium principes. Quicunq; ergo in mundo eſt, ipſe in lacu leonū eſt. Sed nota ꝙ hic quinque panes doctrinæ legalis ſunt quinq; uerba, qūibus tota cōprehenditur ſcriptura. Quæ ſunt hæc; Crede, fuge, time, appete, crede in deū, fuge uitia, age bona, time ſupplicium, appete præmium. 1. Corin. 14. In eccleſia volo quinque uerba ſenſuī meo loqui, vt & alios inſtruam q̄ decem milia verborum in lingua. De ſecundo pſ. 41. Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Aug. Da mihi domine ī hoc exilio panem doloris & lachrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam delitiarum. Hic eſt panis qui per coruum miniſtratur Heliæ in torrente Carith: ſicut legitur 3. Reg. 17. Torrens contritionem ſignat. Threno. 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem. Per coruum aūt nigrum & clamoroſum ſignatur confeſſio peccatorum. His coruus figuratur. Gene. 8. Aperta oris feneſtra emittitur de arca conſtrata; & hic miniſtrat tibi panem refectionis pœnitentiæ ſedente te in torrente ploratus. Plora ergo ò peccator. Aug. Qui enim ſe cognoſcunt ſicut ſemper peccant ita ſemper plorant: vitam enim ſuam quæ tota eſt tētatio ſuper terrā plorant. Sed hic quinq; panes ſunt quinque partes pęnitentię, videlicet contritio. confeſſio, oratio, ieiunium, & eleemoſyna. De tertio ſignatū eſt Iudicū 7. vbi legitur quòd panis ſubcinericius caſtra Madian ſubuertere per ſomniū videbatur. Caſtra Madian ſunt ſenſus

noſtri,qui utiq; Madianitę ſunt quod interpretaẽ cõtradi centes:cõtradicunt.n.frequenter rationi.Pſ.54. Vidi iniquitatem & cõtradictionem in ciuitate. Vñ in caſtris inimicorum habitant aĩæ nrǽ in ſenſibus cõſtitutę. Panis ex hordeo factus eſt rigor diſciplinæ & continentiæ ſenſus cõtradicentes cohibens.Eccl.32. Panis & diſciplina & opus ſeruo,i.ſenſui uel corpori.Qui panis ẽt ſubcinericius dr: quia per iugẽ recordationem noſtrę incinerationis futuræ ſenſus ab illicitis cohibemus. Sed hic nota quinque panes ſunt quinq; ſenſuũ diſciplinæ ſiue continẽtię. Aug. Continendus eſt aĩę appetitus à uoluptate aurium & oculorum,à uoluptate olfaciendi,tangendi & guſtandi. Tali continentia aĩa paſcitur & tanquam panibus confortatur. De quarto dicit mulieri colligẽti duo ligna.3.Re.17.Fac de ipſa farinula ſubcinericiũ panem paruulum.Duo ligna crucẽ ſignant.Hiere.11.Mittamus lignũ in panem eius,& eradamus eum de terra uiuentium. Farina eſt granum cõtritum.Granum ait Chriſtus.Io.12. Niſi granum frumẽti cadens in terrã mortuum fuerit,ipſum ſolùm manet: ſi ãt mortuum fuerit,multum fructum affert. Qui cõtritus eſt per paſſionem.Eſa.53.Attritus eſt pp ſcelera noſtra. Mulier ergo,i.eccleſia uel aĩa,colligens per fidem & deuotionem duo ligna crucis de farinula panẽ facit, qñ de paſſione Xpi ſe reficit.Panis iſte paruulus eſt:quia per paſſionẽ Xps minutus & humiliatus eſt.Ad Phil. 2. Humiliauit ſe metipſum,factus obediẽs uſq; ad mortem. Subcinericius eſt quoque: quia ſub cinere amare paſſionis Xpi memoriter coctus eſt.Pſa.101. Cinerem tanquam panem manducabã. Sed nota ꝙ quinq; panes quinq; uulnera Xpi ſunt q̃ multũ reficiunt aĩam deuotam, qui non ſolum ſunt aĩæ hordeacei ꝑ paſsionem: ſed ẽt oleati mellici per deuotionem Bern.Foderunt manus eius,& pedes eius, & latus lãcea perforauerũt.Per has rimas licet mihi ſuggere mel de petra,oleumq; de ſaxo duriſsimo.De omnibus his uariis panibus intelligi poteſt,quod Dauid ad Abymelech dixit 1.Reg. 16. Si quid habes ad manducandum, uel quinque panes da mihi,aut quicquid inueneris, &c.

DE

DE EODEM DE EPISTOLA.

Illa autem Hieruſalem quæ ſurſum eſt, libera eſt, quę eſt mater noſtra. Ad Gall. 4. Enarratio. V.

QVando aliquis crucem transmarinam aſſumpſit, & proponit in terra ſancta remanere, ualde libẽter audit bona de terra illa, & magnum ſolatium in talibus uerbis recipit. Sic multi noſtrum crucem pęnitentiæ aſſũpſerunt in hac quadrageſima, proponentes ire in illam cęleſtem Hieruſalem. Tales .n. ſunt uerè peregrini: ſingulis diebus poſt aſſumptionem pęnitentiæ dietam unam fecerunt peregrinationis ſuę. Hæc peregrinatio in hoc eſt excellentior aliis: quia propter hanc fiunt aliæ. Et ſi hæc nõ fiat, aliæ parum ualent. Beati ſunt illi qui iam aſſumpſerunt ſi perſeuerant: uę autem illis qui nondum aſſumpſerunt, cùm tñ res cęli hoc tempore crucem aſſumpſit. Ioã. 19. Baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum. Et nullum reputat de familia ſua niſi qui illã crucem aſſumit. Matthęi 10. Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Eccleſia autẽ ad ſolatiũ eorum, qui iam pœnitentiæ crucem cęperunt, & ad prouocandum eos, qui nondum aſſumpſerunt, ut aſſumant commendat cęleſtem Hieruſalem, dicens: *Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem*. Hodie appropinquat nuntius de cęleſti Hieruſalem, ideſt apoſtolus & nuntiat bona, ſcilicet ꝙ Hieruſalem libera eſt & mater noſtra, i. regio & patria. Quia naturaliter quilibet diligit & deſiderat patriã ſuã. Et ſic nos cęleſtem patriam. Auguſti. Feciſti nos domine ad te inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Hebr. 13. Nõ habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram quam inquirimus. Ideo non deſideremus diu uiuere in hoc mundo: quod figuratur Geneſ. 28. Iſaac ait ad Iacob: Noli accipere coniugem de filiabus Chanaan, ſed uade in domum Batuelis patris & matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Labã. Spiritualiter, Labam interpretatur candidatio & ſignificat deum: hic habet duas filias Rachel & Lyam, ideſt gratiam & gloriam. Pſal. 83.

Gratiam & gloriam dabit dominus,gloriam videlicet per contemplationem. Fortunatus in homilia. Nequaquam deus ſe aiæ applicaret, niſi ſe in contemplatione erigeret; ideo ſume crucem pęnitẽtiæ. In ſumma verborũm epiſtolæ huius duo innuuntur. Primo ponit ſenſum hiſtoricum & literalem,ibi.*Fratres ſcriptum eſt.*Secundo ſubdit ſenſum allegoricum,myſticum ſeu ſpiritualem,ibi:*quæ ſunt per allegoriam dicta.* De primo dicit; *Fratres ſcriptum eſt,* ſcilicet. Gen. 16.& 31. *Quoniam Abraham duos filios habuit.*ſ. Iſmaelem & Iſaac.Sed diceres,tamen habuit plures quam duos: vt patet Gen.25.ergo hoc eſt in ſufficienter dictum.Rñdetur,verum eſt: plures habuit quam quos,ſed illi duo fuerunt principales quos ſcriptura commemorat ꝓpter figuram ſequentem.ſ. electorum & reproborum, qui per illos figurantur.Ideo ſubdit:*Vnum,*ſcilicet Iſmaelem:*de ancilla.* ſ.de Agar,quæ fuit ancilla Saræ.Gen.15.*Et vnum de libera,* ideſt de Sara,ſcilicet Iſaac.Nam Sara erat libera:quia neptis Abraham & filia fratris ſui.Sed diceres, quare Abraham habuit duas vxores:cùm hoc ſit contra legem naturæ & contra primam inſtitutionem coniugii? Reſpondet magiſter in quarta diſt.33. pro varietate temporum varia inuenitur diſpoſitio cõditoris. Primo fratres ſororibus ſunt iuncti, poſt hoc ſed cognatis iuncti, poſt hæc penè omnes falſis diis adhæſerunt. & paucis permanentibus in vera fide, conſultum eſt à deo plures vni coniungere ne cultus dei deficeret.Aug. Antiquis patribus illud non erat peccatum,quia non gratia laſciuiendi ſed gignendi fecerunt. Sed diceres,Hoc etiam faciam.Reſpondetur non,quia tunc non erat contra præceptum vt modò. Etiam reſpondetur quòd deus ex rationabili cauſa diſpenſauit cùm antiquis patribus ante legem & poſt legem: & hoc propter multiplicationem prolis ad cultum dei ædificandæ: erant.n.tunc pauci fideles. *Sed qui de ancilla*, ideſt Iſmael ſecundum carnem natus eſt, ideſt ſecundum legem propagationis ſine ulla promiſſione de ipſo facta & abſque ullo miraculo. Sicut patet Gene.16. Poterat enim Agar iuuencula naturaliter concipere de Abraham ſene.*Qui autem de libera:* ſup-

ple

ple natus eſt, ſ. Iſaac *per repromiſſionem*, ſcilicet diuinaaı à deo factam,& cum diuino miraculo:quia pater centum an norum erat,& mater nonaginta:ut patet Gen.18.Sed diceres, quare apoſtolus dicit tantùm Iſaac per repromiſſio nem natum ; cùm ét legimus promiſſionem eſſe factam de Iſmaele,quia in Ge.16.dicitur:Cùm Agar eſſet in deſerto Sur,tunc apparuit ei angelus domini,dicens:Agar ancilla Saræ unde uenis aut quò uadis?Quæ reſpondit:A facie Sa ræ dominę meę ego fugio.Cui angelus:reuertere,inquit, ad dominam tuã,& humiliare ſub manu illius. Et rurſum multiplicans,inquit, multiplicabo ſemen tuum.Ecce pari es filium, & uocabis nomen eius Iſmael.Hic erit hõ ferus, manus eius contra omnes,& manus omnium contra eum. Reſpondetur quòd iſta promiſſio quando facta eſt tunc iam Iſmael erat conceptus,promiſſio uerò Iſaac facta eſt antequam conciperetur ; ut patet ex uerbis angeli poſitis in Gen.18.cap. Et ſic apparet Iſaac non ſecundum conſue tudinem humanæ naturæ eſſe natum, ſed per repromiſſio nem ex longęuo patre & uetula matre nonagenaria. Dixi ſecundo ſubdit ſenſum allegoricum ſeu ſpirituale͂,dicens, *quæ ſunt per allegoricam dicta*, ideſt per ſenſum alterũ quàm uerba ſonare uidentur. Vnde allegoria eſt quando ex uno aliud intelligitur.Vbi nota quòd quadruplex eſt ſenſus ſacræ ſcripturę. Primus hiſtoricus quando factum narratur ſicut eſt:ut dicit Iſido. in lib.etymo. Hiſtoria eſt narratio rei geſtæ.Tropologicus ſenſus eſt, cùm per hæc quæ facta ſunt aliqua facienda monſtrãtur.Allegoricus eſt cùm per id quod factum eſt aliquod futurum intelligitur. Sed anagogicus ſecundum Augu.eſt,per quem de ſupernis & æternis tractatur. Verbi gratia, hiſtoricè Hieruſalem eſt ciuitas terrena. Tropologicè eſt anima ſancta. Allegoricè militans eccleſia.Anagogicè æterna patria.Hæc enim.ſ.libera & ancilla ſunt,ideſt ſignificant duo teſtamenta.Abrahã enim qui interpretatur pater multarum gentium, ſignificat deum; qui de duobus teſtamentis quaſi de duabus uxoribus duos populos, ſcilicet Iudaicum & gentilem, quaſi duos filios generauit. *Vnum quidem in monte Syna*, ſup-

ple

ple dedit,ſ.uetus,ut patet Exod.19.& 20.*In ſeruitutem generãs*.ſ.populũ Iudaicum,qui timore pœnę deo ſeruierat, & promiſſione temporalium per occaſionẽ. Quæ,i.cuius teſtamenti ueteris figura eſt Agar, i. ſignificatur ꝑ Agar. Syna.n.mons,i.uetus teſtamentũ datũ in monte Syna,eſt in Arabia.ſ.minori,i.in humilitate & afflictione, qa humiliabat & affligebat hoĩes. Nã Arabia interpretatur humilitas & afflictio.*Qui mons*,i.teſtamẽtũ datũ,*cõiũctus eſt*, .i.per oĩa ſimilis eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalẽ.i. ſynagogæ uel Iudaico populo.Nam ſicut uetus teſtamentum pœnas minabatur & temporalia promittebat;ita populus Iudaicus timore pœnę & amore tẽporalium ſeruiebat.*Et ſeruit cũm filiis ſuis*,i.proſelitis qui timore pœnæ ſeruiunt legi,Ex his patet ꝙ lex uetus nõ eſt ſeruanda.Tum quia in ſeruitute generat,tum quia timore pœnæ homines humiliat,tum quia à regno dei alienat,& ꝑꝑ temporalia ſeruire faciebat, tum quia carnalibus obſeruantiis affligebat. Tunc ſubdit: *Illa autem Hieruſalem*, i.eccleſia de gentibus congregata,quæ ſurſum eſt , ſcilicet per affectionem uel ſpem cęleſtium.ad Philip.3. Conuerſatio noſtra in cęlis eſt.Nam eccleſia partim regnat cũ Chriſto, & partim adhuc peregrinatur in terris .ſ. corpore deorſum,mente ſurſum . Hæc libera eſt quia nõ ex timore ſed ex amore ſeruit,non ꝑꝑ temporalia,ſed ꝑꝑ cęleſtia bona.*Quę eſt mater noſtra*,ideſt omnium credentium. Et eccleſia ſignificatur per Saram.Nam Sara interpretatur carbo. In carbone autẽ eſt calor & ſplendor: & ſic in eccleſia feruor charitatis & ſplendor honeſtatis.Tropologicè Hieruſalẽ eſt anima. Primo quia ſurſum debet eſſe per affectionem & amorẽ, non deorſum ſed ſurſum eleuata in ſpiritualibus & cęleſtibus.Coloſ.3.Quæ ſurſum ſunt quærite,&c.Et hoc oſtẽdit natura hominis quia erectus eſt. Aug. Non diſcrepet cor tuũ à facie tua,ut facies tua ſurſum : cor autem deorſum.Sciendũ tria:alleuiant animam ſurſum.Primum pęnitentia:quia naturaliter leue aſcendit, & hoc facit pęnitentia.Euſeb.Vnuſquiſque fidelium confeſſione facta ſentit ſe naturaliter leuiatũ.Ratio,quia pctm̃ grauat. Pſ.37.

Iniquitates

Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput, &c.Secundũ eſt eleemoſyna.Ratio,quia ea quę ſunt puriora ſurſum ſituã tur,impura deorſum.Prouerbio.15.Cęlum ſurſum, terra deorſum. Sed eleemoſyna purificat.Luc.11.Date eleemo ſynam & omnia munda ſunt uobis. In ſeipſo mundat à culpa.Eccle.30.Miſerere animę tuæ placens deo. Iſidorus. Quid prodeſt aliũ paſcere, ſi tñ propria aĩa pereat fame?In proximo delet à pęna. Tertiũ eſt orationis inſtantia.Damaſc.Oratio eſt mentis in deum eleuatio, ſ. qñ eſt feruens. Pſ. 140. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Scđo Hieruſalẽ interpretatur pacifica: & ſic anima debet eſſe pacifica.Primo cum deo, ſed non ſic peccatores ſunt pacifici.Iſaiæ 48.Nõ eſt pax impiis dicit dominus. Quia ubi odium ibi nõ eſt pax. Eccleſiaſtici 12. Altiſſimus odio habet peccatores. Scđo in ſeipſo, & ſic non ſunt pacifici peccatores. Pſ. 37. Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum,ſ. in conſcientia. Prou. 25.Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur.Sed boni.Pſ.Pax multa diligentibus legẽ tuã.Tertio cũ proximo. Rom.12. Si fieri põt cũ omnibus hominibus pacem habentes:quia aliquando non põt pax fieri cum malis,ſed bellum propter deum. Matt. 10. Non ueni mittere pacẽ ſed gladiũ.Pacẽ. ſ.cum malis. Aug. ad Bonifacium;Bellum excitatur aduerſos malos ut pax acquiratur.Ideo dicit Apoſtolus: Quãtum ex uobis eſt, ad oſtendendum quòd debet eſſe in pręparatione animi, ut homo ſit paratus ex parte ſua habere pacẽ cum proximo ſi expedit.Vel dicit quantum ex uobis eſt, ad oſtendendũ quòd debeat eſſe ſpontanea & non coacta:ut quis coactus uel timore alicuius mali eminentis pacem ſeruet. Augu. in lib.de Ciuitate dei:Pax eſt hominum ordinata concordia.Tertio dicitur libera,& ſic anima.Primò à peccati infirmitate.ad Rom.6.Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ.Peccatũ eſt ſicut infirmitas grauiſſima quæ tollit ſenſum,guſtum & ſpiritũ. Vnde ẽt aliquando infirmitas facit aliquẽ fatuũ & ſic pctm:unde peccatores fatuis pueris comparantur.Greg.Quid inſanius quàm pro modica

delecta-

delectatione carnis ſe obligare æternis ſuppliciis? Prou. 1. Vſquequo paruuli digitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſũt noxia cupiãt? Quarto debet eſſe fructifera, qa mater noſtra eſt. Admodũ.n. matris debet cõcipere bonũ propoſitũ & parare opus bonũ. Anagogicè per Hieruſalẽ quę ſursũ eſt, intelligitur æterna patria. In hoc q̃ dicit ſursũ eſt cõmendat eã à ſitu, & uerè eſt ſursũ: qa in cœlo empyreo. In hoc q̃ uocat eã Hieruſalẽ cõmendat eã à pace. Interpretatur.n. Hieruſalẽ pacifica uel uiſio pacis. In hoc q̃ uocat eam liberam notat eius nobilitatẽ. In hoc q̃ dicit eam eſſe matrem noſtram oſtendit eius charitatẽ ad nos, eo q̃ multum debemus de ea ſperare & eã amare. Circa primũ nota circa hoc quod aliqua ciuitas in alto eſt ſita, ſolent tria bona ſequi. Primũ eſt munditia quam conſtat eſſe in ea. Vnde Apoc. 21. Nihil coinquinatũ intrabit in eã. Zach. 9. Replebuntur electi quaſi phialæ in domo dñi. Scđm eſt ſanitas quam conſtat eſſe in ciuitate illa: nullus .n. ibi infirmatur uel moritur. Apoc. 21. cap. Mors.n. ultra non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. Tertium eſt ſecuritas: nõ.n. patet acceſſus hoſtium q̃ñ ciuitas eſt ſita in loco alto. Securiſſima eſt ciuitas iſta. Nam in mundo iſto non eſt ſecuritas. Boni.n. timent ne bonitatem ſuã perdant. Iob. 10. Verebar omnia opera mea ſciens quòd non parceres delinquenti. Mali trepidãt ubi non ẽ timor. Aug. Timent illud quod non oportet, amãt quod non decet, uane dolens & uanius gaudent. Ideo ad Coloſſ. 3. cap. Quæ ſurſum ſunt querite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Circa ſecundum: Aeterna patria dicitur Hieruſalẽ, i. uiſio pacis. Iuxta illud Iſaiæ 32. Sedebit enim populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. In mundo iſto non eſt perfecta pax de malis. Hoc patet Iſaiæ 48. Non eſt pax impiis dicit dominus. In bonis uidetur eſſe pax. Pſ. Pax multa diligentibus legem tuam. Sed ſecundum ueritatem non eſt illis perfecta pax. Quomodo enim aliquis habet pacem in domo ſua qui malam habet uxorem, & quinque filios

querulosos

querulosos qui nunquàm ſatiantur? Mala uxor caro eſt, quæ litem & bellum habet cum ſpiritu. Vnde Ro. 7. cap. Video aliam legē in membris meis repugnantem legi mē tis meæ. Et ad Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Quinque filii querulosi ſunt quinque ſenſus. Eccl. 1. Non ſatiatur oculus uiſu, nec auris auditu impletur. Sic ergo in nobis pacem nō habemus. Ad proximos etiam non habemus pacē perfectā, cùm multa in eis uidemus un de perturbamur. Cum deo etiam non habemus perfectè pacē: quia eum frequēter offendimus: & quia multa fiunt ab eo quæ nobis non placent. Sed in ſuperna Hieruſalē erit pax hæc triplex perfectè: quia uoluntati dei in nullo diſcordabimus, & nihil diſplicebit nobis in illa sācta ſocietate. Et corporibus noſtris damnabitur perfectè. Pſal. trigeſimo ſexto. Et delectabuntur in multitudine pacis. Circa tertiū nota eius nobilitatē cùm dicit, *libera eſt*. Nota in ſuperna Hieruſalem multiplex eſt libertas. Prima à ſeruitute tyrannica. Chriſtus.n. qui uerè deus eſt, ibi ſe habet ſponſus & amicus. Io. 15. Iam non dicam uos ſeruos ſed amicos. Secunda libertas erit à ſeruitute peccati, quia ibi erit annus iubileus perpetuus quantum ad electos. In anno.n. iubileo omnia liberè dimittebantur: ut habetur Leui. 25. Tertia libertas erit à carcere corporis, q carcer adeò ſordidus eſt, ut per feneſtras lutū exeat. De quo carcere Romanorū ſeptimo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Pſal. Educ de carcere animam meā. Quarta libertas erit à miſeria huius exilij. Apoc. 21. Abſterget deus oēm lāchrymā ab oculis ſanctorum. Circa quartum in hoc q dicit. Mater noſtra eſt oſtendit nobis q ciues huius ciuitatis Hieruſalē nos ideo amāt ut à nobis amari debeāt. Mater enim amat & amatur: amat.n. filios ſuos, quia carè cōparauit eas. Filii ēt amant matrem ea de cauſa: quia multa paſſa eſt pro eis. Thob. 4. Honorem habebis matri tuę oībus diebus uitæ eius. Memor enim eſſe debes quæ & quanta paſſa eſt pro te in utero ſuo. Sic ſancti qui ſunt in ſuperna Hieruſalem multa paſſi ſunt pro peccatoribus. Nō tantum dolorem paſſa eſt mater tua pro te

quantum

quantum Chriſtus in cruce. Multùm enim paſſus eſt Paulus, & Petrus, & alii ſancti pro peccatoribus. Zelus enim quem habebant circa circuncifionem peccatorũ eos occidit. Ideo multum ſunt diligendi ab his qui ſunt in eccleſia militante. Et feſta eorum debent in magna reuerentia laudari. Et magnam fiduciã habere debent ad eos ſicut filia in matre. Quia apoſtoli & ſancti martyres, atque prædicatores qui nos præceſſerunt, ipſi ꝑgenuerunt nos in fide Chriſti ſua doctrina, & ſuis ſcriptis atq; exemplis. De qua generatione dicit Apoſtolus ipſis Corint. 1. ad Corinth. 4. Per euangelium uos genui. Ideo ſubdit; *Lætare ſterilis quæ non paris*, ideſt peccator qui nõ parebis filios bonorũ operum, quaſi diceret: Quia nunc eſt tẽpus gr̃æ & pęnitentiæ. Erũpe & clama, ſ. in gaudium & præ nimia iucunditate. Pro quo ſciendum, hęc Dominica uocatur Dominica lętitiæ. Ideo totum officium miſſæ incitat ad lætitiam: quod patet primo per introitum: Lætare Hieruſalẽ, &c. Iſaiæ ultimo: Sicut .n. pater ducẽs filios per deſertum ueniens in montis dicit: Lætamini quia ſumus in medio. Et ſic deus pater hodie in toto officio. Reuera lætandum Iſido. de ſummo bono: Qui futuræ uitæ præmia diligenter cogitat, oĩa mala æquanimiter tolerat. Nota multa genera hominum lætantur. Primo captiui in carcere de liberatione. Et ſic nos. Iſaiæ 55. In lætitia egrediemini & cũ pace deducemini. ſ. de captiuitate Babylonica. Et hoc figuratur in tribus dominicis præcedẽtibus, ubi agitur de uexationi diabolica; Et ſic nũc ſumus liberati. Nã uitulus ligatus ſalit cum ſoluitur. Pſa. 106. Eduxit eos de tenebris & umbra mortis: & uincula eorũ dirupit. Secundo lætantur errantes de cognitione uiæ, & cæci de illuminatione, & ſic nos. Sapient. 5. Errauimus à uia ueritatis, &c. 1. Pet. 2. Eratis ſicut oues errantes, ſed cõuerſi nunc eſtis ad paſtorẽ & epiſcopum animarum ueſtrarũ. Et cęci illuminati ſunt. Pſa. 96. Lux orta eſt iuſto & rectis corde lætitia. Tertio pauperes lætãtur de inuẽtione pecuniæ & burſæ, & ſic de aliis. Et ſic nos inuenimus theſaurũ ſcientiæ & ſapientiæ. Pſ. Videãt pauperes & lætẽt: quęrite dñm & uiuet aĩa ueſtra. Verè pctõres ſũt

pauperes.

pauperes.Eccleſi.9.Qui in uno peccat multa bona perdet. Matt.12.Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro,ideſt filio dei in carne abſcondito,&c.Quarto quã do ſterilitas ceſſauit, & ſic nos ĩ epiſtola ad Gala.4.*Letare filia quæ non parit*.Luc.1.Amici gaudebant cum Elizabeth quia ſuſtulit opprobrium in Iſrael.Quinto, quando peſti lẽtia ceſſauit.Hiere.9.Mors intrauit per feneſtras noſtras, ſcilicet ſenſum.Lucæ 15.Epulari & gaudere oportet, quia frater tuus hic mortuus erat,&c.Ideo hodie mors expellitur.Sexto,quando ſeruus à malo ſeruitio ad bonum uenit lętatur,& ſic nos Ioan. 8. Qui facit peccatũ ſeruus eſt pec cati.2.Pet.2.A quo quis ſuperatur huius & ſeruus eſt.Sed tunc habemus bonum ſeruitium.Pſal.Iubilate deo omnis terra:ſeruite domino in lætitia. Figuratur Matt.ſecundo. Reges gauiſi ſunt de inuentione ſtellæ perditæ.

De Eodem, De Euangelio. *Hic eſt vere propheta. Ioan.9.* Enarratio. VI.

ISti homines quinque panum miraculo illuminati,ueri tatẽ cognoſcunt & dicunt: Hic eſt uerè propheta. Attẽ de ꝙ dicunt uerè. Et iuxta hoc attendendum eſt quòd ſa cra ſcriptura ſub atteſtatione ueritatis nobis inſinuat humanam fragilitatẽ,angelicam charitatem, diuinam autoritatem,diabolicã importunitatem. De primo Eſa.40.Verè fœnum eſt populus, exiccatum eſt fęnum & cecidit flos .i.pulchritudo carnis uel gloria mundana.O quàm miſera bile eſt,hodie homo per tranſitoriã uitam uireſcit, cras ꝑ mortem uel adhuc hodie ſicut fœnum areſcit.Mat.6.Si fœ num agri quod hodie eſt, cras in clibanũ mittitur deus ſic ueſtit,&c.Vbi ergo eſt flos impiorum temporalis;quando quaſi fœnum aridum mittẽtur in clibanum ignis.Aug.Florent in ſeculo,areſcũt in iudicio, & poſt ariditatẽ in ignẽ mittentur. O domine deus ſi fęnum eſt homo: ergo cibus eſt iumentorum.Certè ſic.Peccator enim cibus dęmonum ſpiritualiter eſt. Iob. 40. Ecce Behemoth quem fecit tecum fœnum quaſi bos comedet. Behemoth eſt diabolus:

quia interpretatur animal aut beſtia.Pſ. 73. Ne tradas beſtiis animas confitentium tibi.De ſecundo Actu.12.Nunc ſcio verè quia miſit dñs angelum ſuũ & eripuit me de manu Herodis. Herodes eſt diabolus de cuius manu frequenter nos eripit angelus.Pſ.33. Immittet angelus dñi in circuitu timentium eum & eripiet eos.Verè aũt eripit nos in morte dum per angelũ de carcere huius mundi educimur. Luc.16. Factum eſt aũt ut moreretur mendicus & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.Tunc per angelum primã & ſecundam cuſtodiam dæmonũ euadimus. Primam quã habent contra venientes. Secundã quam habent cõtra decedentes.Pſ.141.Educ de cuſtodia aĩam meam,&c.His trãſitis porta ferrea.i.aditus cœli vltro aperitur. Ferrea dicit propter firmitatem. Pſ.147. Qm̃ confortauit ſeras portarum tuarum.Aug.Hieruſalẽ ſecura eſto,ſecurè lauda,ſine fine lauda, fortiter clauſæ ſunt portæ tuæ,nõ exit amicus, non intrat inimicus.De tertio dicitur.*Hic eſt vere propheta.* Mirabantur de poteſtate quã faciebat in quinque panis, & non mirantur homines,de poteſtate quam adhuc hodie dominus oſtendit in omnibus panibus mũdi quos de paucis granis multiplicat.Poſsũt ẽt quinque panes hordeacei quinque partes pœnitẽtiæ ſignare quę ſunt contritio, confeſſio,ieiuniũ,oratio, eleemoſyna, quibus aĩæ noſtræ optimè confortantur.Figuratur.3.Reg. 19.vbi dicitur:Angelus oſtendit Heliæ ſubcinericiũ panẽ & vas aquę, de quo comedẽs & bibẽs ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſq; ad montem dei Oreb.Panis ſubcinericius pœnitentiã ſignificat. Pœnitentes.n.in cinere pœnitere ſolent.Luc.2. Olim in cinere & cilicio ſedentes pęniterent. Et quia pęnitẽtia cũ lachrymis fieri debet, ideo vas aquę ad caput oſtẽditur. Hie.19. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lachrymarum & plorabo die ac nocte. Quadraginta ſunt quater decem, quadraginta ergo dies ſignificãt totũ tẽpus quo ſecundũ legẽ quatuor euangeliſtarũ & decẽ mãdatorũ benè viuendo ambulare debemus uſq; ad montẽ cęleſtis patrię. Oreb.n.mẽſa interpretat̃.Luc.22.Ego diſpono vobis ſicut

diſpoſuit

diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſu per menſam,&c. De quarto Eſa.37. Verè.n.domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras: & deos earum dederunt igni.Reges iniquorum ſunt dęmones.Iob 41.Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ. Terra ſignat eccleſias Chriſti quæ ſunt plures particulares: licet una ſit vniuerſalis. Sed qui ſunt dij:deus bonus eſt,potens eſt,ſapiens eſt.Boni ergo & potentes & ſapientes per deos figurantur.Pſ.81. Ego dixi dii eſtis,&c.Exod.7.Ecce conſtitui te deum Pharaonis.Diabolus quoq; ait Gen.3.Eritis ſicut dii,&c.Ber. O maligne,o maliuole, ad quid eis ſimilitudo huius vitæ & ſcientiæ proſunt.Certè ſunt ſicut dii recti, iuſti & veraces. Tales deos ſæpe dæmones igne iniquitatis ſuccendũt. Legitur quod Chaldæi ignẽ pro deo colentes per hoc deũ ſuum potentiſſimum probauerũt, quòd omnes alios deos conſumeret. Deinde alia gens idolum ſuũ aqua impleuit & foramina parua in ipſo faciens cera obſtruxit:& ſic aqua erumpẽs ignem extinxit. Sic nos aqua gratiæ & contritiones impleti extinguere debemus ignẽ uitiorum per foramina lachrymantium oculorum. Greg.Extinguamus fleti bus peccata: & dignis pęnitentiæ fructibus ut per culpas tempora indulta non pereant.

Feria II. *Nolite facere domum patris mei,domum negotiationis.Ioann.1.Matth.21:Marc.11.& Luc.19.*

Enarratio. I.

PEregrini & mendici ſolent petere eleemoſynam in honore illorum ſanctorum quorum liminia frequentãt, & in quibus nominibus ſperant exaudiri.Spiritualiter.Et ſic nos mẽdici.Pſ.85. Quoniam inops & pauper ſum ego. Et Pſ.38.Peregrinus ſum apud te ſicut omnes patres mei. Ergo quicqd debemus habere, debemus petere à deo.1.ad Corint.4. Quid habes quod non accepiſti à deo, quaſi diceret nihil.Ergo debemus petere in nomine illius in quo ſperamus exaudiri,ſ.in nomine Ieſu: Ioã.16.Quicquid petieritis in nomine meo fiet vobis. Act.4.Non eſt nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos

 fieri,

fieri,&c. Quod conſiderauit Dauid,dicẽs: Propter nomẽ tuum dñe propitiaberis peccato meo,multũ eſt. n.Pſ.24. Et ſic petit eccleſia hodie: Deus in nomine tuo ſaluũ me fac:& in virtute tua iudica me.Exaudi deus orationẽ meã Pſ.53.Nota hunc Pſa.fecit Dauid cùm fugit à facie Saul. 1.Re.23.Et in deſertum Ziph. Tunc Ziphæi venerunt ad Saul,dicentes:Dauid ecce latitat apud nos in colle Achi le.ecce nunc ueni,& ſicut deſiderauit anima tua vt deſcen deres deſcẽde:noſtrum aũt erit, ut tradamus eũ in manus tuas.Dixitq; Saul:Benedicti uos à dño,quia doluiſtis uicẽ meam.Abite ergo oro,& diligẽtius præparate & curioſius agite,& conſiderate locum vbi ſit pes eius uelociter; uel quis uiderit eũ ibi ubi dixiſtis, & reuertimini ad me ut uadã ad rem certam uobiſcum, ꝙ ẽt ſi in terram ſe obſtruxerit,perſcrutabor eum in cũctis millibus Iuda. At illi ſurgentes abierunt in Ziphante Saul,& Saul poſt eos:& nuntiatũ eſt Dauid,& fugit in deſertum Maõ,& fecit Pſa. illum in fuga.Item peregrini etiam ſolent accedere talia loca vbi inueniunt perſonas eis eleemoſynas præſtantes. Et ſic nos debemus petere in loco,ſ.ubi deus ſit,ſ.in templo.Pſ.10.Dñs in tẽplo ſancto ſuo.& ſic inuenit eum mater eius.Luc.2.Ibi debemus eum petere. Et ſic Salomon. Pro.30.Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm uictui meo neceſſaria. Et ſic facit eccleſia in collecta;Præſta quæſumus omnipotens deus,ut obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes & corpore tibi placeamus & mẽte.Licet deus ubiq; ſit, tñ ſpecialiter promiſit nos exaudire in templo;& ſic Salomon petiit ſapientiam & exauditus eſt,ut patet in epiſtola.3.Reg.3.ita ꝙ audiuit oĩs Iſrael iudicium iuſtũ quod iudicaſſet, & timuerũt regem uidentes ſapientiã dei eſſe in eo.Et hoc acquiſiuit ex eo ꝙ decorauit domum dñi. Et ſic nos debemus honorare domũ dei,ut eo citius exaudiamur. Pſ.92.Domũ tuã dñe decet ſanctitudo,&c.Et hoc docet dñs in euangelio: Nolite facere domũ patris mei, &c. In ſumma euangelii tria innuuntur Primo paternæ habitationis mũditia affectata,qđ uẽdẽtiũ probat eiectio,ibi:*prope erat Paſcha,&c.*

Secundo

Secundo tangitur internæ aduertentiæ expreſſio. ibi: *Reſponderunt ergo,&c.* Tertio tangit ſupernę conuerſationis euidentia demõſtrata, ibi: *Cùm autem eſſet Hieroſolymis.* De primo dr̃: *Et prope erat paſcha Iudæorũ, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Vbi ſciendũ q̃ euangeliſta uolẽs oſtẽdere q̃ſo Saluator domũ ſui patris mundauit, præmittit q̃uo mundandi cauſa Hieroſolymã aſcendit, ut uiſum eſt, q̃a Xp̃s uſq; ad paſſionem ſuã legem noluit obſeruare. Mat. 5. Nõ ueni ſoluere legem ſed adimplere. In lege aũt Exo. 23. hr̃, q̃ in tribus ſolennitatibus in anno Iudæi uidebantur conuenire in Hieruſalem, ſ. in paſcha, pentecoſte, & in feſto tabernaculorum. De vltimis duabus diſpenſabat cum illis q̃ à remotis erant, ſed de prima nequaquã. Hãc legem obſeruans uenit in Hieruſalem Xp̃s. Ad exemplũ ergo eius debemus ſolicitè diuina p̃cepta obſeruare. Sc̃d̃m Alchuſnum uidetur quod homines nõ aſcendunt ad feſtiuitates dei, nec celebrãt paſcha ſiue feſta, cùm tñ dei filius deum patrem in his honorauit, hæc ille. Sed ſcd̃m euangeliſtam non ſimpliciter dixit. *Prope erat paſcha*, ſed addidit: *Iudæorum*, & hoc duplici de cauſa. Prima quando aliqui feſtum aliquod ſanctè & purè celebrant, dicuntur dño celebrare: aliàs uerò non domino, ſed ſibi. Eſa. 1. Kalendas ueſtras & ſolẽnitates odiuit anima mea. Iudæi ergo, q̃a non fructũ animarum quærebant, ſed ſuum lucrum tantũ: ideo dixit: *Paſcha Iudęorum.* Vel hoc dixit ad differẽtiã noſtri paſchatis: quia Iudæorum fuit figurale noſtrũ uerò uerum. 1. ad Cori. 5. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Xp̃s. *Et inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & numularios ſedẽtes.* In quo notatur uitiũ ſacerdotũ domum dei polluẽtium. Primo ſciendũ q̃ q̃a animalia p̃dicta nõ poterant de longinquo adduci: iõ ſacerdotes cupiditate ducti ſtatuerunt ea in tẽplo, ubi erat altare thymiamatis, & candelabrum ubi homines orabant & doctores docebãt: ſed nõ in atrio ſacerdotũ ubi erat altare holocauſtorũ. Et hoc fecerũt ut de lõginquo uenientes nõ haberent excuſationem de oblationibus omittendis, ſed pp̃ eos q̃ nõ habebãt pecunias poſuerũt ibi cãpſores q̃ ſub cautiones tradebãt pecunias,

capientes aliqua munuſcula parua, nō pecunias ne uiderē tur facere cōtra legem. Deu. 23. Nō fęneraberis fratri ſuo ad uſurā pecuniā, qđ tñ prohibuit dñs. Ezec. 22. Vſuram & omnem ſuperabundantiā nō accipietis. Vnde de iſto uitio auaritiæ ſacerdotū dixit propheta. Eſa. 56. cap. Paſtores eius neſcierunt intelligentiā: oēs in uiam ſuam declinauerunt unuſquiſque ad auaritiā ſuā a ſummo uſq; ad nouiſſimum. Myſticè, boues uendunt qui ſcripturā ſacrā pp honorem pręedicant. A bobus ſacra ſcriptura uenit. i. à ſanctis patribus qui portauerunt iugū dñi. Oues uēdūt qui opa pietatis pp uanitatē mundanā faciūt. Colūbas, qui dona ſpiritusſancti uēdūt & ſacramenta. Act. 8. Pecunia tua tecū ſit in perditionem. Numularij ſūnt qui dant beneficia pp retributionem temporalem. Heu quot ſunt uendentes & ementes in eccleſia, quod conqueritur Hier. 6. ca. A maiore uſque ad minorem oēs auaritiæ ſtudent. Amos. 9. Auaritia in capite oīum & nouiſſimum eorum in gladio interficiam. Glo. ſuper oēs ſenſus in capite, & ſic in omnibus ſenſibus eſt cupiditas rerum tēporalium: ut patet intuenti. Ideo nunc ſequitur duplex remedium contra uitium ſacerdotum. ſ. operis & oris, ut doceret eos qui curam habent eccleſiæ, ſubditos uerbo & facto debere corrigere. Primo remediū operis ponitur: *cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis oēs eiecit de tēplo. Oues quoq; et boues et numulariorum effudit æs & menſas ſubuertit.* Vbi ſciendū q nō ſolū animalia, ſed etiā homines eiecit. Sed dicere, quare non reſiſtebant ei? Dicendū q diuina uirtus in illo facto operabatur q̄ operabatur in effectu quando uolebat, ſicut patet Io. 18. ubi proſtraſſe dicitur eos qui eū capere uolebant, ſic & hic. Ex oculis enim eius quidā fulgur exibat q eos terrebat q ei reſiſtere non audebant. Sciendū myſticè ſecūdū Aug. Deus de peccatis noſtris ſumit materiā, unde nos puniat. Ipſa. n. protelatio peccatorū ſecundū q peccata peccatis addantur, quidā funiculi dicitur. Prou. 5. Funibus peccatorum ſuorum cōſtringit. Et Eſa. 2. Væ qui trahitis iniquitatē ī funiculis uanitatis. Sed diceres, quare fecit flagellum de reſticulis, cùm ſolo uerbo eos potuiſſet

fuiſſet eieciſſe. Reſpõdetur ſcđm Aug. ut doceret q; ab ipſis erat flagellãdus, ideo prior eos flagellauit. Scđo ad deſignandum multiplex flagellũ peccatorũ. Primũ eſt flagellum correctionis leuiter uerberãs quo flagellaṫ iuſtus, ſicut ueſtis flagellatur ut de ea puluis excutiaṫ. Pſ. 37. Ego in flagella paratus ſum. Nam dñs leuiter flagellat bonos, ſicut puer flagellatur ut efficiatur doctus. Eccl. 30. Qui diligit filium aſſiduat ei flagella. Heb. 12. Flagellat dñs omnẽ filium quem recipit. Scđo reperitur flagellum punitionis uulnerãs grauiter. Et formatur de reſtibus peccatorũ. Et ſic Pharao flagellatus eſt. Pſ. 31. Multa flagella peccatoris. Reuera hic & alibi peccator flagellatur. Et dicuntur multa multiplici de cauſa. Primo quia omnia cedunt eis in malum. Aug. in meditationibus: O miſera ſors flagitioſi hominis, ſiue bonũ, ſiue malum pariter omnia ſunt illi tormenta. Scđo quia ſingulis peccatis, & ſingulis mẽbris quibus hõ peccat correſpõdẽt pęnæ ſingulæ. Ber. in quodã ſermone qui incipit: Regio auſtralis, gehennalis anguſtiæ nõ habent meritũ, nõ recipiunt interſtitium, neſciũt remediũ ſingulis exceſſibus, ſingulis membris quæ fuerũt arma iniquitatis debetur pęna. Attende aũt q; ſi illa quæ uidebantur aliquo modo licita, & quaſi ad cultum de ordinata de tẽplo eiecit: quantò magis ſi inueniſſet illicita. Vnde Bæda: Quid ergo fratres mei quid putamus dñs faceret, ſi rixis deſidentes, ſi fabulis uacantes, ſi riſu diſſolutos uel alio quolibet ſcelere reperierit irretitos. Hęc ille. Vñ apoſt. tales reprehẽdẽs. 1. Cor. 11. dicit: Nunqd domos nõ habetis. ſ. ad agenda uel loquenda ſecularia, aut eccleſiã dei cõtemnitis. Et Hier. 11. Quid eſt, q; dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Eſa. 26. In terra ſãctorũ iniqua geſſit: & nõ uidebit gloriã dñi. Et qa tẽplũ dei ciuitas dṙ. Pſ. 86. Fundamenta eius in mõtibus ſanctis. Ideo metuenda eſt ſententia Apoſt. 1. Cor. 3. dicentis: Si quis tẽplum domini uiolauerit diſperdet illum deus. Et ſentẽtia iudicis, dicentis: Diſperdet de ciuitate dñi oẽs q̨ operantur iniquitatẽ. Remediũ oris ponitur cùm ſubditur: *Et his qui columbas uendebant, dixit; Auferte iſta hinc, & nolite*

facere domum patris mei domum negotiationis. Zach.14.Non erit ultra mercator in domo dñi.Et dicit in textu: *domum patris*,& nõ mei, ad denotandum honorem patris. Ioã.8. Ego honorifico patrem meum, &c. Aug.ĩ oratorio nemo aliud agat niſi id ad quod factum eſt. Principaliter tñ negotiationes nõ debent fieri in domo dei:ut hr̃. 6.decretalium de immu.eccleſ.& religioſorũ locorũ.cap. Decet domum dñi,ubi dr̃.Ceſſent in eccleſiis earumq; cymiteriis negotiationes.pcipue nundinarũ ac fori cuiuſcũq; tumultus,&c.Nota negotiatio phibet̃.Primo quantum ad ſtatũ & ſic clericis prohibet̃ ſaltẽ quantum ad lucrum & ad cupiditatem.Primo ppter frequentia uitia inde prouenientia.Pro.20.Malum eſt,malum eſt dicit oĩs emptor,& cùm receſſerit tunc gloriabit̃.Secundo retrahit à curis ſpiritualibus. 2.Tim.2.Nemo militãs deo implicat ſe negotiis ſecularibus,&c.Scd̃m quo ad locũ ut in templo, & hoc pp fraudulentiam.Vnde Leo Papa, Difficile eſt ĩter uendentis & ementis cõmercium nõ interuenire pct̃m.Apo. 13. Et ne qs poſſet emere niſi qui habeat characterem aut nomen beſtiæ.i.fallaciam uerborum uel rerum. Vbi ſciendũ quod ſolo uerbo iſtos amouit. quia ſimoniaci primo fugandi ſunt de eccleſia per excõicationem, & quia quandiu uiuunt poſſunt ſe conuertere,nõ ſunt deſpiciendi. Si uerò nõ conuertant̃,tunc non ſunt fugandi,ſed & ligandi cum illis.Mat.21.Ligatis manibus & pedibus, &c. Attẽde autem Mat.21.dicit: Nolite facere domum meam ſpeluncam latronum.Hic uero dicit:*domũ negotiationis*. In hoc facit ſicut bonus medicus,q primo à leuioribus incipiẽs poſtea dura pponit.Vnde Xp̃s qui hoc factum egit ſcd̃m Bedam quod hic enarratur de expulſione,iõ primo eos non latrones uocat,ſed negotiatores. Sed quia ex eorum duritia à tali negotiatione nõ ceſſabãt,iõ dñs alia uice uocat eos latrones.Sciendum q licet Iudęi Xp̃m perſequebant̃ ex eo,quia dicebat deum patrem ſuum, ut hr̃.Io.5.tñ in hoc loco de hoc nõ ſunt turbati q deum dicebat patrem ſuum.quia ibi intellexerunt q diceret ſe filium dei naturalem hic uerò q ſolum ſe diceret ſe filium adoptiõis.

Recordati

Recordati uerò ſunt diſcipuli eius qa ſcriptum eſt: *Zelus domus tuę comedit me*. Zelus dicit quandã intentionem amoris, qua intenſe deũ diligẽs nihil ſuſtinet quod amori ſuo repugnet. Et inde eſt ꝙ viri intensè diligentes vxores ſuas, q nec eis ſuſtinent aliorum cõſortium vt pote amori contrarium, zelotypi dñi. Illi igiť zeli dei habent q nihil patienter cõtra honorẽ dei quem maxime diligit, ſuſtinẽt. 3. Reg. 19. zelo zelatus ſum dño exercituũ. Sic & nos ꝑ decore domus dei zelus comedit, dũ ſi qd cõtrariũ fieri videmus, ſtudemus ẽt quantũcunq; chari noſtri ſunt qui hęc faciunt remouere, non timẽtes ꝑꝑ hoc aliqua mala ꝑpeti. Vnde glo. Bonus zelus eſt feruor animi quo mẽs abiecto timore pro defenſione veritatis accẽdiť. Ab eo comediť qui quęlibet praua quę viderit corrigere ſatagit: ſi nequit, tolerat & gemit. Vnde Ber. ſuꝑ Cãt. ſer. 12. Etenim ſi amares dñm Ieſum toto corpore, tota anima tua & tota virtute, nunquid ſi uideres ei iniurias contẽptumq́; inferri, nullatenus æquo aĩo poſſes ſuſtinere? Sed mox recepto ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris & tanquã potens crapulatus à vino repletus zelo Phinees, diceres cũ Dauid: Tabeſcere me fecit zelus meus, qa obliti ſunt uerba tua inimici mei. Et cũ domino: zelus domus tuæ comedit me. Hæc ille. Vnde Aug. in ꝑſona Xp̃i dicit: Qm̃ zelus domus tuę comedit me. i. quia perſecutus ſũ in illis iniquitatibus ipſorũ, non patiẽter tuli quos ſic corripui: quia q̃ſiui gloriã tuã in domo tua: quia flagellaui in tẽplo malè uerſantes. Vbi zelus domus tuæ comedit me, dixerũt n. Hic alienus, hic hoſpes, hũc neſcimus vnde ſit: quod nõ dicerẽt ſi agnoſcerẽt vnde ſim, & ſi agnoſcerẽt ea q̃ mãdaſti. Si. n. inueniſſẽt illos ſeruãtes mãdata tua, zelus domus tuę comederet me. Hęc illę. Dixi ſed o tangiť internę aduertẽtię exp̃ſſio, quod interrogantiũ ꝓbat p̃ſumptio: cum ſubdit: *Responderunt ergo Iudęi & dixerunt ei: Quod ſignũ oſtendit nobis, quia hæc facis* qa Iudęi uidentes Xp̃m eos cũ poteſtate eiicere, mirabanť, unde ſi hæc poteſtas data eſſet. Iõ poteſtatis ſuę & autoritatis ſignũ quęrunt, dicentes: *Quod ſignum oſtendis nobis*. quaſi dicerẽt: Nõ videť hoc eſſe tui officii: nec credimus

mus hoc tibi licere ꝙ tāta poteſtate & autoritate nos ex pellis, Iudæis nanq; familiare fuit ſigna quærere, iuxta il lud 1.ad Cor. 1. Iudæi ſigna q̃rūt. Et Pſ. 73. Signa noſtra non uidimus, &c. quia per ea uocati fuerunt ad fidē & ad legem. Deut. ult. Non ſurrexit ultra propheta in Iſrael ut Moyſes, &c. Et nō quærebant ſigna à Xp̃o ut crederēt: ſed quaſi deſperantes ꝙ ſignum facere non poſſet, & ſic eū re primerent & impedirent. Quia ergo prauè quærebāt nō dat eis ſignū apertum: ſed occultū ſicut ſequitur. *Reſpondit Ieſus & dixit eis, Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud*, ubi dn̄s prænuntiat primo mortē ſuā, dicens: Soluite & non ſoluet, ne intelligas mortē eius naturalē. nec dicit ſolue, ne intelligas ſeipſum occidiſſe: ſed ſoluite quod nō eſt imperantis, ſed prænuntiantis, i. ſoluetis uel permittetis, ut ſit ſenſus: Soluite, id facite de corpore meo quid uultis, illud uobis expono. Dicit ēt notanter ſoluite, q̃a in morte Xp̄i anima à corpore ſoluta eſt, aliter tamē illa ſolutio facta eſt, quam illorum qui per incinerationē & putrefactionem ſoluuntur quam Chriſtus non ſenſit. Pſ. 5. Nō dabis ſanctū tuum uidere corruptionē. Fuit tn̄ aīa eius à corpore ſeparata. Scd̄ò p̄nuntiat ſuā reſurrectionē, dicens. *Et in tribus diebus excitabo illud.* Non dicit excitabit uel excitabit illud pater, ſed ego excitabo: q̃a propria uirtute à mortuis ſurrexit. Nec tn̄ negat q̃n pater eū ſuſcitauit. ad Galla. 1. Qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis. Et in Pſ. 40. Tu aūt dn̄e miſerere mei & reſuſcita me. Nec eſt ī hoc cōtrarietas: q̃a eſt eadē uirtus utriuſque. Sciēdū aūt eſt, ꝙ ideo dicit de ſua reſurrectione, q̃a in ea maximè apparet uirtus & potētia diuinitatis: quia puri hominis nō eſt re ſuſcitare: ſed ſolius Xp̄i qui eſt inter mortuos liber. *Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis eſt ædificatum.* i. reædificatū hoc templum, & in tribus diebus excitabis illud? Hoc dixerunt Iudæi, q̃a putauerunt Xp̄m de corporali tēplo hoc dixiſſe, quod in tot annis fuit ædificatū ſub Zorobabel poſtq̃uā reuerſi fuerunt Iudæi de captiuitatem. Vel tēplū q̃d Salomō ædificauit, & ī ſeptimo anno cōpleuit, fuit ædificatū 46. annis, ut dicit Origen. ut numeretur tēpus

pus ab eo die quó Dauid mentioné fecit de ædificatione tépli conſulens ſuper hoc Nathã prophetã.2.Reg.7. uſq; ad conſummationem perfectam per Salomon. Nã ex illo die Dauid cœpit præparare materiã & neceſſaria ad ædificationé tépli.Et ſic hoc dictũ cõſideretur qđ extédit ſe ad numerũ.46.annorũ:*Illæ autem dicebat de téplo corporis ſui.* Corpus enim Chriſti téplum eſt.Cuius ratio eſt: quia illud téplũ dei dr̃ in quo deus:habitat.Pſ.10. Dñs in téplo ſancto ſuo.Ideo anima ſancta dicitur téplũ. 1. ad Cor. 3. Templũ.ñ.dei ſanctum eſt quod eſtis uos. Quia igitur in corpore Chriſti diuinitas inhabitat, ideo téplũ uocatur corpus in quo habitat plenitudo diuinitatis nõ ſolum ſecũdum animam,ſed etiã ſcd̃m corpus.Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis,recordati ſunt diſcipuli eius,quia hoc dicebat de corpore ſuo & crediderunt ſcripturæ & ſermoní quem dixit Ieſus ante reſurrectioné ſuã & paſſioné. Hoc uerò non intellexerunt propter duo.Primo quia per hoc oſtendebatur in Chriſto diuinitas.Aliter.n. corpus eius nõ fuiſſet dictum téplũ, & hoc tunc temporis intelligere humanã capacitaté excedebat.Scđo, quia in hoc facit métioné de paſſione & reſurrectione:quæ nullus diſcipulorum adhuc audierat.Ideo Petrus alia uice audiés de eius paſſione ſcãdalizatus eſt,ut dr̃ Matt.16. Sed poſt reſurrectionem qñ aperuit eis ſenſũ ut intelligerent ſcripturas & tũc plenè cognouerunt eũ eſſe deum & hoíem,& tũc recordati ſunt,quia dicebat de templo corporis ſui. Et ſic crediderunt ſcripturæ prophetarum.Oſeæ 6.Viuificabit nos poſt duos dies,in die tertia ſuſcitabit nos. Dixi tertio tãgitur ſupernæ cõuerſationis euidentia demonſtrãta, qđ credentiũ probat oſtentio cùm ſubdit: Cùm aũt Hieroſolymis eſſet Ieſus in paſca in die feſto,multi crediderũt in noíe uidétes ſigna quę faciebat.Sed diceres, cuiuſmodi ſigna fuerũt hæc cũ hic de nullo legitur. Dicendũ ꝙ nulla ſigna fecit Ieſus tunc licet euãgeliſta nõ ſcripſerit iſta.Nã euãgeliſtæ multa ſciéter prætermiſerũt de miraculis Xpi: cũ tot fecerit ꝙ nõ poſſent ſcribi de facili. Vel dicendũ ꝙ inter oĩa alia miracula maximũ fuit, ꝙ unus hõ tantam

multitudinem

multitudinem hoīum ſolo flagello eiecit. Viſis his ſignis, uel hoc ſigno multi crediderunt in eū. Vbi ſciēdū alii credunt pp ſigna ut iſti. Et tales ſunt groſſiores q̃ qui pp ſolam doctrinā credunt ſicut diſcipuli Chriſti. Ideo dicitur 1. Cor. 14. Prophetiæ datæ ſūt fidelibus & nō infidelibus. *Ipſe autem Ieſus non credebat ſeipſum eis*, id eſt ſua ſecreta myſteria eis non reuelauit: ſicut nec apoſtolis. Io. 16. Multa habeo uobis dicere: ſed nō poteſtis portare modò. 1. Cor. 3. Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus: ſed quaſi carnalibus. Et iō euangeliſta ſignāter dicit: In noīe eius, in quo oſtendit imperfectè eos credere. Et ideo non dicit ꝙ crediderunt in eō; qa nondum credebant in eius diuinitatē ſed dicit ī noīe eius, quaſi diceret: Illud quod de eo nominetenus dicebatur, ſ. ꝙ ſit iuſtus & huiuſmodi. Et illi ſecundum Aug. gerunt typum cathecuminorum: qui licet credant, tamen corpus Xp̄i eis non datur. Quod ſicut nemo conficit niſi ſacerdos conſecratus: ita nemo recipere illud debet niſi fuerit baptizatus. Subdit: *Eo quòd ipſe noſſet omnes.* & quia opus ei nō erat ut quis teſtimoniū perhiberet de homine. ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. Vbi ſciendū ꝙ ratio quare ſe eis nō credebat eſt: qa ipſe perfectè cognouit eos. Iō dictū eſt: Eo qđ ipſe noſſet eos, & hoc per potentiā diuinitatis. Eccl. 23. Oculi dn̄i ſūt lucidiores ſuper ſolem circunſpicientes oēs uias hoīum & profundū abyſſi, & hoīum corda intuentes in abſconditas partes. Licet. n. homines cognoſcant, aliquis tñ nō certā cognitionē habere poteſt de eis: quia homo non uidet niſi ea quæ apparent: deus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. Ideo non opus eſt Chriſto teſtimonio aliorū: cùm certiſſimè cognoſcat per cordis intuitionē. Ideo dictū eſt: Et opus ei nō erat ut teſtimoniū quis perhiberet de homine, imò ipſemet eſt teſtis. Iob 16. Ecce in cœlo teſtis meus, & cōſcius meus in excelſis. Chriſtus ēt cognitionē nō ſolùm ad exteriora oſtendit, ideo addidit: eo ꝙ ipſe ſciret qd eſſet in homine, i. occulta cordis. Prou. 15. Infernus & perditio coram domino: quantò magis corda filiorum hominum? Scire enim ea quę ſunt in corde hominis eſt ſolius

dei,qui ſolus corda plaſmauit:nō.n. indigebat teſtibus ut propriorum plaſmatū mentes addiſcat.Plus ét artifex nō uerat quid eſſet in opere ſuo, q̃ ipſum opus quid eſſet in ſemetipſo. Nā Pet.nō nouerat quid in ipſo erat qñ dixit: Tecum ero uſq; ad mortem.Sed dñs nouerat quid eſſet in hoie,dicens: Prius q̃ gallus cātet ter me negabis. Quapro pter ſm Bædam monemur, ut nunquam de conſcientia noſtra ſecuri ſimus,ſed ſemper ſolliciti formidemus:quia quod nos latet ęternum arbitrium latere non ualet. Confiteamur ergo plura & maiora peccata habere q̃ noſ ſe putamus:ut maiorem q̃ credimus gloriā conſequamur. Nota dicit in textu:*Eiecit de templo oues & boues & numula riorum effudit æs*.Pro quo ſciendum multa genera hominū eiicientur de templo dei & de regno cęli. Primo eiicientur ſuperbi qui intelliguntur per boues qui cornibus po tentiæ alios feriunt.Pſ.100.Non habitabit in medio domus meę qui facit ſuperbiam.Dan.4. Hæc eſt interpretatio ſententiæ altiſſimi q̃ peruenit ſuper dominum meum regem.Eiicient te ab hominibus & cùm beſtiis erit habitatio tua,i.cùm dæmonibus.Pſ.73. Ne tradas beſtiis aniīmas confitentium tibi. Et ſic Lucifer eiectus eſt de cœlo. Ezec.28.Eieci te de mōte ſancto dei,& perdidi o Cherub. Eſa.14. Qūo cecidiſti de cœlo Lucifer q manè oriebaris? Et Luc. 10. Vidi Sathanā quaſi fulgur cadentem de cœlo. Secundo eiicient̄ auari qui intelligunt̄ per numularios. Hier.8. A minimo uſq; ad maximum oēs ſtudent auaritię. Et tales eiiciuntur.1. Cor. 6. Auari regnum dei poſſiderę non pñt.Iō ait Ieſus diſcipulis ſuis.Luc.14. Niſi quis renuntiauerit oībus quæ poſſidet, nō pōt eſſe meus diſcipulus.Et Mat.19.Quàm difficile qui pecuniā amat regnum dei poſſidet.Iō Luc.12.Cauete ab oī auaritia: quia nō in abundantia cuiuſq; uita eius eſt ex his q̃ poſſidet. Tertio luxurioſi qui intelliguntur per columbas,q̃ eſt auis libidinoſa.Quod figuratur.Nu.5. Oīs leproſus eiicietur de caſtris,& qui ſemine fluit pollutuſq; eſt ſuper mortuo. Et.1. ad Cor.6.Fornicatores, adulteri & auari regnum dei poſ ſidere nō pñt.Iō Mat.22.ī reſurrectione neq; nubēt, neq;

nubentur

nubētur,ſed erũt ſicut angeli dei in cœlo. Quarto hypocritæ qui per oues intelliguntur: qui exterius apparẽt in pellibus ouium. Mat. 7. intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Ibid. 23. Væ uobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, &c. Apoc. 21. Nihil coinquinatũ intrabit, &c. Et ibid. 22. Foras canes, uenefici, impudici, homicidæ & idolis ſeruientes. Omnes tales excõmunicati extra palatium regni dei eiiciuntur. O beatus qui ibi nõ eiicitur. Pſ. 63. Beati qui habitant in domo tua domine. Ratio. Tob. 13. per omnes uicos eius cantatur alleluia. Sed damnati erunt excommunicati. Nam ſicut excõmunicationis nõ participamus in locutione, in diuino officio, nec in ſalutatione, nec in comeſſione: ſic boni non participabunt malis in quatuor. Primo in locutione: quia facies eorum auerſæ erunt ab eis. Pſ. 43. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros. Et Lu. 16. Magnum chaos firmatum eſt inter nos & uos. Secundo non in diuino officio. Eſa. 65. Serui mei laudabunt me prę exultatione cordis: & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis. Tertio non in ſalutatione: quia ſalutẽ nõ aptabunt eis. Pſ. 57. Lætabitur iuſtus cùm uiderit uindictam. Quarto non in menſa. Eſa. 65. Serui mei comedent: nos autem eſurietis: & ſerui mei bibẽt, & uos ſitietis.

Feria III. *Aſcendit Ieſus in templum. Ioan. 7.*

Enarratio. I.

Conſuetudo eſt boni ſerui ſi offendit dominũ placat eum precibus. Spiritualiter nos offendimus deũ peccatis noſtris. Ideo debemus currere ad dominum placãdo eum precibus noſtris. Hoc agit eccleſia introitu: Exaudi deus orationem meã, & ne deſpexeris deprecationẽ meã intende in me & exaudi me. Similiter in collecta: Sacræ nobis quæſumus domine obſeruationis ieiunia piæ conuerſationis augmentum, & tuæ propiciationis continuũ præſtent auxilium. Sed ꝙ ſacerdos tenetur orare pro populo notum eſt, figuratur Exo. 32. Moyſes orauit ꝓ populo qui peccauit in adoratione uituli: ut patet in epiſtola.

Et Xp̃s uerus ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedech aſcẽ dit in templum materiale ad docẽdum,& in templũ æternale pro nobis interpellandum:ut patet in hodierno euãgelio cùm dr̃,*aſcendit Ieſus in templum*,&c.In ſumma euangelij tria innuuntur.Primo doctrinæ Xp̃i origo de ſupernis quod miſſio probat paternalis,ibi:*Iam die feſto &c.*Secundo tangitur turbę abiectio de interius, quod ſolutio ꝓbat Saluatoris.ibi:*Nonne Moyſes dedit vobis legẽ &c.* Tertio ponitur eſſentiæ Xp̃i origo de occultis,quod tranſmiſſio probat ſupernalis,ibi:*Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis.*De primo dicit:*Iam die feſto mediante Ieſus aſcendit in templum.*Vbi ſciendũ ꝙ Xp̃s uolens ſuæ doctrinæ originẽ oſtendere,primo ponit eiuſdem doctrinæ tempus & locũ & admirationem turbarum.Tempus quidem dum ait;*Iam die feſto mediante*, i. cum illius feſti tot dies remanſiſſent quod effluxerant. Vnde cum per ſeptem dies illud feſtum agebatur:dr̃ hoc fuiſſe quarto die. Ideo autem in medio feſti aſcendebat,quia in principio oẽs magis intenti ſunt his quæ feſti ſunt.Boni quidã ad cultum dei, alii uerò ad uanitates & lucra. Sed circa medium tempus Xp̃s aſcẽdebat,ut hi qui in principio feſti ea q̃ feſti erãt expediebãt, magis parati eſſent ad doctrinam audiendam. Locus autem doctrinę tangitur cùm dicitur in templum, q. eſt locus aptus ad ſanam doctrinam, & conueniens doctrinæ Chriſti ſanctiſſimæ.Eſa.2.Venite aſcendamus ad montẽ domini & ad domum dei Iacob. Item ut oſtenderet ſe docere ueritatem quæ calumniari non poteſt:ideo *aſcẽdit in templum.*Ioan.18.Ego in occulto locutus ſum nihil. Admirationem uerò turbarum ponit cùm dr̃: *Et mirabantur iudæi dicentes:Quomodo hic literas ſcit cùm non didicerit?*Sciebant.n.Ieſum eſſe filium pauperis mulieris, & ut putabãt filiũ fabri qui de labore ſuo uiuebat.Vnde ꝓbabile uidetꝙ Ieſus ẽt de labore ſuo uiuens nõ inſiſteret ſtudio literarũ,ſed potius operi manuali:ſcd̃m illud Pſ.87. Pauper ego ſum & in laboribus à iuuentute mea. Et ideo cùm audierũt eũ docere & diſputare mirabantur,dicentes: *Quõ hic literas ſcit.*q.d.Miramur quomodo ſcit legẽ, cùm nemo ſci-

re

re eam ualeat niſi qui legem legat. Nemo autem legem le gere ualet, niſi literas ſciat. *Hic aũt literas non didicit*:ideo mirandum eſt vnde nouerit legem. Hac tñ de cauſa mirabantur ſecundum glo. quia nemo intelligebat eum eſſe legis autorem & dominũ. Qui ſe credere uoluiſſent, nequaquam mirarentur ſi ille legem non noſſet qui legem dediſſet. Origo ſpiritualis doctrinæ ponitur cùm ſubiungitur. *Reſpondit eis Ieſus et dixit: Mea doctrina nõ eſt mea ſed eius qui miſit me*. q. d. Iſta doctrina quæ eſt mea approbatiuè & ſubiectiuè, nõ eſt mea, ſ. per exercitiũ acquiſitionis humanæ: ſed eius qui miſit me. i. data eſt mihi à patre, q̃a licet filius ſecundũ naturam diuinam habeat eandem ſcientiam cum patre, tñ habet eum ab ipſo patre. Secũdum uerò naturam humanam habet aliam ſcientiam. ſ. creatam: non tñ habet eam per exercitium acquiſitionis humanæ, ſed ab inſtanti conceptionis infuſam: ſic & ſoluta eſt q̃ſtio qua quærebãt. *Quomodo hic literas ſcit*. Vel aliter, ſi dixiſſet doctrinã quã ego doceo nõ eſt mea, nulla eſſet quæſtio. Sed quod dicit: *doctrina mea non eſt mea*, uidetur contradictionem implicare. Sed hoc ſoluitur ſic: q̃a hoc eſſe dicitur multipliciter. Ratio, quia ſua doctrina aliquo modo dicitur ſua, aliquo modo non ſua. Si. n. intelligitur de Xp̃o filio dei, ſic cũ doctrina uniuſcuiuſq; nihil aliud ſit q̃ uerbum eius: filius aũt dei cùm ſit uerbũ patris: ſequitur ergo q̃ doctrina patris ſit ipſe filius. Iſtud aũt uerbum eſt ſuum plus per identitatẽ ſcientiæ: eſt aũt non ſuum per originem. Vel quia non eſt uerbũ nullius, ſed alicuius. Vnde Aug. dicit hic q̃ breuiter uidetur dixiſſe. *Mea doctrina non eſt mea*. ac ſi diceret: Ego nõ ſum à meipſo. In quo hęreſis Sabelliana confunditur: qui dicere niſi ſunt ipſũ eſſe filiũ qui eſt & pater. Vel mea doctrina quã ego pronuntio uerbo creato non eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. i. non eſt mihi data à meipſo, ſed à patre meo: quia ẽt cognitionem filius per æternam generationem habet à patre. Mat. 11. Omnia tradita ſunt mihi à patre meo. Si verò intelligatur de Xp̃o filio hominis, tũc dicit: Mea doctrina quã ego habeo ſecundũ aĩam creatã, & profero ore corporis nõ eſt mea. i. non eſt mihi à meipſo, ſed

ſed à deo, quia omne verum à quocunq; dicatur à ſpiritu ſancto eſt. Sic ergo ſcd̃m Augu. de tri. ſcd̃m illud quod dixit doctrinam ſuam, & ſcd̃m aliud quod dixit eã non ſuã, dixit eam ſcd̃m formam dei ſuam, & ſecundum formã ſerui non ſuam. Ex quo patet exemplum ꝙ omnem modum cognitionis cum gratiarum actione recognoſcamus eſſe à deo. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepiſti. Si aũt accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis? Subdit: *Si quis voluerit uoluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina utrum ex deo ſit: an ego a meipſo loquar.* Vbi probat doctrinam ſuam eſſe à deo, primo ex iudicio rectæ ſententiæ. Vbi ſciendum iudicio illius ſtandũ eſt, an aliquis bene operetur in arte aliqua qui eſt expertus in arte illa: ſicut an aliquis bene loquatur Gallicè, eſt ſtandũ iudicio eius qui eſt peritus in lingua Gallica. Scd̃m hoc ergo dicit dñs illius iudicio ſtãdum eſſe an doctrina mea ſit ex deo, qui eſt expertus in rebus diuinis. Talis. n. rectè põt de his iudicare. 1. ad Cor. 2. Animalis hõ non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, &c. Spiritualis aũt iudicat oĩa, & ipſe à nemine iudicatur. Et quia uos alienati eſtis à deo: ideo non cognoſcitis de doctrina utrum ex deo ſit. Sed ſi quis uoluerit uoluntaté eius, i. de facere, iſte põt cognoſcere utrum doctrina hæc ſit à deo: an ego à meipſo loquar. Iſte qdé à ſeipſo loquitur q falſum dicit. Quia ſicut dr̃ Io. 8. Qui loquit̃ mẽdaciũ ex propriis loquitur. Ideo ſequitur. *Qui à ſeipſo loquitur gloriam propriam quærit: qui aũt quærit gloriam eius qui miſit illum hic uerax eſt, et iniuſtitia non eſt in illo.* Probat id ex ſua intẽtione, & ponit duplicẽ intentionẽ ꝑ quã intelligitur duplex origo doctrinę, dictũ eſt. n. aliquos loqui non à ſe. Loquit̃ aũt nõ à ſe quicũq; ſtudet loqui veritaté. Oĩs. n. cognitio veritatis ab aliquò eſt, per modũ quidẽ diſciplinæ à magiſtro: per modum verò reuelationis à deo: ſed per intentionẽ à rebus. ad Ro. 1. Inuiſibilia. n. dei à creatura mũda per ea q̃ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Quocunq; ergo iſtorũ modorũ cognitio aliqua habeatur nõ eſt hoĩum à ſe. A ſe aũt loquitur qui ea q̃ dicit nec ex rebus, nec ex reuelatiõe, nec ex doctrina humana accepit: ſed de corpore ſuo,

Hiere.23. Viſioné cordis ſui loquuntur nõ de ore dñi. Et Ezec.13. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequunt̃ ſpiritũ ſuũ & nihil uident. Sic ergo confingere aliqd ex ſe fit ꝑ humanam gloriam. Quia dicit Chry. Qui aliquã prophe ticã uult inſtruere doctrinã: propter nihil aliud hoc vult q̃ ut gloriã acquirat. Et hoc eſt quod dominus dicit doctrinam ſuã à deo: Qui à ſeipſo loquit̃ de certa cognitione veritatis quæ eſt ab alio. iſte quærit gloriã prophanã, propter quam & propter ſuperbiam hęreſes & falſæ opiniones introducuntur, & cõpetit Antichriſto. 2. Theſſa. 2. Qui aduerſatur & extollitur ſuper oẽ quod dr̃ deus. Qui aũt quærit gloriam eius qui miſit illum ſicut ego quæro. Io. 8. Ego gloriã meam nõ quæro, &c. hic uerax eſt q̃a doctrina mea continet ueritatem, & iniuſtitia in me nõ eſt: quia alterius gloriam non uſurpo. Et ut dicit Augu. Magnũ nobis præbuit humilitatis exẽplũ dũ habitu inuctus eſt ut hõ. Quærit gloriã patris ſui, non ſuam, quod & tu hõ facere deberes: quando aliquid boni facis gloriam tuã quæris: quando aliquid mali deo calumniam inferre meditaris. Patet aũt ꝙ gloriam ſuã nõ quærebat: quia ſi fuiſſet adulatus principibus ſacerdotũ, nõ fuiſſent ipſum perſecuti. Sic ergo Xp̃s & quicũq; gloriam dei quęrit, habet quandam intra ſe dei cognitionem. Mat. 22. Magiſter ſcimus quia uerax es. Et iõ dicit hic, *uerax eſt*. In affectu autẽ habuit rectam intentionẽ. Vnde dicit: Et iniuſtitia nõ eſt in illo. Iniuſtitia. n. eſt, ꝙ unus uſurpat ſibi honorem alienum. Gloria autem proprie ſolius dei eſt, qui ergo quęrit ſibi gloriã exhiberi iniuſtus eſt. Dixi ſcd̃o tangitur turbæ abiectio de interius, quod ſolutio probat ſaluatoris. *Nonne moyſes dedit nobis legem, & nemo ex vobis facit legem, qui me quęritis interficere*, quaſi diceret: Qui uult alium ſine cauſa: ſiue ſine iuſſu dei interficere: ille facit contra legẽ Moyſi. Exod. 20. Non occides: Potuiſſent. n. Chriſto dixiſſe. Ideo doctrina tua nõ eſt à deo: quia ſabbathum ſoluis, ſecundũ illud Io. 9. Non eſt iſte hõ à deo qui ſabbathum nõ cuſtodit. Hoc uolens excludere, primo excuſat ſe ex parte excuſantium, quaſi dicat: Dico & uos dicitis ꝙ do

ctrina mea nō ſit ex deo: quia legē non ſeruo ſabbathum ſoluens: tñ uos nō habetis poteſtatem me accuſandi, cùm ſitis in tali delicto. Vnde dicit: *Nonne Moyſes dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem?* Act. 7. Accepiſtis legē in diſpoſitione angelorū & non cuſtodiſtis. Act. 15. Vt quid tentatis deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorū, quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus. Si ergo uos non ſeruatis legē, quare propter transgreſſionē eius uultis me interficere? Non.n. propter hoc feciſtis, ſed propter odium. Alioquin ſi propter zelū legis feceritis, ipſi uos ſeruaretis eā. Sapi. 2. Circunueniamus iuſtum: qm̄ inutilis eſt nobis, & cōtrarius eſt operibus noſtris, & morte turpiſſima condemnemus eum. Sequitur iniqua reſpōſio turbæ. *Reſpondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* quaſi dicerent: Nos nō cōueniemus, & in hoc mentiuntur: quia quærebant mortē eius ſicut poſtea effectu oſtenderunt. Gloſa Remig. O ſcelus inexpiabile, ò blaſphemia, neq; in hoc ſeculō, neq; in futuro dimittenda. Nā peius fuit hoc dicere q̄ Xp̄m occidere. Et nāq; dicebant: *Dæmonium habes*, cùm tñ ſolo īperio dæmonia expellebat. Obturandę eſſent aures ad tam ſceleſtam contumeliā, niſi ipſius dn̄i addiſceremus habere patiētiā, neq;.n.ā furioſis turbatis ipſe hæc audiens turbatus eſt, ſed in ſua ueritate tranquillus permanens, non reddidit malū pro malo, nec maledictionē pro maledictione. Quibus ſic reſpōdere potuiſſet & dixiſſe: Vos potius dæmoniū habetis: quia niſi pleni dæmonio fuiſſetis, tam peruersè deo loqui nō potuiſſetis. Idcirco, *reſpondit eis*, per rationem, di. *Vnum opus feci & omnes miramini*, q.d. ſcd'm Remig. Si tantùm miramini in ſanatione unius hominis: quantum miraremini ſi oīa opera mea uideretis? an non legiſtis dictū patris mei: Oīa in ſapientia feciſti, q̄ eſt ſapiētia patris niſi filius? Bonā.n.rē fecerat qn̄ ſanauerat in ſabbatho paralyticū, q 38. annis decūbebat. Et turbati ſunt; quia nō intelligebant eū autorē & dominū eſſe ſabbathi. Nec deſtruxerat ſabbathū hominē in eo ſanādo: quia propter ſalutē omnium hominū ſabbathi in cuſtodia data eſt. *Propterea*

Moyſes dedit vobis circunciſionem non quia ex Moyſe eſt ſed ex patribus, et in ſabbatho circunciditis hoĩem. Si circunciſionẽ acci pit homo in ſabbatho vt non ſoluatur lex Moyſi, vt quid mihi in dignamini: quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho? In quibus uerbis dupliciter eos arguit. Primo licet in humanis legibus poſteriora p̄iudicent prioribus: tñ in diuinis priora ſunt maioris autoritatis. Et iõ præceptũ factũ Abrahæ de circuncisione nõ prę iudicat præcepto Moyſi de obſer uatione. Multò ergo minus præiudicat mihi q facio qđ diſpoſitum eſt à deo ante mundi conſtitutionẽ de ſalute oĩum in ſabbatho. Scđo qa Iudæi mãdatum habebãt vt nihil operarent̃ in ſabbatho, & tñ operabãtur ea quæ ad ſalutẽ particularẽ erant. Dicit ergo, ſi uos (licet mandatum habetis nihil operari in ſabbatho) circuncisionem accipitis ipſo die, quæ eſt quædã particularis ſalus: qa in particulari mẽbro fit, & hoc facitis ut ſic ſeruetur lex Moyſi: ex quo patet ea q̃ ad ſalutẽ pertinẽt in ſabbatho prætermittẽda non eſſe. Ergo multò magis debet hõ facere ipſo die ea quæ ſunt ad uniuerſalẽ ſalutẽ. Nõ ergo debetis mihi ĩ dignari, qa totũ hominẽ ſalũ feci ĩ ſabbatho: qa ut dicit gloſa, curatus eſt ut ſanus eſſet in corpore: & credidit ut ſanus eſſet in aĩa. Et q̧ dicit, *propterea Moyſes dedit uobis cir cunciſionẽ, &c.* hoc expreſsè non legitur niſi Exod. 12. vbi hr̃: Omnis ſeruus emptitius circuncidetur; nõ tamẽ ea dixit: quaſi aliud inſtituens: qa nõ ipſe primus accepit circũ ciſionis mãdatum, ſed Abrahã, ut hr̃ Ge. 17. vbi ei dictum eſt à dño: Circuncidetur ex vobis oẽ maſculinũ, & circun cidetis carnẽ prę putii ueſtri: vt ſit in ſignum fę deris inter me & uos. Iõ dr̃, nõ quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Et ſequit̃: *Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed ſecundum iuſtum iudicium iudicate.* Vbi ducit eos ad iuſtũ iudiciũ ſui & doctrinæ ſuæ, ſi quod ſit à deo rectè conſideret̃, q.d. Nolite attẽdere ad illud qđ nõ pertinet ad rẽ: qđ ſit qñ amor uel odiũ attẽdit̃, pp̃ q̃ aliqñ plus q̃ p̄pter ueritatẽ iudicatis: *ſed iuſtum iudiciũ iudicate,* i. de doctrina mea & factis meis iudicate ſecundum naturã rei in ſe. Et tunc inuenietis q̧ doctrina mea eſt à deo ſecundum ueritatẽ. Vbi ſciẽdum q̧

iudicare

iudicare ſecundum faciē intelligiť dupliciter. Nā iudex iudicat ſcd̄m allegata & probata.1.Reg.16.Homines uidēt ea q̄ patent:deus aūt intuetur cor, ſed in hoc pōt eſſe deceptio.Iō dicit:*Nolite iudicare ſecundum faciem*, i.ſecundum illud quod ſtatim apparet, ſed diligenter inquirite rei veritatē.Iob 29.Cauſam quā ignorabam diligēter inueſtigabam.Vel aliter: *Nolite ſecundum iudicare faciē*, i.nolite accipere perſonam in iudicio. Hoc.n.prohibitum eſt Leui.19.Non conſideres perſonam pauperis in iudicio, iuſtè iudica proximo tuo.Accipere aūt perſonā in iudicio, eſt prætermittere iuſtum iudicium propter amorem, ſeu reuerentiā, ſeu timorem, aut conditionem perſonæ quæ non faciunt ad cauſam.Dicit ergo:*Nolite iudicare &c.*Nā quia Moyſes apud vos habuit maiorem gloriā q̄ ego,non propterea ex perſonarum dignitate feratis ſentētiam,ſed à rerum natura, quia ea quæ ego facio maiora ſunt q̄ ea quę fecit Moyſes. Sed notandum ſecundum Aug. quòd ille non iudicat perſonaliter qui æqualiter diligit.Nā cùm homines diuerſo modo cum ſuis gradibus honoramus,timēdum eſt ne perſonam accipiamus. Dixi tertio ponitur eſſentiæ Chriſti origo de oc ultis quod trāſmiſſio probat ſupernaturaliter dicens.*Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis:Nonne hic eſt quem quærunt interficere?Ecce palam loquitur et nihil ei dicunt.Nunquid uere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus?ſed hunc ſcimus unde ſit. Chriſtus autem cùm uenerat nemo ſcit unde ſit.* Vbi circa originem Chriſti docētis primo ponitur dubium.Circa quod ſciendum q̄ multi de populo ſciebant principes quærere mortē Chriſti. Et ideo cùm uidiſſent eum palam docentem & principes arguentem,& ipſos ei non contradicere, crediderunt fortius ipſum eſſe Chriſtum, trahentes argumentū ex facto principum qui non capiebant eum, cùm tamen primo ad mortem quęrerent eum, quaſi ipſi pro uerò & de nouo haberent, q̄ ipſe eſſet uerè Chriſtus eis promiſſus & ideo ab eius perſecutione ceſſaſſent. Ideo dicebāt quidam ex Hieroſolymis. Iſti enim melios ſciebāt malitiam principum q̄ alii:quia manebant cum eis in eandem ciuitate.Nonne

mus hoc tibi licere q̄ tāta poteſtate & autoritate nos ex pellis, Iudæis nanq; familiare fuit ſigna quærere, iuxta il lud 1. ad Cor. 1. Iudæi ſigna q̄runt. Et Pſ. 73. Signa nōſtra nōn uidimus, &c. quia per ea uocati fuerunt ad fidē & ad legem. Deut. ult. Non ſurrexit ultra propheta in Iſrael ut Moyſes, &c. Et nō quærebant ſigna à Xp̄o ut crederēt: ſed quaſi deſperantes q̄ ſignum facere non poſſet, & ſic eū re primerent & impedirent. Quia ergo praue quærebāt nō dat eis ſignū apertum: ſed occultū ſicut ſequitur. *Reſpondit Ieſus & dixit eis, Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud*, ubi dn̄s prænuntiat primo mortē ſuā, dicens: Solui te & non ſoluet, ne intelligas mortē eius naturalē. nec di cit ſolue, ne intelligas ſeipſum occidiſſe: ſed ſoluite quod nō eſt imperantis, ſed prænuntiantis, i. ſoluetis uel permit tetis, ut ſit ſenſus: Soluite, id facite de corpore meo quid uultis, illud uobis expono. Dicit ēt notanter ſoluite, q̄a in morte Xp̄i anima à corpore ſoluta eſt, aliter tamē illa ſolutio facta eſt, quam illorum qui per incinerationē & putrefactionem ſoluuntur quam Chriſtus non ſenſit. Pſ. 5. Nō dabis ſanctū tuum uidere corruptionē. Fuit tn̄ aīa eius à corpore ſeparata. Scd̄ò p̄nuntiat ſuā reſurrectionē, dicens. *Et in tribus diebus excitabo illud.* Non dicit excitabit uel excitabit illud pater, ſed ego excitabo: q̄a propria uir tute à mortuis ſurrexit. Nec tn̄ negat q̄n pater eū ſuſcita uit. ad Galla. 1. Qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis. Et in Pſ. 40. Tu aūt dn̄e miſerere mei & reſuſcita me. Nec eſt ī hoc cōtrarietas: q̄a eſt eadē uirtus utriuſque. Sciēdū aūt eſt, q̄ ideo dicit de ſua reſurrectione, q̄a in ea maximè apparet uirtus & potētia diuinitatis: quia puri hominis nō eſt re ſuſcitare: ſed ſolius Xp̄i qui eſt inter mortuos liber. *Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis eſt ædificatum*. i. reædificatū hoc templum, & in tribus diebus excitabis illud? Hoc dixerunt Iudæi, q̄a putauerunt Xp̄m de corporali tē plo hoc dixiſſe, quod in tot annis fuit ædificatū ſub Zoro babel poſt q̄uā reuerſi fuerunt Iudæi de captiuitatem. Vel tēplū q̄d Salomō ædificauit, & ī ſeptimo anno cōpleuit, fuit ædificatū 46. annis, ut dicit Origen. ut numeretur tē-

pus

pus ab eo die quo Dauid mentionē fecit de ædificatione tēpli conſulens ſuper hoc Nathā prophetā. 2. Reg. 7. uſq; ad conſummationem perfectam per Salomon. Nā ex illo die Dauid cœpit præparare materiā & neceſſaria ad ædificationē tēpli. Et ſic hoc dictū cōſideretur qđ extēdit ſe ad numerū 46. annorū: *Ille autem dicebat de tēplo corporis ſui.* Corpus enim Chriſti tēplum eſt. Cuius ratio eſt: quia illud tēplū dei dr̄ in quo deus habitat. Pſ. 10. Dñs in tēplo ſancto ſuo. Ideo anima ſancta dicitur tēplū. 1. ad Cor. 3. Templū. n. dei ſanctum eſt quod eſtis uos. Quia igitur in corpore Chriſti diuinitas inhabitat, ideo tēplū uocatur corpus in quo habitat plenitudo diuinitatis nō ſolum ſecūdum animam, ſed etiā ſcd̄m corpus. Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat de corpore ſuo & crediderunt ſcripturæ & ſermoni quem dixit Ieſus ante reſurrectionē ſuā & paſſionē. Hoc uerò non intellexerunt propter duo. Primo quia per hoc oſtendebatur in Chriſto diuinitas. Aliter. n. corpus eius nō fuiſſet dictum tēplū, & hoc tunc temporis intelligere humanā capacitatē excedebat. Scd̄o, quia in hoc facit mētionē de paſſione & reſurrectione: quæ nullus diſcipulorum adhuc audierat. Ideo Petrus alia uice audiēs de eius paſſione ſcādalizatus eſt, ut dr̄ Matt. 16. Sed poſt reſurrectionem qñ aperuit eis ſenſū ut intelligerent ſcripturas: tūc plenè cognouerunt eū eſſe deum & hoīem, & tūc recordati ſunt, quia dicebat de templo corporis ſui. Et ſic crediderunt ſcripturæ prophetarum. Oſeæ 6. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Dixi tertio tā gitur ſupernæ cōuerſationis euidentia demonſtrata, qđ credentiū probat oſtentio cùm ſubdit: Cùm aūt Hieroſolymis eſſet Ieſus in paſca in die feſto, multi crediderūt in noīe uidētes ſigna quę faciebat. Sed diceres, cuiuſmodi ſigna fuerūt hæc cū hic de nullo legitur. Dicendū q̄ multa ſigna fecit Ieſus tunc licet euāgeliſta nō ſcripſerit iſta. Nā euāgeliſtæ multa ſciēter prætermiſerūt de miraculis Xp̄i: cū tot fecerit q̄ nō poſſent ſcribi de facili. Vel dicendū q̄ inter oīa alia miracula maximū fuit, q̄ unus hō tantam

multitudinem

multitudinem hoium ſolo flagello eiecit. Viſis his ſignis vel hoc ſigno multi crediderunt in eū. Vbi ſciēdū alii credũt pp ſigna ut illi. Et tales ſunt groſſiores q̃ qui pp ſolam doctrinā credunt, ſicut diſcipuli Chriſti. Ideo dicitur 1. Cor. 14. Propheticæ datæ sũt fidelibus & nō infidelibus. *Ipſe autem Ieſus non credebat ſeipſum eis*, ideſt ſua ſecreta myſteria eis non reuelauit: ſicut nec apoſtolis. Io. 16. Multa habeo uobis dicere: ſed nō poteſtis portare modò. 1. Cor. 3. Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus: ſed quaſi carnalibus. Et iō euangeliſta ſignāter dicit: In noīe eius, in quo oſtendit imperfectè eos credere. Et ideo non dicit ꝙ crediderunt in eū; qa nondum credebant in eius diuinitatē ſed dicit i noīe eius, quaſi diceret: Illud quod de eo nominetenus dicebatur, ſ. ꝙ ſit iuſtus & huiuſmodi. Et illi ſecundum Aug. gerunt typum cathecuminorum; qui licet credant, tamen corpus Xp̄i eis non datur. Quod ſicut nemo conficit niſi ſacerdos conſecratus: ita nemo recipere illud debet niſi fuerit baptizatus. Subdit: *Eo quòd ipſe noſſet omnes*. & quia opus ei nō erat ut quis teſtimoniū perhiberet de homine. ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. Vbi ſciendū ꝙ ratio quare ſe eis nō credebat eſt: qa ipſe perfectè cognouit eos. Iō dictū eſt: Eo qđ ipſe noſſet eos, & hoc per potentiā diuinitatis. Eccl. 23. Oculi dñi sūt lucidiores ſuper ſolem circunſpicientes oēs uias hoium & profundū abyſſi, & hoium corda intuentes in abſcondi tas partes. Licet. n. homines cognoſcant, aliquis tñ nō certā cognitionē habere poteſt de eis: quia homo non uidet niſi ea quæ apparent deus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. Ideo non opus eſt Chriſto teſtimonio aliorū: cùm certiſſimè cognoſcat per cordis intuitionē. Ideo dictū eſt: Et opus ei nō erat ut teſtimoniū quis perhiberet de homine, imò ipſemet eſt teſtis. Iob 16. Ecce in cœlo teſtis meus, & cōſcius meus in excelſis. Chriſtus ēt cognitionē nō ſolùm ad exteriora oſtendit, ideo addidit: eo ꝙ ipſe ſciret qd eſſet in homine, i. occulta cordis. Prou. 15. Infernus & perditio coram domino: quantò magis corda filiorum hominum? Scire enim ea quę ſunt in corde hominis eſt ſolius
dei,

dei,qui ſolus corda plaſmauit:nō.n. indigebat teſtibus ut propriorum plaſmatū mentes addiſcat. Plus ēt artifex nō uerat quid eſſet in opere ſuo, q̄ ipſum opus quid eſſet in ſemetipſo. Nā Pet. nō nouerat quid in ipſo erat qſi dixit: Tecum ero uſq; ad mortem. Sed dñs nouerat quid eſſet in hoīe, dicens: Prius q̄ gallus cātet ter me negabis. Quapropter ſm̄ Bædam monemur, ut nunquam de conſcientia noſtra ſecuri ſimus, ſed ſemper ſolliciti formidemus: quia quod nos latet ęternum arbitrium latere non ualet. Confiteamur ergo plura & maiora peccata habere q̄ noſſe putamus: ut maiorem q̄ credimus gloriā conſequamur. Nota dicit in textu: *Eiecit de templo oues & boues & numulariorum effudit æs.* Pro quo ſciendum multa genera hominū eiicientur de templo dei & de regno cęli. Primo eiicientur ſuperbi qui intelliguntur per boues qui cornibus potentiæ alios feriunt. Pſ. 100. Non habitabit in medio domus meę qui facit ſuperbiam. Dan. 4. Hæc eſt interpretatio ſententiæ altiſſimi q̄ peruenit ſuper dominum meum regem. Eiicient te ab hominibus & cùm beſtiis erit habitatio tua, i. cùm dæmonibus. Pſ. 73. Ne tradas beſtiis animas confitentium tibi. Et ſic Lucifer eiectus eſt de cœlo. Ezec. 28. Eieci te de mōte ſancto dei, & perdidi o Cherub. Eſa. 14. Quō cecidiſti de cœlo Lucifer q mane oriebaris? Et Luc. 10. Vidi Sathanā quaſi fulgur cadentem de cœlo. Secundo eiicient auari qui intelligunt per numularios. Hier. 8. A minimo uſq; ad maximum oēs ſtudent auaritię. Et tales eiiciuntur. 1. Cor. 6. Auari regnum dei poſſidere non pñt. Iō ait Ieſus diſcipulis ſuis. Luc. 14. Niſi quis renuntiauerit oībus quæ poſſidet, nō pōt eſſe meus diſcipulus. Et Mat. 19. Quàm difficile qui pecuniā amat regnum dei poſſidet. Iō Luc. 12. Cauete ab oī auaritia: quia nō in abundantia cuiuſq; uita eius eſt ex his q̄ poſſidet. Tertio luxurioſi qui intelliguntur per columbas, q̄ eſt auis libidinoſa. Quod figuratur. Nu. 5. Oīs leproſus eiicietur de caſtris, & qui ſemine fluit pollutusq; eſt ſuper mortuo. Et. j. ad Cor. 6. Fornicatores, adulteri & auari regnum dei poſſidere nō pñt. Iō Mat. 22. ī reſurrectione neq; nubēt, neq;

nubentur

nubētur,ſed erūt ſicut angeli dei in cœlo.Quartò hypocritæ qui per oues intelliguntur:qui exterius apparēt in pellibus ouium.Mat.7.intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Ibid.23.Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,&c.Apoc.21. Nihil coinquinatū intrabit,&c.Et ibid.22.Foras canes,ueneſici, impudici,homicidæ & idolis ſeruientes.Omnes tales excōmunicati extra palatium regni dei eiiciuntur. O beatus qui ibi nō eiicitur.Pſ.63.Beati qui habitant in domo tua domine.Ratio.Tob.13. per omnes uicos eius cantatur alleluia.Sed damnati erunt excommunicati. Nam ſicut excōmunicationis nō participamus in locutione, in diuino officio,nec in ſalutatione, nec in comeſtione: ſic boni non participabunt malis in quatuor.Primo in locutione:quia facies eorum auerſæ erunt ab eis.Pſ.43. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros.Et Lu.16.Magnum chaos firmatum eſt inter nos & uos.Secundo non in diuino officio.Eſa.65.Serui mei laudabuut me prę exultatione cordis:& uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis.Tertio non in ſalutatione: quia ſalutē nō aptabunt eis.Pſ.57. Lætabitur iuſtus cùm uiderit uindiƈtam.Quarto non in menſa.Eſa.65.Serui mei comedent:nos autem eſurietis:& ſerui mei bibēt,& uos ſitietis.

Feria III. *Aſcendit Ieſus in templum.*Ioan.7. Enarratio. I.

COnſuetudo eſt boni ſerui ſi offendit dominū placat eum precibus.Spiritualiter nos offendimus deū peccatis noſtris.Ideo debemus currere ad dominum placādo eum precibus noſtris.Hoc agit eccleſia introitu : Exaudi deus orationem meā, & ne deſpexeris deprecationē meā intende in me & exaudi me . Similiter in colleƈta:Sacræ nobis quæſumus domine obſeruationis ieiunia piæ conuerſationis augmentum, & tuæ propiciationis continuū præſtent auxilium.Sed ꝙ ſacerdos tenetur orare pro populo notum eſt,figuratur Exo.32.Moyſes orauit ꝑ populo qui peccauit in adoratione uituli:ut patet in epiſtola.

Et

Et Xp̄s uerus ſacerdos ſecundū ordinē Melchiſedech aſcē dit in templum materiale ad docēdum,& in templū æternale pro nobis interpellandum:ut patet in hodierno euāgelio cùm dr̄, *aſcendit Ieſus in templum*,&c. In ſumma euangelij tria innuuntur. Primo doctrinæ Xp̄i origo de ſupernis quod miſſio probat paternalis, ibi: *Iam die feſto &c.* Secundo tangitur turbę abiectio de interius, quod ſolutio ꝓbat Saluatoris. ibi: *Nonne Moyſes dedit vobis legē &c.* Tertio ponitur eſſentiæ Xp̄i origo de occultis, quod tranſmiſſio probat ſupernalis, ibi. *Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis.* De primo dicit: *Iam die feſto mediante Ieſus aſcendit in templum.* Vbi ſciendū ꝙ Xp̄s uolens ſuæ doctrinæ originē oſtendere, primo ponit eiuſdem doctrinæ tempus & locū & admirationem turbarum. Tempus quidem dum ait; *Iam die feſto mediante*, i. cum illius feſti tot dies remanſiſſent quod effluxerant. Vnde cum per ſeptem dies illud feſtum agebatur: dr̄ hoc fuiſſe quarto die. Ideo autem in medio feſti aſcendebat, quia in principio oēs magis intenti ſunt his quæ feſti ſunt. Boni quidā ad cultum dei, alii uerò ad uanitates & lucra. Sed circa medium tempus Xp̄s aſcēdebat, ut hi qui in principio feſti ea q̄ feſti erāt expediebāt, magis parati eſſent ad doctrinam audiendam. Locus autem doctrinę tangitur cùm dicitur in templum, ꝙ eſt locus aptus ad ſanam doctrinam, & conueniens doctrinæ Chriſti ſanctiſſimæ. Eſa. 2. Venite aſcendamus ad montē domini & ad domum dei Iacob. Item ut oſtenderet ſe docere ueritatem quæ calumniari non poteſt: ideo *aſcēdit in templum.* Ioan. 18. Ego in occulto locutus ſum nihil. Admirationem uerò turbarum ponit cùm dr̄: *Et mirabantur iudæi dicentes: Quomodo hic literas ſcit cùm non didicerit?* Sciebant. n. Ieſum eſſe filium pauperis mulieris, & ut putabāt filiū fabri qui de labore ſuo uiuebat. Vnde ꝓbabile uideē ꝙ Ieſus ēt de labore ſuo uiuens nō inſiſteret ſtudio literarū, ſed potius operi manuali: ſcđm illud Pſ. 87. Pauper ego ſum & in laboribus à iuuentute mea. Et ideo cùm audierūt eū docere & diſputare mirabantur, dicentes: *Quō hic literas ſcit.* q. d. Miramur quomodo ſcit legē, cùm nemo ſci-

re

re eam ualeat niſi qui legem legat. Nemo autem legem le gere ualet, niſi literas ſciat. *Hic aũt literas non didicit:* ideo mirandum eſt vnde nouerit legem. Hac tñ de cauſa mirabantur ſecundum glo. quia nemo intelligebat eum eſſe le gis autorem & dominũ. Qui ſe credere uoluiſſent, nequa quam mirarentur ſi ille legem non noſſet qui legem dediſ ſet. Origo ſpiritualis doctrinæ ponitur cùm ſubiungitur. *Reſpondit eis Ieſus et dixit: Mea doctrina nõ eſt mea ſed eius qui miſit me.* q. d. Iſta doctrina quæ eſt mea approbatiuè & ſub iectiuè, nõ eſt mea, ſ. per exercitiũ acquiſitionis humanæ: ſed eius qui miſit me. i. data eſt mihi à patre, qͣ licet filius ſecundũ naturam diuinam habeat eandem ſcientiam cum patre, tñ habet eum ab ipſo patre. Secũdum uerò naturam humanam habet aliam ſcientiam. ſ. creatam: non tñ habet eam per exercitium acquiſitionis humanæ, ſed ab inſtanti conceptionis infuſam: ſic & ſoluta eſt q̃ſtio qua quærebãt. *Quomodo hic literas ſcit.* Vel aliter, ſi dixiſſet doctrinã quã ego doceo nõ eſt mea, nulla eſſet quæſtio. Sed quod dicit: *doctrina mea non eſt mea,* uidetur contradictionem implica re. Sed hoc ſoluitur ſic: qͣ hoc eſſe dicitur multipliciter. Ratio, quia ſua doctrina aliquo modo dicitur ſua, aliquo modo non ſua. Si. n. intelligitur de Xp̃o filio dei, ſic cũ do ctrina uniuſcuiuſq; nihil aliud ſit q̃ uerbum eius; filius aũt dei cùm ſit uerbũ patris: ſequitur ergo ꝙ doctrina patris ſit ipſe filius. Iſtud aũt uerbum eſt ſuum plus per identitatẽ ſcientiæ: eſt aũt non ſuum per originem. Vel quia non eſt uerbũ nullius, ſed alicuius. Vnde Aug. dicit hic ꝙ breuiter uidetur dixiſſe. *Mea doctrina non eſt mea.* ac ſi diceret: Ego nõ ſum à meipſo. In quo hęreſis Sabelliana confunditur: qui dicere niſi ſunt ipsũ eſſe filiũ qui eſt & pater. Vel mea doctrina quã ego pronuntio uerbo creato non eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. i. non eſt mihi data à meipſo, ſed à patre meo: quia ẽt cognitionem filius per æternam gene rationem habet à patre. Mat. 11. Omnia tradita ſunt mihi à patre meo. Si verò intelligatur de Xp̃o filio hominis, tũc dicit: Mea doctrina quã ego habeo ſecundũ aĩam creatã, & profero ore corporis nõ eſt mea. i. non eſt mihi à meipſo,

ſed

ſed à deo, quia omne verum à quocunq; dicatur à ſpiritu ſancto eſt. Sic ergo ſcd̄m Augu. de tri. ſcd̄m illud quod dixit doctrinam ſuam, & ſcd̄m aliud quod dixit eā non ſuā, dixit eam ſcd̄m formam dei ſuam; & ſecundum formā ſerui non ſuam. Ex quo patet exemplum ꝙ omnem modum cognitionis cum gratiarum actione recognoſcamus eſſe à deo. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepiſti. Si aūt accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis? Subdit: *Si quis voluerit uoluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina utrum ex deo ſit: an ego a meipſo loquar.* Vbi probat doctrinam ſuam eſſe à deo, primo ex iudicio rectæ ſententiæ. Vbi ſciendum iudicio illius ſtandū eſt, an aliquis bene operetur in arte aliqua qui eſt expertus in arte illa: ſicut an aliquis bene loquatur Gallicè, eſt ſtandū iudicio eius qui eſt peritus in lingua Gallica. Scd̄m hoc ergo dicit dn̄s illius iudicio ſtādum eſſe an doctrina mea ſit ex deo, qui eſt expertus in rebus diuinis. Talis. n. rectè pōt de his iudicare. 1. ad Cor. 2. Animalis hō non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, &c. Spiritualis aūt iudicat oīa, & ipſe à nemine iudicatur. Et quia uos alienati eſtis à deo: ideo non cognoſcitis de doctrina utrum ex deo ſit. Sed ſi quis uoluerit uoluntatē eius, i. de facere, iſte pōt cognoſcere utrum doctrina hæc ſit à deo: an ego à meipſo loquar. Iſte q̄dē à ſeipſo loquitur q falſum dicit. Quia ſicut dr̄ Io. 8. Qui loquit̄ mēdaciū ex propriis loquitur. Ideo ſequitur. *Qui à ſeipſo loquitur gloriam propriam quærit: qui aūt quærit gloriam eius qui miſit illum hic uerax eſt, et iniuſtitia non eſt in illo.* Probat id ex ſua intētione, & ponit duplicē intentionē ꝑ quā intelligitur duplex origo doctrinę, dictū eſt. n. aliquos loqui non à ſe. Loquit̄ aūt nō à ſe quicūq; ſtudet loqui veritatē. Oīs. n. cognitio veritatis ab aliquò eſt, per modū quidē diſciplinæ à magiſtro: per modum verò reuelationis à deo: ſed per intentionē à rebus. ad Ro. 1. Inuiſibilia. n. dei à creatura mūda per ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Quocunq; ergo iſtorū modorū cognitio aliqua habeatur nō eſt hoīum à ſe. A ſe aūt loquitur qui ea q̄ dicit nec ex rebus, nec ex reuelatione, nec ex doctrina humana accepit: ſed de corpore ſuo.

Hiere.23. Viſioné cordis ſui loquuntur nō de ore dn̄i. Et Ezec.13. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequunť ſpiritū ſuū & nihil uident. Sic ergo confingere aliq̄d ex ſe fit ꝑ humanam gloriam. Quia dicit Chry. Qui aliquā prophe ticā uult inſtruere doctrinā: propter nihil aliud hoc vult q̄ ut gloriā acquirat. Et hoc eſt quod dominus dicit doctrinam ſuā à deo: Qui à ſeipſo loquiť de certa cognitione veritatis quæ eſt ab alio. iſte quærit gloriā prophanā, propter quam & propter ſuperbiam hęreſes & falſæ opiniones introducuntur, & cōpetit Antichriſto.2.Theſſa.2. Qui aduerſatur & extollitur ſuper oē quod dr̄ deus. Qui aūt quærit gloriam eius qui miſit illum ſicut ego quæro. Io.8. Ego gloriā meam nō quæro, &c. hic uerax eſt q̄a doctrina mea continet ueritatem, & iniuſtitia in me nō eſt: quia alterius gloriam non uſurpo. Et ut dicit Augu. Magnū nobis præbuit humilitatis exēplū dū habitu inuctus eſt ut hō. Quærit gloriā patris ſui, non ſuam, quod & tu hō facere deberes: quando aliquid boni facis gloriam tuā quæris: quando aliquid mali deo calumniam inferre meditaris. Patet aūt ꝙ gloriam ſuā nō quærebat: quia ſi fuiſſet adulatus principibus ſacerdotū, nō fuiſſent ipſum per ſecuti. Sic ergo Xp̄s & quicūq; gloriam dei quęrit, habet quandam intra ſe dei cognitionem. Mat.22. Magiſter ſcimus quia uerax es. Et iō dicit hic, *uerax eſt*. In affectu autē habuit rectam intentionē. Vnde dicit: Et iniuſtitia nō eſt in illo. Iniuſtitia.n.eſt, ꝙ unus uſurpat ſibi honorem alienum. Gloria autem proprie ſolius dei eſt, qui ergo quęrit ſibi gloriā exhiberi iniuſtus eſt. Dixi ſcđo tangitur turbæ abiectio de interius, quod ſolutio probat ſaluatoris. *Non ne moyſes dedit nobis legem, & nemo ex vobis facit legem, quid me quęritis interficere*, quaſi diceret: Qui uult alium ſine cauſa: ſiue ſine iuſſu dei interficere: ille facit contra legē Moyſi. Exod.20. Non occides: Potuiſſent.n. Chriſto dixiſſe. Ideo doctrina tua nō eſt à deo: quia ſabbathum ſoluis, ſecundū illud Io.9. Non eſt iſte hō à deo qui ſabbathum nō cuſtodit. Hoc uolens excludere, primo excuſat ſe ex parte excuſantium, quaſi dicat: Dico & uos dicitis ꝙ do

ctrina mea nõ ſit ex deo: quia legẽ non ſeruo ſabbathum ſoluens tñ uos nõ habetis poteſtatem me accuſandi, cùm ſitis in tali delicto. Vnde dicit: *Nonne Moyſes dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem?* Act. 7. Accepiſtis legẽ in diſpoſitione angelorũ & non cuſtodiſtis. Act. 15. Vt quid tentatis deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorũ, quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus. Si ergo uos non ſeruatis legẽ, quare propter tranſgreſſionẽ eius uultis me interficere? Non. n. propter hoc feciſtis, ſed propter odium. Alioquin ſi propter zelũ legis feceritis, ipſi uos ſeruaretis eã. Sapi. 2. Circunueniamus iuſtum: qm̃ inutilis eſt nobis, & cõtrarius eſt operibus noſtris, & morte turpiſſima condemnemus eum. Sequitur iniqua reſpõſio turbæ. *Reſpondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* quaſi dicerent: Nos nõ cõuenicmus, & in hoc mentiuntur: quia quærebant mortẽ eius ſicut poſtea effectu oſtenderunt. Gloſa Remig. O ſcelus inexpiabile, ò blaſphemia, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro dimittenda. Nã peius fuit hoc dicere q̃ Xp̃m occidere. Et nãq; dicebant: *Dæmonium habes*, cùm tñ ſolo ĩperio dæmonia expellebat. Obturandę eſſent aures ad tam ſceleſtam contumeliã, niſi ipſius dñi addiſceremus habere patiẽtiã, neq;. n. à furioſis turbatis ipſe hæc audiens turbatus eſt, ſed in ſua ueritate tranquillus permanens, non reddidit malũ pro malo, nec maledictionẽ pro maledictione. Quibus ſic reſpõdere potuiſſet & dixiſſe: Vos potius dæmoniũ habetis: quia niſi pleni dæmonio fuiſſetis, tam peruersè deo loqui nõ potuiſſetis. Idcirco, *reſpondit eis*, per rationem, di. *Vnum opus feci & omnes miramini*, q. d. ſcd̃m Remig. Si tantùm miramini in ſanatione unius hominis: quantum miraremini ſi oĩa opera mea uideretis? an non legiſtis dictũ patris mei: Oĩa in ſapientia feciſti, q̃ eſt ſapiẽtia patris niſi filius? Bonã. n. rẽ fecerat qñ ſanauerat in ſabbatho paralyticũ, q 38. annis decũbebat. Et turbati ſunt; quia nõ intelligebant eũ autorẽ & dominũ eſſe ſabbathi. Nec deſtruxerat ſabbathũ hominẽ in eo ſanãdo: quia propter ſalutẽ omnium hominũ ſabbathi in cuſtodia data eſt. *Propterea*

iudicare ſecundum faciẽ intelligit dupliciter. Nã iudex iudicat ſcd͂m allegata & probata. 1. Reg. 16. Homines uidẽt ea q̃ patent: deus aũt intuetur cor, ſed in hoc põt eſſe deceptio. Iõ dicit: *Nolite iudicare ſecundum faciem*, i. ſecundum illud quod ſtatim apparet, ſed diligenter inquirite rei veritatẽ. Iob 29. Cauſam quã ignorabam diligẽter inueſtigabam. Vel aliter: *Nolite ſecundum iudicare faciẽ*, i. nolite accipere perſonam in iudicio. Hoc.n. prohibitum eſt Leui. 19. Non conſideres perſonam pauperis in iudicio, iuſtè iudica proximo tuo. Accipere aũt perſonã in iudicio, eſt prætermittere iuſtum iudicium propter amorem, ſeu reuerentiã, ſeu timorem, aut conditionem perſonæ quæ non faciunt ad cauſam. Dicit ergo: *Nolite iudicare &c.* Nã quia Moyſes apud vos habuit maiorem gloriã q̃ ego, non propterea ex perſonarum dignitate feratis ſentẽtiam, ſed à rerum natura, quia ea quæ ego facio maiora ſunt q̃ ea quę fecit Moyſes. Sed notandum ſecundum Aug. quòd ille non iudicat perſonaliter qui æqualiter diligit. Nã cùm homines diuerſo modo cum ſuis gradibus honoramus, timẽdum eſt ne perſonam accipiamus. Dixi tertio ponitur eſſentiæ Chriſti origo de occultis quod trãſmiſſio probat ſupernaturaliter dicens. *Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis: Nonne hic eſt quem quærunt interficere? Ecce palam loquitur et nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus? ſed hunc ſcimus unde ſit. Chriſtus autem cùm uenerat nemo ſcit unde ſit.* Vbi circa originem Chriſti docẽtis primo ponitur dubium. Circa quod ſciendum ꝙ multi de populo ſciebant principes quærere mortẽ Chriſti. Et ideo cùm uidiſſent eum palam docentem & principes arguentem, & ipſos ei non contradicere, crediderunt fortius ipſum eſſe Chriſtum, trahentes argumentũ ex facto principum qui non capiebant eum, cùm tamen primo ad mortem quęrerent eum, quaſi ipſi pro uerò & de nouo haberent, ꝙ ipſe eſſet uerè Chriſtus eis promiſſus & ideo ab eius perſecutione ceſſaſſent. Ideo dicebãt quidam ex Hieroſolymis. Iſti enim melios ſciebãt malitiam principum q̃ alii: quia manebant cum eis in eandem ciuitate. Nonne

hic eſt quē quærunt interficere toto conatu ſuo?Io.5.Propterea perſequebant eum Iudęi,i.principes: quia hæc faciebat in ſabbatho.Dan.13.Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus populi.Ecce nunc palā loqtur cōtra eos, ut patet:Nemo ex uobis legē facit,& tñ nihil ei dicūt & ipſum non capiunt,qa repreſſi fuerunt diuina uirtute.Hęc eſt.n.ꝓpria dei uirtus q̄ malorū corda ab īpetu ſuæ malitię reprimit. Pro.16.Cùm placuerint dño uiæ hominis,inimicos quoque eius cōuertit ad pacem. Et alibi: cor regum in manu dei.Apparet ēt in hoc ueritas ſermonū Xp̄i & falſitas principū.cùm.n.deus diceret:quid me quęritis interficere?Negauerunt dicētes:*Dæmonium habes,quis quærit te interficere?* Sed quod principes negabant iſti cōfitentur, & ſubdiderūt: *Nunquid uere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus?* quaſi diceret uidet q. ſic:eo ꝙ deſiſtunt ab eius perſecutione.Veruntamen qa nō habebant certitudinē, ſed tantùm opinionē:ideo ēt arguebant ad contrariū dicentes: *Sed hunc ſcimus unde ſit*:quia patriā eius ſcimus & genus,quaſi hoc modo arguētes;Xp̄s dr̄ habere occultam originē, ſed iſte habet originē manifeſtam:igit̄ nō eſt Xp̄s. In quo apparet eorum amētia: quia ſuppoſito ēt ꝙ principes crederent Xp̄o:non tamen eorū ſententiam ferunt,ſed aliā corruptā protulerunt.Sed cùm dicatur, tamen dr̄ Micheæ.5. Ex te Bethelee mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael.Herodes aūt neſciuit locum natiuitatis eius Iudęis ſibi dicentibus;quare tunc dicunt; Cùm Xp̄s uenerit unde ſit,nemo ſcit.Dicendū ꝙ hoc habuerunt ex uerbo Iſa.53. Generationē eius quis enarrabit?Sic ergo ex ꝓphetis habent unde ſit ſecundum humanam originē,& ex eis habēt ꝙ cū neſciant unde ſit ſcd̄m diuinam generationem.Conſequenter ponitur ſcd̄o ipſius docētis origo.Cum ſubditur; *Clamabat ergo Ieſus docens in templo,& dicen ;Et me ſcitis & unde ſim ſcitis*,i.me noſcitis ſecundū faciē ; unde ſim, ſ.patriam meam,ſcitis.Etiam hoc dixit quantum ad eius originem.Et nota ꝙ clamor quandoq; importat turbulētiam animi interius concitati,& talis clamor non competit Xp̄o.De quo Iſa.42.Non clamabit neque accipiet per-

ſonam,

ſonam, neque audietur uox eius foris. Eccleſia. 12. Verba ſapientum ſicut ſtimuli. Quandoq; importat magnitudĩ nem deuotionis, ſecundum illud Pſ. Ad dominũ cùm tribularer clamaui, &c. Quandoq; uerò magnitudinem dicẽ dorum, ſecundum illud Iſa. 6. Seraphin clamabãt alter ad alterum. Pro. 8. Nunquid non ſapientia foris clamitat; & prudentia dat uocẽ ſuam? Et ſic prædicatores clamare mo nentur. Iſaiæ. 58. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuam. Subiũgitur ẽt quantũ ad diuinam eius generationẽ ſecundum quam erat eis ignotus. *Et à meipſo non ueni; ſed eſt uerus qui me miſit quem uos neſcitis*, quaſi dicat; Ante ſui ſecundum diuinitatẽ, q̃ in mundum ueni ſecũdum huma nitatẽ. Io. 8. antequam eſſet mundus ego ſum. Aliàs non conueniret ei uenire niſi antè fuiſſet. Et cum hoc ipſo ꝙ uenit nõ uenit à ſeipſo, ſed à patre qui eum promiſit mit tere. Exod. 4. Obſecro dñe mitte quẽ miſſurus es. Iſa. 19. Clamabunt ad dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorẽ & propugnatorem qui liberet eos. Iõ ſequitur. *Sed eſt uerus qui miſit me*, quaſi dicat: Non ab alio, ſed ab eo qui promiſit & promiſſum adimpleuit: quia uerus eſt, ad Ro. 3. Et autem deus uerax, & ideo docet me ueritatẽ loqui; quia à uero miſſus ſum quem uos neſcitis, quia deum animo uero nemo uidit. Io. 1. Deũ nemo uidit unquam. Et per conſequens me non cognoſcitis cùm ſim filius eius naturalis, æqualis ei in natura diuinitatis. *Ego ſcio eum*, quia ab ipſo ſum & ipſe me miſit. *Et ſi dixero quia neſcio eũ, ero ſimilis vobis mendax*. Vnde ſciendum ꝙ oẽs homines ui dent eũ, ut dr̃. Iob. 36. ſed tamen diuerſimodè: quia homi nes in uita iſta uident eum per creaturas. Rom. 1. Inuiſibi lia dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciunt. 1. ad Cor. 13. Videmus nunc per ſpeculũ & in ænigmate; tunc aũt facie ad faciẽ. Angeli uerò & beati in patria uident eum ĩmediatè per eſſentiam. Mat. 18. Angelĩ eorum in cœlis ſemper uident faciẽ patris mei, &c. 1. Io. 3. Videbimus eum ſicuti eſt. Mat. 11. Nemo nouit patrẽ ni ſi filius. Filius. n. dei uidet eum excellentius oĩbus, ſ. uiſio ne cõprehenſionis. Io. 1. Deũ nemo uidit unquam, ſc. ſ. cõ

prehēdēdo uelut unigenitus filius, &c. Et de hac uiſione loquitur hic dicēs: *Ego ſcio eum*, ſ. notitia cōprehenſionis. Itē nota q̄ oīs cognitio eſt p aliquā ſimilitudinē, cùm nihil cognoſcatur niſi prout ſimilitudo cogniti eſt ī cognoſcēte. Omne aūt quod procedit ab aliquo habet eius ſimilitudinem à quo procedit. Vnde oēs deū cognoſcentes ſecundum diuerſum gradum proceſſionis eorum, habent diuerſimodè cognitionē eius. Aīa ergo rationalis dei cognitionē habet ſecundū quod ſimilitudinē eius participat: imperfectiori quidem modo ab aliis creaturis intellectualibus. Angelus autem quia expreſſiorem dei ſimilitudinē habet: cum ſit ſignaculum ſimilitudinis eius manifeſtius deum cognoſcit. Filius perfectiſſimam dei ſimilitudinē habet cùm eiuſdem ſit eſſentiæ & uirtutis cùm ipſo: & ideo perfectiſſimè eum cognoſcit. Iō dicit: *Sed ego ſcio eū*, inquātum, ſ. cognoſcibilis eſt. Cuius ratio eſt: *quia ab ipſo ſum*, quaſi dicat: Habeo eādē naturę eſſentiam cum ipſo per connaturalitatē. Vnde ſicut ipſe perfectè ſe nouit per eſſentiam ſuā: ita & per eādē eſſentiā ego ſcio eū perfectè. Sed ut ne referat̄ hoc ad miſſionē qua uenit in mūdū igit̄ cōtinuo ſubiecit: *Et ipſe me miſit*, ita q̄ primū, ſ. *ego ſcio eū, quia ab ipſo ſū*, referat̄ ad Xp̄i diuinitatē: ſed ſecundum, ſ. *Et ipſe me miſit* ad eius humanitatē. Sed q̄ ait: *Si dixero neſcio eū*, illud introduxit propter duo. Nā creaturæ intellectuales ſciunt eū: ſed de lōge & imperfectè, quia unuſquiſque intuetur eum procul. Iob 36. Veritas. n. diuina excedit oēm cognitionē noſtram. Quicunque ergo deum cognoſcit, pōt abſq; mēdacio dicere quia nō cognoſcit eum, inquantum perfectè cognoſcibilis eſt. Filius autem deum patrem perfectiſſimè cognoſcit, ſicut perfectiſſimè, ſe nouit, unde nō pōt dicere neſcio eum. Secundo quia cognitio dei, & maximè q̄ eſt per gratiā pōt perdi ſicut dicunt. illud Pſ. 105. Obliti ſunt deum qui redemit eos. Vnde poſſum dicere, neſcio quandiu ſum in uita iſta: quia nemo ſcit utrū amore uel odio dei dignus ſit. Eccl. 9. Filius autem inamiſſibilem notitiam habet de patre. Vnde nō pōt dicere neſcio eum. In hoc autē q̄ dicit ero ſimilis uobis

mendax

mēdax dēt ibi accipi ſimilitudo ꝑ cōtrarium, non.n. mēdaces eſſent ſi dicerent ſe neſcire deum:ſed potius ſi ſe dicerent, deum cognoſcere cùm eum ignorēt. Si autem Xp̄s ſe eum nō noſſe diceret cùm eum noſcat, eſſet mēdax. Eſt ergo ſenſus uerbi. Si dixero neſcio, i. non ſciā : ero ſimilis uobis mendax q dicitis uos cognoſcere, cū cùm tn̄ ipſum ignoratis. *Quærebāt ergo eū apprehendere: et nemo miſit in illum manus : quia nondum uenerat hora eius*. Propter hoc.n. quod dixit eis Ieſus quē uos neſcitis: irritati ſunt Iudæi, cùm ſimularēt eū ſcire, & iō quęrebāt eum apprehendere ad occidendū. Sic hodie cōtingit qn̄ mali cùm de ignorantia notantur ſiue accuſant̄ tam grauiter ferunt : & tantò magis irritant̄ quantò grauius indignant̄. Sed tn̄ econtra, aliqui Xp̄m in ſe habentes quærunt piè ipſum adhuc apprehendere. Cant. 7. Aſcendam ī palmam & apprehēdam fructus eius. Vnde Apoſt. ait: Sequor autem ſi quo modo apprehendam. Et ſciendum ꝙ non miſerunt manus in illum ad occidendum. Primo qa uirtute diuina ſunt repreſſi, qm̄ uoluntas nocendi eſt unicuiq; ad ſe, ſed nocendi poteſtas eſt à deo. Vn̄ Iob 1. & 2. dr̄: quòd Sathan nō potuit Iob affligere niſi quātū permiſſum eſt ſibi à deo. Secundo quia nondum hora uenerat, ſ. hora captionis eius à deo ordinata. Nam ut dicit Gloſa: Sicut ante ſecula prærodinauit matrē Virginem de qua naſceretur: ſic ēt præſciuit mortem & elegit quam pateretur : & tempus quando pateretur. Huius hodie reminiſcens, cùm in cruce pendens dixit: Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritū. *De turba autē multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cùm uenerit nunquid plura ſigna faciet quam quæ hic facit?* q.d. Non eſt alius expectādus qui plura faciat, ideo firmitur tenendum eſt quòd hic eſt Chriſtus, &c.

De eodem, *Totum hominem ſanum feci in ſabbatho. Ioan. 7.*

Ennarratio. II.

MAgnum eſt ſanare hominē corporaliter, maius ſanare ſpiritualiter, maximū ſanare utroque modo, taliter Chriſtus ſanauit. Ideo dicit. *Totum hominem ſanum, &c.* Fuit.n. uerus medicus ad nos de cœlo tranſmiſſus: ut omnes

oēs noſtras infirmitates curaret.Pſ.102.Qui ſanat oēs in firmitates tuas.Aug.Magnus de cęlo uenit medicus:quia per totum mūdum undiq; iacebat ęgrotus. De iſto ægroto & medico qui totum hominē ſanum fecit in ſabbatho tria ſunt uidenda.ſ. quæ ſunt cauſæ infirmitatis, ſecundo quæ ſunt remedia contra infirmitates,tertio q̄ ſint ſigna ſanitatis.Circa primum notandū ꝙ quædam infirmitas cauſatur in hoīe ex nimia comeſſione, & ſic infirmatus eſt hō de pomo uetito: qui poſtquā comedit infirmitatē mentis corporis incurrit.Iſtud ēt uitium gulæ in multis oſtenditur,& ideo homo ſæpe infirmatur.Eccl.37.In multis eſcis non deerit infirmitas, imò tales guloſi ſæpe moriuntur.Ibidē:Propter crapulam multi perierunt. Corpora.n.pinguia diu uiuere nō poſſunt.Tum quia ſunt modici ſanguinis qui eſt cauſa uitæ : tum quia calor naturalis ſępe per nimiam pinguedinem ſuffocatur: tū quia uia ſpiritus ſępe ad mēbra præ nimia pinguedine impeditur, & ſic mors ſequitur. Scđo cauſatur infirmitas ex nimia infrigidatione. Sic pc̄tm̄ mortale eſt frigidæ naturæ, ita ꝙ ignē diuini amoris extinguit.Peccatū.n. eſt aqua frigidiſſima quæ extinguit diuinū amorē. Hier. 6. Sicut ciſterna frigidam facit aquā ſuā:ſic frigidā facit malitia aīam ſuā. Iſtud etiā frigus peccati facit hoīem in bono ope pigrū. Prou.20.Propter frigus piger arare noluit. Peccatum.n. prohibet hoīem arare.i.cor ſuū per contritionē ſcindere, & ipſum herere pes bonā operationē.Nō ſolùm aūt pc̄tm̄ facit aīam frigidam, ſed ēt congelatam, ita ꝙ reſolui poſt mortem non pōt, ſed calefieri pōt per amorem.Eccl. 44.Frigidus uentus aquilonis flauit : & gelauit cryſtallū ab aqua.Tertio cauſatur infirmitas ex nimietate corruptionis ſanguinis. Sanguis nimius eſt abūdantia terrenorum quę eſt ſępe cā peccati.Pſ.72.Prodiit quaſi ex adipe iniquitas corū.Sanguis putridus eſt ipſa carnalis concupiſcētia quæ anima maculat:& coram deo putridā facit. De quo ſanguine dr̄ Iſa. 1. Cum multiplicaueritis orationes ueſtras nō exaudiā, manus.n. veſtræ ſanguine plenę ſunt.Oſeæ.4.Sāguis ſanguinē tetigit,hoc ſit qn̄ unū pc̄tm̄

addaci.

adducitur ad aliud. Quarto cauſatur infirmitas ex humorum.i.uitiorũ corruptione.Pſ.13.Corrupti & abominabiles facti sũt in iniquitatibus ſuis:nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt uſque ad unũ,i.Xp̃m.Beata enim Virgo non fuit ab illa corruptione immunis:qa ex humore corrupto fuit generata,ſed tñ ſancta fuit nata. Chriſtus aũt de sãcto sãguine fuit generatus,non autẽ ex corruptione uitioſa ſumus concepti,nati & educti. Secundo uidendum eſt quæ ſint remedia contra ipſas infirmitates.Circa quod notandum ꝙ Chriſtus quatuor remedia dedit ꝑ quę iſtas infirmitates ſanauit.Primam.n.ſanauit per dietã, qñ 40.diebus & 40.noctibus ieiunauit. Nos ẽt iſtam infirmitatem gulæ ieiunando & abſtinendo ſanare debemus. Eccl. 37. Qui abſtinens eſt adijciet uitam.Vt uerò noſtra abſtinentia ſit noſtra uictoria & poſſit uolare ad deum, debet habere duas alas,ſ.orationem & eleemoſynam.Quando.n. auis nõ habet alas in terra remanet, quando etiam habet tantùm unam alam uelociter uolare non poteſt: quando uerò habet duas alas uelociter uolat. Sic etiam qñ quis habet abſtinentiam & nullam eleemoſynam facit,nec aliquam orationem,tunc ſua abſtinentia manet in terra; qñ uerò habet unum illorum parum uolare poteſt.Sed ſi ieiunat & orat & eleemoſinam dat,tunc ieiunium in cęlum uolat.Secundam infirmitatem Chriſtus ſanauit per ſudorẽ,quando. ſ.factus eſt ſudor eius quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terram,ut dicitur Luc.22.Ipſe.n.totus inflammatus erat igne amoris noſtri q ipſum ſudare fecit, & noſtram frigiditatem calefecit. Sic & nos etiam ſudare debemus lachrymas emittendo.Tunc.n.oculus ſunt quando plorat.In iſto autem ſudore lachrymarum hõ frigidus inflammatur.Vnde dicit Gre.de Magdalena ꝙ frigida uenit,ſed inflammata receſſit. In iſto ẽt ſudore lachrymarũ ſpiritus ſanctus libenter moratur Gen.1.Spiritus dñi ferebatur ſuper aquas.Iſto ẽt ſudore lachrymarũ diabolus contribulatur & ſubmergitur Pſ.73.Contribulaſti capita draconum in aquis.Exo.15.ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis uehemẽtibus.Tertiam infirmitatẽ Xp̃s ſanauit ꝑ

minutio

minutionem,quãdo in manibus & pedibus ſuis, & latere minutionẽ fecit.Iſtam aũt minutionẽ & nos facimus, qñ uenã oris noſtri in cõfeſſione aperimus: De qua uena dr̃ Pro.10.Vena uitę os iuſti: os aũt impiorum operit iniq̃tatẽ. Aliquãdo aũt in minutione ſanguis eſt putridus,aliquando ſuperfluus,aliquando neceſſarius. Tunc autẽ eſt laudabilis minutio quando ſanguis putridus extrahit̃, ſuperfluus diminuitur,& neceſſarius ſeruatur. Sãguis putridus eſt amor peccati,iſte totus eſt ab homine eiiciendus. Sanguis ſuperfluus eſt amor mundi: quãdo quis amat diuitias & ſuperfluitatẽ.Iſte.n.per eleemoſynã eſt diminuẽdus.Sanguis neceſſarius eſt amor dei qui eſt cauſa uitæ animæ,& iſte eſt ſeruandus.Quartã infirmitatẽ Xp̃s ſanauit p amaræ medicinæ ſumptionẽ.Pſ.68.Dederunt in eſcam meã fel,&c.Iſtã medicinam amaram.ſ.dolorẽ cordis nos recipere debemus,quæ quantò erit amarior,tantò ad exprimendũ malos humores erit uirtuoſior. Iſa.24.Amara erit potio bibentibus illam Iſte dolor aſſimilatur dolori torſionum & dolori parturientiũ, & dolori flentium vnigenitum.Iſti.n.tres dolores ſunt maiores q̃ inueniri poſſunt,& ideo ſcriptura dat nobis per hæc intelligere:ꝙ dolor peccati nõ debet eſſe paruus ſed maximus.De duobus primis dr̃ Iſa.13.Torſiones & dolores tenebũt, quaſi parturiens dolebunt.De tertio Hier.6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.Tertio vidẽdum eſt quę ſunt ſigna ſanitatis. Circa quod ſciẽdum ꝙ quatuor ſunt ſigna ſanitatis perfectę.Primũ eſt appetitus ordinatus. Tria.n. ſunt q̃ appeti poſſunt.ſ.nociua, ſuperflua & utilia ſiue neceſſaria.Si poſt infirmitatẽ quis appetit nociua uel nimis ſuperflua,manifeſtũ eſt ꝙ nõ eſt perfectè ſanatus.Si uero appetit utilia uel neceſſaria perfectè eſt ſanatus.Sic ſpiritualiter nociua ſunt malæ ſocietates uel peccati occaſiones q̃ ſunt ſæpe cauſa peccati.Pro.13.Qui cum ſapiẽtibus graditur ſapiens erit,amicus ſtultorum efficietur ſimilis. Superflua ſunt diuitiæ mundanę q̃ nimis ſuperfluæ abundãt.Illi igit̃ qui habẽt appetitum caninum terrena & ſuperflua appetẽdo,perfectè ſanati nõ ſunt.De quibus dr̃ in Pſ.58.

pſ. 58. Famē patientur ut canes. Neceſſaria,& utilia ſunt ſpiritualia ad quę apoſtolus nos hortatur, dicēs ad Coll. 3. Quæ ſurſum ſunt ſapite,nō quę ſuper terrā. Secundum ſignum eſt totius corporis & cordis fortificatio. Debent .n.eſſe fortes in faciēdo opera fortia. Phili.4. Oīa poſſum in eo qui me cōfortat. In proficiēdo de bonis ad meliora. Pſ. 83. Ibunt de uirtute in uirtutē, patienter & perſeuerā ter ſuſtinēdo aduerſa. Heb. 12. In diſciplina perſeuerate, quis eſt.n.filius quem nō corripit pater? Tertium ſignum eſt coloris uenuſtas. Illi.n.qui habēt lucidum colorē per fectè ſanati ſunt. Debet autē perfectè ſanatus tres habere colores, iuxta illud Can.5. Dilectus meus cādidus & rubi cundus electus ex millibus. Debet.n. ſpiritualiter ſanatus cādidum habere colorem per puritatē, rubicundum per charitatē,& lucidum per lucidā cōuerſationē. Et iſte eſt color electus ex millibus, ille ex millibus eligit̄,q inter malos ſanctè & honeſtè cōuerſatur. Quartum ſignum mē brorum leuitas & agilitas. Viri.n.pęnitētes ad oīa dei mā data ſunt ualde agiles. Eſa.40. Qui ſperant in dn̄o muta-bunt fortitudinē,aſſument pennas ut aquilæ, currēt & nō laborabunt, ambulabunt & nō deficient. Peccatores autē ſunt ualde ponderoſi & graues, ita ꝙ nec deus poteſt eos portare. Hiere. 23. Vos eſtis onus, ꝓiciā quippe uos dicit dn̄s. Eſa.1. Laboraui ſuſtinēs. Nec ēt cęlum potuit eos ſu ſtinere, ſicut patet in Lucifero. Lu.10. Videbā Sathanam quaſi fulgur de cęlo cadentē. Nec tandē terra poterit eos ſuſtinere. Eſa.13. Ecce dies domini ueniet crudelis & indi gnationis plenus,& iræ furoriſq; ad ponēdum terram in ſolitudinem,& peccatores eius conterendos de ea, &c.

Feria IIII. *Vade ad natatoria Siloæ & laua te. Ioan.9.*

Enarratio. I.

CONſuetudo eſt hoīs uolētes ire ad magnum dn̄m ſe cum in menſa ſedere, ornant & lauant ſe nē uideant aliqua in eis q̄ offendant oculos domini. Spiritualiter. Et ſic nos ſi debemus ire ad mēſam domini, indigemus orna tu & lotione. Figuratur. Leu.11. Qui tetigerit morticina

immundus erit uſque ad ueſperã, & lauet ueſtimenta ſua, & ſic nos. Et hoc docet ſancta mater eccleſia in introitu: Cùm ſanctificatus fuero in uobis, congregabo uos de uniuerſis terris, & effundam ſuper uos aquam mundã, &c. Tũc sãctificamus dño qñ eum cùm uera deuotione laudamus. & hoc petit in collecta: Pręſta quæſumus omnipotẽs deus ut quos ieiunia uotiua caſtigant, ipſa quoq; deuotio ſctã lætificet: ut terrenis affectibus mitigatis facilius cœleſtia capiamus. Similiter in prophetia Ezech. 36. Effundã ſuper uos aquam mundam, &c. Et ab uniuerſis idolis mundabo uos: & dabo uobis cor nouum & ſpiritum nouum ponã in medio ueſtri, & auferam cor lapideum de carne ueſtra. Et dabo uobis cor carneum & habitabitis in terra quam dedi patribus ueſtris, & eritis mihi in populum & ego uobis in deũ. Similiter in epiſtola Eſa. 1. Lauamini & mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarũ ab oculis meis. Quieſcite peruerſè agere, diſcite benefacere. Quærite iudicium & ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, & defendite uiduam, &c. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum, qua ſi nix dealbabuntur, &c. Similiter in euangelio: *Vade ad natatoria, &c.* In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo diſcipulorum interrogatio cùm dicitur: *Rabbi, &c.* Secundo cæci illuminatio, ibi: *Vade ad nata. &c.* Tertio phariſæorũ murmuratio, ibi. *Non eſt hic hõ, &c.* De primo dicit: In illo tempore. ſ. cùm Iudęi Xpm uoluerunt lapidare. *Tũc exiuit de tẽplo, et præteriens vidit hoĩem cæcũ à natiuitate.* Glo. Non potuit curari per naturam. *Et interrogauerunt eum diſcipuli eius: Rabbi quis peccauit, hic aut parentes eius ut cæcus naſceretur?* Illã interrogationem habuerunt ex hoc quod audiuerunt qñ dominus ſanauit paralyticum Ioan. 5. ſicut ait: Vade & amplius noli peccare. Sic ergo æſtimabant & hic accidiſſe. Nota infirmitas permittitur à deo multis rationibus. Primo ꝑꝑ meritũ augendum. Et ſic in Iob 17. qui ait: Nõ peccaui: & in amaritudinibus moratur oculus meus. Scđo ne hõ exaltetur. Et ſic in B. Paulo. 2. ad Cor. 12. ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, &c. Tertio ut pnĩam ſuſcipiat pċčõr Pſ. 15.

Multi-

Multiplicatę ſunt infirmitates eorũ:poſtea accelerauerũt. Reuera multi nõ cognoſcunt ſe niſi in infirmitate. Pſ. 82. Imple facies eorũ ignominia : & quærunt nomẽ tuũ dñe. Figurat̃ in filiis Iſrael. Pſ. 77. Dũ occideret eos quærebãt eũ & reuertebantur:& diluculo ueniebãt ad eum. Quarto ꝑꝑ peccatũ:ut qui ſe nõ uelit meliorare in infirmitatibus ꝙ ſua pœna incipiet hic & durabit ibi ęternaliter,ſicut patet in Pharaone in Exo. Et ſic in Herode & in Antio. &c. Quinto ut infirmitas mirabiliter ſanetur,& ex hoc oſtendat̃ dei uirtus & potẽtia. Et ſic Thob.ſanatus eſt Thob. 2. Et ſic in cæco. *Ergo Chriſtus reſpondit. Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius.* Sed diceres tñ ſcribitur. 1. Io. 1. Si dixerimus, quia pc̃m̃ nõ habemus ipſi nos ſeducimus, & ueritas ĩ nobis nõ eſt. Rñdetur, uerum eſt, ſed nõ ita grauiter ille peccauit ut cæcus naſceretur, *ſed ut opera dei manifeſtarentur in illo.* i. diuinitas Xp̃i manifeſtaretur. Sequitur: *Me oportet operari opera eius qui miſit me.* ſ. patris. Gal. 4. Cũ uenit plenitudo tp̃is miſit deus filium ſuum factum ex muliere: ut eos qui ſub lege erant redimeret, &c. hoc fuit opus redemptionis. Abac. 2. Cõſideraui opera tua & expaui, ſ. pendẽtẽ in patibulo, in medio duorũ aĩalium. i. latronum. Secũdũ opus fuit recõciliationis hoĩum cũ deo. ad Eph. 2. Veniens nuntiauit pacẽ his qui longè ſunt, ſ. à deo. ad Ro. 5. Cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortẽ filij eius. Sequitur: *donec dies eſt.* Nota Xp̃s nominat ſe diẽ. Nam ſicut dies hẽt duodecim horas: ſic Xp̃s hẽt duodecim horas. j. Apoſt. Hoc dies defecit & inclinatus eſt in cruce, quare ſupra in ſermone: Nox præceſſit, dies aũt appropinquabit: *Veniet nox,* i. tp̃s mortis propter incertitudinem. Eccleſ. 9. Neſcit hõ an amore uel odio dei dignus ſit. Iob 32. Neſcio quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicũ tollat me factor meus: Pſ. 31. In uia hac qua gradieris, &c. Secundo mors dicitur nox, quia ſicut in nocte laborans recipit præmium & uadit domum: ſic qui uis in nocte ſuę mortis recipiet præmium ſecundum opera eius. Et ſic nos. Athan. Ibunt boni in uitam eternam: mali uerò in ſupplicium æternum. Tertio in nocte recipiunt inimici & excluduntur

amici

amici,& ſic in morte.Matt.25.Neſcio uos, & clauſa eſt ia nua.Ergo Eccl.9.dr̄:Quodcunq; pōt manus tua operari, inſtanter fac,quia nec opus nec ratio,nec ſcientia, nec ſapientia erāt apud inferos quo tu ꝓperas. ad Gal.6.Cum tēpus habemus operemur bonum ad oēs:quia homini nō ueſtito ueſte nuptiali dr̄.Mat.22.Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.Dixi ſcd̄o innuit̄ cæci illuminatio cū ſubdit:*Hæc cùm dixiſſet expuit in terrā, & fecit lutum ex ſputo,& liniuit oculos eius*,hoc fecit iō ut daret intelligere ꝙ humanitas eſſet īſtrumentū diuinitatis, & ēt iō,ut oſtenderet ſe illum qui primum hominem plaſmauit de terra.*Et ait:Vade & laua te ad natatoria Siloę*.Gl. Hæc aqua oritur ad radicem mōtis Syō, & nō ſemper:ſed in certis horis ob memoriā facti ebullit per cōcaua terrarum.Nā cum Senacherib obſederat Hieruſalem , piſcina iſta cōmunis erat Aſſyriis & Hieroſolymitis :ita ꝙ uterq; poterant īde haurire.Sed ad orationem Eſaiæ factum eſt cùm egrediebant̄ Hieroſolymitę erat ibi aqua.Quādo uero ueniebant Aſſyrii,tunc erat ſiccata.Sequit̄.*Quod īterpretatur miſſus*.Magiſter in hiſtoria . Et hoc iō cum Manaſſes rex Hieruſalem iuxta piſcinam Siloę,Iſaiam ſerra lignea per medium ſecare feciſſet, & ille anguſtiaret̄ infectione, petiit ſibi dari aquam ut biberet : qui cùm negauerant ei, miſit dn̄s aquam de ſublimi in os eius, & expirauit . Ob hanc aquæ miſſionem Siloę interpretat̄ miſſus.Tunc īnuitur cęci obedientia cùm ſequit̄. *Abiit & lauit ſe et uenit uidens*.Licet.n.Xp̄s ſolo uerbo potuiſſet ſanare hunc cęcum, tamen noluit hoc facere, ſed multa fecit circa eius ſanationem,q̄ literalem habent cauſam & ēt ſpiritualem. Primo.n.expuit,ad oſtendendum ꝙ uirtus ſanatiua quodammodo erat ab eius humanitate inquantum eſt organum diuinitatis,Lu.6.Virtus de iſto exibat & ſanauit omnes. Secundo fecit lutum ut oſtenderet ꝙ fecit primum hominem de luto.Tertio liniuit oculos cæci ut oſtenderet ſe reformatorem corporum:quia nobilia membra reformauit,multò magis ignobiliora pōt reformare . Quarto dixit ei:*Vade ad natatoria &c*.ne uideretur terra ſuper oculos

los linita uirtutē ſanatiuā oculi habere. Vnde quādiu lutum ſuper oculos habuit nō uidit:ſed poſtquā lauit. Miſit aūt longè eū ad quā. Primo ut tranſeundo per ciuitatē linitus à multis uideret, ut eſſet miraculū magis notoriū. Scđo ut cōmendaretur cæci obedientia & fides. Frequēter .n. fortè lutum habuit ſuper oculos, & frequenter fortè lauabatur in Siloę:& tñ ex hoc non uidebat. Et potuit dicere, frequenter me laui & nihil profeci, hoc tamen iam nō dixit, ſed ſimpliciter obediuit & credidit uerbis Ieſu. Sed quod euangeliſta addit, *quod interpretatur miſſus*; hoc fecit ad deſignādū myſteriū Xp̄i miſſi ad ſalutē hominū. Quinto ponitur effectus uiſionis:quia uenit uidēs, ſicut prædictū fuit. Eſa. 35. Tunc aperientur oculi cęcorū, &c. Cauſā uerò ſpiritualem aſſignat Aug. qui dicit, ꝙ per ſputum de capite deſcēdēs deſignaẽ uerbū dei quod à deo capite omniū rerū procedit. Eccl. 24. Ego ex ore altiſſimi ꝓdii. Tūc ergo de ſputo & terra lutum fecit qñ uerbumcaro factum eſt. Liniuit aūt ſeu unxit oculos cordis ipſius cęci, i. humani generis per fidē incarnationis Xp̄i, ſed nondū uidebat, ſed quando inunxit fortè catechuminum fecit qui interpretatur inſtructus q fidē habet ſed nondū baptizatus. Et iō mittit eum ad piſcinā q̄ uocatur Siloę, ut lauetur & illuminetur, i. baptizetur:ut in baptiſmo plenā illuminationē recipiat. Vnde ſcđm Dion. baptimus dr̄ illuminatio. Eze. 36. Effundam ſuper uos aquam mundam:& mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Interpretaẽ aūt Siloæ miſſus:quia quicūq; baptizanẽ, oportet ut baptizētur in Xp̄o qui eſt miſſus à patre. ad Gal. 3. Quicunq; in Xp̄o baptizati eſtis, Xp̄m induiſtis. Niſi .n. ille fuiſſet miſſus, nemo noſtrum eſſet ab iniquitate dimiſſus. Greg. autē dicit ꝙ per ſaliuam ſapor intimę cōtemplationis accipiẽ, quæ ad os de capite cōditoris defluit:quia de claritate cōditoris adhuc in hac uita poſitus guſtu reuelationis tangit. Vnde dñs ſaliuā luto miſcuit, & cęci nati oculos aperuit qa ſuperna gratia carnalē cogitationē noſtrā ꝓadmixtionē ſuæ cōtemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hoīes ad intellectū reformat. Tūc ſubdit: *Itaque uicini et*

qui uiderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt qui ſedebat & mendicabat. alii dicebant hic eſt alii autē nequaquam ſed ſimilis ei eſt. Sciendum q̃ quęritur hic de perſona illuminati: q̃a mirabātur iudęi de miraculi magnitudine, quod uidebatur eis incredibile. Et iō dicebāt infra: *A ſeculo autē nõ eſt auditum: quia quis aperuit oculos cæci nati.* Et iplebāt illud Abacuc. I. Opus factū eſt in diebus noſtris qđ nemo credet cùm narrabit. Itē mirabantur q̃ iſte curatus fuit qui uidebāt ignobilis & curatione indignus. Dominus tamen quia pp paupertatē nullum repulit, qui propter ſalutē hominum uenit. Iaco. 2. Nōne deus elegit in hoc mundo pauperes, diuites in fide: oſtendit ſuā clementiā curando illū mendicū cùm in magna erat deuotione. Opiniones autē fuerunt inter eos: qui. n. dicebant hic eſt, mouebantur ex eo, q̃a ſepe eū uiderunt, & ſimiliter diſcurrentē per ciuitatē ad natatoria Siloæ viderunt. Qui autē dixerunt non eſt, mouebanť ex eo, q̃ ſcđm Aug. oculis reſtituti mutauerunt vultum eius. Nihil. n. ita cognoſcibilē reddit hominē ſicut uiſus Eccleſi. 19. Ex uiſu cognoſcit uir. *Ille autem dicebat quia ego ſum:* vox gratitudinis eſt illa. Glo. Cōfitebatur ſe eſſe, ét laudat eū qui tā bene fecerat ipſum eſſe. Tob. 12. Benedicite deum cœli, & corā omnibus uiuentibus confitebimur illi: quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. *Dicebant ergo Iudæi: Quo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: Ille homo qui dicitur Ieſus, fecit lutū & unxit oculos meos & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloæ, & laua: & abii & laui & video;* Hic q̃runt de ipſa illuminatione, & reſpondit eis: Vbi ſciēdum q̃ illa q̃ō ex curioſitate procedit; quia hunc modū neq; ipſe qui curatus eſt, neq; nos nouimus, nec cōprehendimus. Eccl. 3. In pluribus operibus eius nō fueris curioſus. Cæcus reſpōdit ad quæſtionē ſcđm q̃ nouit: unde dicit illuminatorē ſuū hominē, quem nō nouit adhuc deum, & hō erat. Philip. 2. In ſimilitudinē hominū factus, & habitu inuentus ut hō. Item dixit Xpm Ieſum. unde licet eum non uiderat cùm cæcus erat, inerat tamē ad natatoria Siloę: auditu tamen cognouit q̃ Ieſus fuerat. Sed quia non viderat quō ex luto ſputum fecit. 1. Io. 1. Quod audiuimus

audiuimus & uidimus oculis noſtris ꝑ pexiṁus, & manus noſtræ, &c. Abibat ēt cæcus, *abii & laui & uideo.* Et rectè poſt obedientiā illuminatur: qa dr̄. Actu. 5. Dabit ſpiritū ſanctum obedientibus ſibi. Vide cæci conſtantiā ſecundū gloſam quæ dicit: Benè iam uidebat qui ſic gratiam ſibi ꝑ ſtitam annuntiabat: iam euangelizat, Chr̄m prędicat illuminatorem ſuum. *Dixerūt ergo ei. Vbi eſt ille. Ille ait: Neſcio,* qa antequam eſſet reuerſus de natatorio, Chriſtus receſſit de loco. Per illam nēſcientiā intelligit noſtra. De qua 1. ad Corin. 13. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Itē illam quam neſcimus an odio uel amore dei digni ſumus Eccleſia. 9. Item iſtam qua neſcimus, præſentiam uel abſentiam ſpōſi, & illa eſt valde periculoſa. Neſcire. n. unde ueniat aut quo vadat, nullum eſt miraculū. Sed neſcire quando ueniat aut quando recedat periculoſiſſimū eſt: qa tunc neſcitur qualiter præſens ꝓ ſua dignitate reuertatur, & qualiter abſens ſollicitè reuocetur: docet illud Can. 6. Reuertere reuertere, &c. *Adducunt eum ad phariſęos qui cęcus fuerat. Erat autē ſabbāthum quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.* Volens. n. euangeliſta hic oſtendere qūo Chriſtum quærebant phariſæi à cęco: prę mittit qūo cęcus phariſæis præſentabatur. Et hoc iō quia volebant Ieſum adducere ꝙ damnaretur pro ſolutione ſabbathi, quem minimè inueniētes, adducunt cæcum vt cogatur importunitate uel timore aliquid contra Chr̄m confingere. Hiere. 5. Ibo ergo ad optimates & loquar eis. Ecce hi magis ſimul cōfregerunt iugū: ruperunt uincula. *Iterum interrogabant eum phariſæi qūo uidiſſet.* O cæci phariſæi quid interrogatis de gratia, qui ignoratis de natura; quid quęritis illuminatorem, qui non creditis redemptorem. *Ille autem dixit eis: Lutum poſuit mihi ſuper oculos & laui & uideo.* Admiranda cæci conſtantia: quia ꝙ coram populo de Chriſto ueritatem confitebatur nō fuit magnum: ſed in magno periculo cōſtitutus coram phariſæis, neq; negat neq; cōtraria dicit. Pſ. Loq̄bar de teſtimoniis tuis in conſpectu regū & non confundebar. Admiranda eſt ēt ipſius induſtria: qa narrantium mores ſeruat, q qđ prius

 diffusè

diffuſe referunt, poſtea ſuccinctè loquũtur. Sic illæ hic fecit ut patet intuenti. *Dicebant ergo ex phariſæis quidã: Nõ eſt homo ex deo qui ſabbathum non cuſtodit. Alii dicunt: Q̃uo poteſt homo peccator hęc ſigna facere, et ſciſma erat inter eos* Vbi ſciẽdum q̃ ſi malitioſi aliquid boni uidẽt ſemp̃ illud ad malum referunt ſecundum illud Ecc. 11. Bona in mala cõuertẽs inſidietur, & in electis imponet maculã. Sic iſti tacent q̃ cæcum illuminauit, & referunt q̃ uidebatur ſabbathũ uiolaſſe, quod tamen non fecit. Dñs .n. prohibens operari in ſabbatho intendit de opere ſeruili, quando dixit: Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. Opus aũt ſeruile eſt peccatum. Ioan. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Ergo qui facit opera peccati in ſabbatho ſoluit ſabbathũ: qui autem ſine peccato erat potius ſabbathũ cuſtodiebat. Ergo dixerunt. *Q̃uo poteſt homo peccator ſigna facere*. Sed Ioann. 11. dr̃, q̃ multi ex iudæis crediderunt in eum, ſed propter phariſæos ueritatem dicere non audiebant. Deſidiũ & ſciſma quod erat inter eos, fuit ſignum interitus eorum. Oſe. 10. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Et Mat. 12. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. *Dicunt ergo cęco. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit. Quia propheta eſt.* Interrogat ſententia à cæco de perſona illuminantis: hic. n. erat odibilis, qui de Chriſto benè ſentiebat ſecundum Chry. Et hoc apparet ex modo interrogandi, quia commemorant cæco beneficium acceptũ, dicentes: Qui aperuit oculos tuos: qui alias dicebant, qui ſoluit ſabbathum. Cęcus autem ad hoc rẽſpõdit iterũ qđ nouit, dicens eum prophetam quem filium dei nondũ nouit. Et uerè propheta fuit. Deut. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus. Ipſe etiã de ſe ait. Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Hieruſalem. Et nemo propheta acceptus eſt in patria ſua Lu. 4. Ille propheta prophetizat bonis. Mat. 25. Venite benedicti, &c. & malis, Ite maledicti in ignem æternum. Nota p̃ doctrina, per iſtũ cæcũ intelligitur peccator. Vñ Soph. 1. Abmulabunt ut cęci quia domino peccauerunt. Nã cæcitas corporalis cauſatur à tribus. Primo à puluere, ſecundo

ab igne,tertio à tumore. Primo cauſatur a puluere terre næ cupiditatis.Figuratur Tob. 2.ubi dr̃ ꝙ Tobias ex ſter core hirundinis fuit excæcatus.Iſta ſtercora ſunt tẽpora-lia,de quibus Philip.3. Oĩa arbitratus ſum vt ſtercora vt Xp̃m lucrifaciam.Eſt autem periculum quãdo iſta ſterco ra ſiue illi pulueres adhærẽt oculis animæ nimis.Iõ Mat. 10.Excutite puluerem de pedibus veſtris:quia iſta tempo ralia excæcant oculos animæ, ut hõ non cognoſcat deum creatorem ſuum. Ideo Exod. 23. Non accipies munera q̃ excæcant ẽt prudẽtes.Et Exo. 18.dixit Ietro ad Moyſem: Elige tibi viros timentes deum in quibus ſit ueritas, & q oderunt auaritiã.Et Eccl.20.Xenia & dona excęcant ocu los iudicum. Contra illã cæcitatem hr̃ collirium amarũ quod conficitur ex felle piſcis quo oculi Tobiæ ſunt ſa-nati:ut hr̃ Tobię.11.Et repreſentauit Chriſtũ, prout fuit in patibulo crucis, tãquam piſcis aſſatus & felle potatus. Pſ.21.Aruit tãquam teſta uirtus mea, & denudatus.Mat. 9.Vulpes foueas habent:filius autem hominis non habet ubi caput ſuũ reclinet. Iſta paupertas paſſionis debet nos inducere ad ſuſtinendum paupertatẽ pro Chriſto. Secun do cauſatur cęcitas ſpiritualis ab igne carnalis cõcupiſcẽ tię.Pſ.57.Supercecidit ignis & nõ viderunt ſolem. Sicut .n.vſus excæcatur ad peluim cadentem:ſic libidinoſus ad cõcupiſcentiam ardentẽ. Ber. Carnis delectatio mentem quã inficit obſcurat. Et ſic fuerunt excæcati duo ſenes ſa cerdotes.Dan.13. Declinauerunt oculos ne uiderent cœ lum:neque recordarentur iudiciorum iſtorum.Et figurat̃ Iudicũ 16.in Dalida q̃ excæcauit Sãpſonem.Spiritualiter Dalida ſignificat luxuriam ſiue carnis concupiſcentiam per quã hõ excęcatur & traditur in manus inimicorũ ſuo rum.i.dæmonum.Sed hoc prohibetur Ecc.18.Poſt concu piſcẽtias tuas ne eas,& à uoluntate tua auertere. Nã ſi ua dis poſt cõcupiſcentias animæ tuæ,i.uitæ, traderis inimi cis tuis.Et ſic fuerunt excęcati Sodomitæ.Gen.19.Sciẽdũ tamen quando uas cordis per ignẽ malè cõcupiſcẽtiæ bul liat,tũc triplex debet habere remediũ. Primum eſt ꝙ uas debet ab igne remoueri,i.a colloquijs & aſpectibus mu-

euangelio præſenti, vbi diſſenſio facta eſt propter Chriſtũ in turba & inter phariſæos. Frequenter cõtingit ꝙ in cordibus malorũ ex manifeſtatione uirtutis oritur diſſentio & turbatio. Vnde ĩ perſona Xp̄i dr̄ Hiere. 15. Væ mihi mater mea: væ ut quid me genuiſti uirum rixæ: virum diſcordiæ in uniuerſa terra. Propterea ſaluator dicebat Mat. 10. Nõ ueni mittere pacem in terram, ſed gladium, &c. Scd̃m hoc igitur in hoc euangelio duo tanguntur. Primo malorum in turbis diſſenſio, quod diuerſitas probat opinionũ, ibi: *Cum audiſſent quidã de turba, &c.* Secundo tangitur in uerbis phariſæorum diſcordatio: quod commendabilitas probat miniſtrorum, ibi: *Venerunt ergo miniſtri, &c.* De primo dicit: *Cùm audiſſent quidã de turba hos ſermones de Ieſu dicebant. Hic eſt uere propheta.* Hæc eſt prima opinio de Chriſto quam boni conceperunt ex uerbis Xp̄i cùm in magno feſtiuitatis die ultimo, ſ. ſcenopegię clamaſſet ſtando. Si quis ſitit ueniat ad me & bibat aquam, ſ. ſapientiæ & gr̄æ uidelicet amoris dei. De tali inquam aqua iam ſitim ſuam ſpiritualiter cęperunt extinguere; & dicunt eum prophetã uerum. De quo Deu. 18. prophetã ſuſcitabit uobis dñs de medio fratrũ ſuorum ſimilem tui. Pro quo ſciẽdum ꝙ propheta ſm̃ nominis interpretationem dr̄ quaſi procul fans, inquantũ annuntiat aliqua quo ad eius cognitionẽ lõginquam pp obſcuritatem ſuæ cognitionis, & hoc non pertinet ad perfectionẽ prophetiæ, ſed magis ad effectũ. Quod patet Num. 13. vbi Moyſes dr̄ excellentior propheta, eo ꝙ diuerſa palam & nõ per ænigmata uidebat quę alii cognoſcebant in ſomno & uiſione atq; per figuras. Alio modo intelligitur illa longinquitas reſpectu aliorum hoĩum, cũ quibus propheta conuerſatur quibus annuntiat occulta. Et hoc eſt de ratione prophetiæ. Ideo Aug. contra Fauſtũ dicit, ꝙ ex hoc aliquis dr̄ propheta: quia annuntiat ea quę ſunt longinqua à cõmuni cognitione hoĩum cũ quibus cõuerſatur Chriſtus aũt in uia ante paſſionẽ ſuam quantũ ad partem ſenſitiuã erat uiator, & cũ aliis hominibus cõuerſabatur: & ideo licet clarè uidebat diuina ſecreta, erat tamẽ uerè propheta inquantũ cognouerat lõginqua à cognitio
ne

ne aliorum hominũ,quibus annũtiabat iſta. Angeli autem in nullo ſunt uiatore,qa eorum cõuerſatio nõ eſt cum hominibus:ut habet Dan.2. Et iõ nõ poſſunt dici prophetæ ex hoc ꝙ annuntiant hominibus occulta. Eadem ratione Xp̃s poſt paſſionẽ ſuã deſinit eſſe propheta, & prophetia in ipſo euacuata fuit:qa amplius erat in uia. Sequitur:*alii dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidã autẽ dicebant: Nunquid à Galilæa Chriſtus uenit. Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid et de Bethleem caſtello ubi erat Dauid uenit Chriſtus?* Hic tangitur duplex opinio de Xp̃o, una eſt credentium & dicentium hic eſt Xp̃s. Iſti magis accedebãt ad potum,& ſitim infidelitatis magis depoſuerunt:& hoc ẽt Petrus cõfeſſus eſt. Mat.16. Tu es Chr̃s filius dei uiui. Alia erat opinio infidelium & contradicentiũ dicẽs: *Nunquid a Galilæa,&c.* quaſi diceret:Nõ qa uidebatur eis ꝙ Chr̃s eſſet in Nazareth Galilęę natus,ſicut ibi fuit nutritus. Et iſti nouerant prophetas Chr̃m in Galilæa uenturũ non ꝓdixiſſe,qđ confirmant autoritate dicentes. *Non ne ſcriptura dicit, &c. Nã qui de ſemine Dauid uenit Chriſtus:* dr̃ Hier.23. Suſcitabo Dauid germen iuſtũ,&c. Et hoc eſt nomẽ quod uocabunt,eũ Dñs iuſtus noſter. Quod aũt de caſtello Bethleẽ oriundus erat, dr̃ Mich.5. Et tu Bethleẽ Ephrata paruulus es millibus Iuda:ex te.n. exiet dux & egredietur ꝗ ſit dominator Iſrael. *Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum.* Vnde hæc diſsẽſio uſq; hodie permanet in eccleſia,& non ꝑꝑ eũ tanquam propter Chr̃m inquantum eſt filius dei: *tamẽ propter eum,i.* propter eius ueritatem & iuſtitiam. Omnes.n. credimus ꝙ Chriſtus eſt filius dei,ſed non omnes credimus ueritati eius,dum ſcripturæ ſanctæ in multis modis cõtradicimus & iuſtitię eius:dum iuſtitię dei non ſumus per omnia ſubiecti. *Quidam autem ex ipſius uoluerunt apprehendere eum, ſed nemo miſit in eum manus.* Volentes autem apprehendere eũ fuerunt de illis qui dixerunt: *Nunquid a Galilæa uenit Chriſtus?* Pſal.7. Perſequatur inimicus aĩam meam,& cõprehendar. Et Exo.15. Dixit inimicus ꝑſequar & cõprehẽdã. *Et nemo miſit in eum manus:* quia ipſe nõ permiſit. Ioã. 10. Nemo tollit à me animã meam:ſed ego pono eã à meipſo. Vnde

poſtea

poſtea quando pati uoluit non tantùm eos expectauit, ſed ſeipſum eis obtulit dicens. Io. 18. Quē quæritis ego ſum. Conſequenter pro ſecundo principali tangitur in uerbis phariſæorum diſcordatio qđ cōmendabilitas probat miniſtrorum. *Venerant ergo miniſtri ad pontifices et ad phariſæos & dixerunt ei illi: Quare adduxiſtis illum.* Ecce hic diſſenſio pontificum & phariſæorum contra miniſtros, in quo apparet eorū iniquitas. Adeo.n. mali erant ꝙ eis non poterant miniſtri ſatisfacere niſi Chr̄o nocumentū inferrent. Prou. 4. Rapitur ſomnus ab oculis eorum, niſi ſupplantauerint. Et gloſa hic dicit: O ſæui & immiſericordes, quare nō intelligitis potentiam eius quē apprehendere uultis, uobis præſentibus ſæpe locutus eſt. Cùm.n. eum lapidare uelletis, illæſus inter ictus ueſtros euaſit, & tēplum exiuit, & teneri à uobis nō potuit. Quare modò miniſtros arguitis, cur eū nō adduxerunt, cū uoſipſi dū cū eo eſſetis ipſo uolēte nihil agere poſſetis, ſed ſicut illi attoniti ſtupētesq; redientes. hæc gloſa. *Reſponderunt miniſtri. Nunquā ſic locutus eſt hō ſicut ille hō loquitur.* Vbi reddūt eū cōmēdabile ex tribus. Primo ex admirationis cā: qa non ꝑ miracula, ſed ꝑ doctrinā Xp̄m mirabantur ex qua propinquiores efficiuntur ueritati, & recedunt à cōſuetudine Iudęorū qui ſigna quærunt. 1. Cor. 1. Sc̄o ex cōuerſionis facultate, qa de paucis uerbis Xp̄i capti ſunt & allecti ad eius amorē. Tertio ex animi ſecuritate: qa ipſis phariſęis q̄ Xp̄o aduerſabanť talia dicūt de Xp̄o: *Nūquā ſic locutus eſt hō.* Et hoc rōnabiliter: qa nō ſolū hō erat, ſed ēt dei uerbū: Et iō uerba ſua erant uirtuoſa ad mouendū. Hier. 23. Nunquid nō uerba mea quaſi ignis & quaſi malleus conterent petram? Ideo dr̄ Mat. 7. ꝙ erat docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ & phariſæi. Erant ēt ſapida ad dulcorandum. Cantic. 1. Sonat uox tua in auribus meis: uox enim tua dulcis. Pſal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Erant ēt utilia ad retinēdum, quia promittebant bona æterna. Ioā. 6. Domine ad quem ibimus, uerba uitæ æternæ habes. *Reſponderunt ergo ei phariſæi. Nūquid et uos ſeducti eſtis? nunquid aliquis ex principibus credidit in eū aut ex phariſęis, ſed turba*
hæc

hæc quæ non nouit legem maledicti ſunt. Vbi ſciendum q̃ pri mo arguunt miniſtros dicẽtes: *nunquid & uos ſeducti eſtis.* q.d. Videmus uos allectos eſſe in ſermone illius. Et reuera laudabiliter ſeducti erant, q dimiſſo malo infidelitatis ad ueritatẽ fidei ſunt adducti. Hiere. 20. Seduxiſti me dñe & ſeductus ſũ: fortior me fuiſti & inualuiſti. Vnde glo. Se ductorem Xp̃m uocabant. Et idcirco miniſtros ſuos ſeductos eſſe ab eo dicebant. Et reuera & laudabiliter ſeducti erant, quia declinantes à malo inhæſerunt bono, dimiſerunt infidelitatem, tranſierunt ad fidem, abnegãtes diabolũ confeſſi ſunt Chriſtum. hæc gl. Secundo exempla principiũ proponunt, ut magnates eos auertant. Vnde dicunt: *Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum?* Ex duobus. n. aliqui ad fidem & ad bonam uitã reducuntur. ſ. ex autoritate & religione. Vnde autoritas fuit in principibus, religiõ aũt in phariſæis: ſed tñ illi Chr̃m non receperunt, ergo videtur q̃ non fuit accipiendus à nobis. Magis quippe ſunt imitandi à nobis principes propter autoritatẽ, & phariſæi propter religionem q̃ ille Ieſus. Tertio excludunt turbæ teſtimonium, dicentes: *Sed turba hæc quæ non nouit legẽ maledicti ſunt:* ergo non eſt ſtandũ cum eis. Hoc aũt ſumptum eſt Deu. 27. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius. Sed hoc male intelligebant: quia ẽt illi qui habent ſcientiam & cũ hoc opera legis faciunt, magis permanent in lege q̃ qui ſolam legis ſcientiã habent. Mat. 15. Populus hic labiis me honorat: cor aũt eorum lõgè eſt à me. Iac. 1. Eſtote factores verbi non auditores tantùm. Et gloſa; Implebatur veriſſimè in iſtis qđ dixerat dñs: In iudiciũ ergo veni in mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Cæci ẽt facti ſunt legis doctores, & uidere cęperant ſimplices neſciẽtes legẽ. Et in eum q legis autor erat credẽtes agnoſcebãt Chr̃m q legẽ ignorabãt, & qui ſe ſcire putabant contẽnebant. Hęc gloſa: *Dicebat Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eũ nocte qui erat unus ex ipſis: Nunquid iudicat lex noſtra hominem niſi audierit ab ipſo prius et cognouerit quid faciat?* Incipit euãgeliſta ponere diſſenſioné inter principes de Chr̃o, & præmittit tria, de Nicodemo duo, & unum

unum de principibus. Primũ quod pertinet ad fidẽ eius, ibi. Qui uenerat ad eum. i. crediderat. Secundũ ad fidei imperfectionem, ibi: In nocte pp timorem: ſi. n. perfectè credidiſſet nõ timuiſſet. Tertium pertinet ad falſitatem principum, ibi: *Qui unus erat ex ipſis*. Ecce quia falſum loquebantur principes, dicentes: *Nunquid aliquis ex principibus credidit eum*. Hiere. 16. Vere mendacium poſſederunt patres noſtri. Exhortatur aũt eos Nicodemus dicẽs: *Nunquid lex, &c.* Erat aũt fidelis, & uolebat eos autoritate legis ad Xp̃m cõuertere: & quia timidus erat, hoc occultè faciebat. Credebat. n. quia ſi tantũmodo Xp̃m uellent audire, ꝙ uerbum eius eſſet tantæ efficaciæ, ꝙ fortè ſimiles fierent illis qui miſſi fuerant ad tenendũ eũ in eo facto ad quod miſſi fuerant, & crederent ſicut illi crediderunt. Et notandum ꝙ ſecundum leges debet præcedere diligens inquiſitio ſententiã. Actu. 25. Non eſt Romanis cõſuetudo dãnare aliquẽ hoĩem prius, q̃ is qui accuſatur, pręſentes habeat accuſatores; &c. Iob. 29. Cauſam quam ignorabã diligenter inueſtigabam. In Exo. di. Innocentem & iuſtum non condẽnabis. Sed ex amore uel odio, prece uel pretio multi faciunt contrarium. *Reſpõderunt ãt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? ſcrutare ſcripturas & uide, quia propheta a Galilæa nõ ſurgit*. Vñ cõprehenderunt eũ quaſi ſeductorẽ dicentes. *Nunquid es tu Galilæus es?* i. à Galilæo ſeductus es. Arbitrantur. n. Chriſtum Galilæum ex conuerſatione in Galilęa. Et iõ oẽs qui Chr̃m confitebantur quaſi in opprobrium Galilæos uocant. Vnde Mat. 26. dixit ancilla Pet. Et tu Galilæus es. Sic qui nunc cõfitentur Chr̃m Chriſtiani dñr. Et primo cęperunt Chriſtiani appellari apud Antiochiam quæ eſt metropolis Syriæ ſecundum gloſ. Secundo comprehenderunt eum quaſi ignarum. Vnde dicunt: *Scrutare*. quaſi dicant: Licet tu ſis doctor, tamen hæc ignoras. Vnde Io. 3. eodem modo ſibi fuit dictum à Chr̃o: Tu es magiſter in Iſrael, & hęc ignoras? Et ſciendum ꝙ hoc eorum uerbum falſum eſt ſimpliciter: quia ſi intelligatur de prophetis generaliter, ſic aliqui fuerunt nati de Galilæa: uidelicet Heliſęus, Tobias, & Delbora propheciſſa,

& fortè

& fortè plures alii. Si autem intelligatur de propheta ſin gulariter promiſſo ad ſalutem populi qui eſt Meſſias, ſic etiam eſt falſum uerbum eorum: qui eſt quia de ipſo dicit Eſaiæ. 11. cap. q. uocatur Nazarenus, & per conſequens Galilæus. Et hoc ſciuit Nicodemus, ſed non fuit auſus dicere: nec mirum. apoſtoli enim adhuc illo tépore fuerunt timidi. *Et reuerſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam*, ideſt in própria uacui fide & fraudati à deſiderio ſuo. Iob. 5. Cõſilium prauorum diſſipat. Vel in domum ſuam, ideſt in malitiam infidelitatis & impietatis ſuæ. Apoc. 2. Scio ubi habitas ubi eſt ſedes Sathanæ.

Feria VI. *Lazarus mortuus eſt. Ioannis.* 11. Ennarratio. I.

COmmune eſt prouerbium. Amicus in neceſſitate probatur. Eccl. 6. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum. Spiritualiter, ſic nos habemus amicum. ſ. Chriſtum. Ioan. 15. Amici mei eſt ſi feceritis ea quę præcipio uobis. Iſte amicus probatur tépore neceſſitatis. Pſ. 90. Cũ ipſo ſum in tribulatione, &c. Ideo illius amici debemus habere memoriam. Quod facit eccleſia in introitu: Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Verſus: Cœli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentũ. Hunc Pſ. 18. fecit Dauid de gratiarum actione: quòd deus dederat filiis Iſrael legem. Sed ſcd̃m Hier. Dauid fecit hunc Pſ. poſt mortem Abſalonis & Sybæ cùm in pace uenit in Hieruſalẽ: ut habetur 2. Reg. 18. 19. & 20. cap. & tunc ait: Cęli enarrant gloriam dei, &c. Quod ſimiliter figuratur in epiſtola hodierna. 3. Reg. 17. ubi dicitur quòd ægrotauit filius mulieris matrisfamiliàs, quæ cibauit Heliam & mortuus eſt. Et Helias expandit ſe atque menſus eſt tribus uicibus ſuper puerum: & exclamauit ad dominum, dicens. Domine deus reuertatur obſecro aĩa pueri huius in uiſcera eius. Et exaudiuit dominus uocem Heliæ, & reuerſa eſt anima pueri intra eum & reuixit. Et ſimiliter in euangelio. *Aegrotauit Lazarus & mortuus eſt.* Aliud thema: *Lazarus amicus noſter dormit, uado ut à ſomno excitem eum.* Ioan. 11. Conſuetudo dignoſcitur ut qui bo-

na recipit ab aliquo, et debet meditari ut econtra bona ſibi impendat. Sic arbori à qua hr̃ umbra debetur humiditas. Spiritualiter, & ſic nos bona accepimus à deo. Iaco. 1. Oẽ datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſũ eſt, deſcendens à patre luminum. Ideo meditemur bona ꝑ eius paternalem dilectionem agere. Quod innuit eccleſia in introitu, dicens: Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper, dñe adiutor meus & redemptor meus. ℣. Cœli enarrant gloriam, &c. Et ſimiliter in collecta eccleſia petit hoc, dicens: Deus qui ineffabilibus mundum renouas ſacris, pręſta quæſumus ut eccleſia tua æternis proficiat inſtitutis, & temporalibus non deſtituatur auxiliis. Et figuratur in epiſtola: Mulier materfamilias multa bona exhibuit Heliæ, quorum bonorum ipſe non oblitus ei bonum rependit, reſuſcitans filium eius. Similiter in euangelio, *Martha et Maria fecerunt multa bona Ieſu in Bethania.* Huius beneficii non immemor uiſitauit eos in tribulatione. De quo thema; *Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut à ſomno excitem illum.* In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo infirmitatis Lazari nuntiatio, ibi; *Ecce quem amas infirmatur.* Secundo Chriſti compaſſio, ibi; *Vt uidit Ieſus eam plorantem infremuit ſpiritu.* Tertio Lazari reſuſcitatio, ibi; *Lazare ueni foras.* De primo dicit, In illo tempore. ſ. cũ Chriſtus ait; Ego & pater unum ſumus & Iudęi uoluerũt eum lapidare; abiit trans Iordanem à Bethania per unam dietam & manſit ibi. Interim autem Lazarus infirmabať. Ergo dicit; *Erat quidem languens nomine Lazarus.* Augu. de uerbis domini, huic languori non amici, non conſilia, nõ fomenta, non artis peritia ſuccurrunt; omnia. n. quæ pro ſalute data fuerunt in contrarium uertuntur, ergo iſte lã guor non remedio, ſed ſola morte erat finiendus. Et dicit notanter quidam particulariter. Quia fuit famoſus & nobilis ergo deſcribit eum ex nomine & loco cum ſubdit; *A Bethania diſtante 15. ſtadia à Hieruſalẽ*, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum eius ubi Chriſtus multoties hoſpitabatur. *Maria autem erat quæ unxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis ſuis.* Ecce ponit ſignũ amoris; quia

idem factum bis fecit. Primùm ex cõtritione. Lu. 7. ſecun dum ex deuotione. Io. 12. cap. Cuius frater Lazarus, infir mabat. *Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes. Domine ec ce quem amas infirmatur*, quaſi dicat: Si amaſti eum in ꝓſpe ritate, dilige eum in tribulatione. Si in uita, tũc & in mor te: ecce ꝙ amatores dei patiuntur quãdoque, quod innui tur hic cùm dr̃; *quia quem amas infirmatur &c.* Pro. 3. Quẽ diligit deus corripit: Nota infirmitas corporalis, primò eſt reprehenſiua malitiæ. Eccl. 31. Infirmitas grauis ſobriã facit animam. Exemplum de quodam milite qui inſidia batur cuidam religioſo ualde, poſt hoc infirmatus miles uocari fecit hunc religioſum qui uiſitauit eum. Cui miles dixit: Domine orare pro me. Qui reſpondit: In quo ſtatu eſtis melior & deuotior & cognoſcitis deum. Reſpondit: In infirmitate. Cui ille; Conſeruet uos in iſto ſtatu deus in quo ei melius ualetis ſeruire. Exemplum de Petronel la filia Petri quæ infirmata eſt, & dum Petrus rogaretur pro illius ſanitate, reſpondit. Et ita expedit. Hugo de ſan cto Victore; Deus multos flagellat ne peccent utilius. n. eſt frãgi doloribus ad ſalutẽ, ꝗ̃ uti incolumitate ad dam nationẽ. Sc̃dò infirmitas eſt excitatiua boni. Pſ. 15. Multi plicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea accelerauerũt. Et ſic in beato Hieron. cui nõ ſapiebat diuina ſcriptura. Poſt flagellationem autem diligenter legit eam. Tertio eſt cõ ſeruatiua. 2. Corin. 12: Libenter gloriabor in infirmitati bus meis, ut in me inhabitet uirtus Chr̃i. Quarto eſt glo rificatiua dei ut hic. Sed diceres, quare non iuerunt perſo naliter? Reſpondet Chryſ. Primò quia uehementer confi debant de Chriſto, ideo ſperabant quòd per nuntium nõ recuſaret. Secundò quia à luctu detinebantur; & circa ſer uitium infirmi occupabantur. Aug. de uerbis domini: Iſtę duæ ſorores iuuenes ægrotantis lectulo inhærebant, iugi ter fouebant, eloquiis conſolantur patienter inquiunt, ſu ſtine & noli deſperationem continere: quia ueniet Chri ſtus & ſanaberis. Tertio ſecũdum Theophi. quia erãt mu lieres quibus non erat licitum exire domũ & currere per uias. Quærit Aug. quare non dixerunt, Veni & ſana eum,

vt Regulus Io.4.uel dic uerbo,vt Cēturio Matt.8.Reſpō det Aug.quia inſinuatio neceſſitatis ſufficit amāti abſq; alicuius petitionis additamēto ſpeciali.Vel ideo quia cō miſerunt uolūtati Chriſti:quia neſcierunt quid magis ſa luti fratris expediret an.ſ.ſanitas uel infirmitas.Reſpōdit Ieſus.*Hæc infirmitas non eſt ad mortem*.ſ.finaliter.Nota ali qua infirmitas eſt ad mortem corporis tantùm, & eſt ſan ctorum.Alia eſt ad mortem animæ tantum,& eſt peccato rum.Tertia corporis & aīæ,& eſt damnatorū, & ſic nullo modo infirmitas Lazari fuit ad mortem. Non corporis, quia non eſt detentus ſed ſuſcitatus:nec aīæ, quia fuit in gratia:nec in his ſimul,quia nō fuit in inferno,ſed in lim bū deſcendit.Sed pro gloria dei, ut filius dei glorificetur per illam.ſ.ut populus uidens miraculū conuertatur ad fi dē.Tunc ſubdit:*Diligebat aūt Ieſus Martham & Mariā ſoro rē eius et Lazarum*: q̄a ſibi multa bona operati ſunt. Myſti cè ad deſignandum quòd triplices homines diligit deus .ſ.actiuos qui ſunt intellecti per Marthā, cōtemplatiuos per Mariā,& pœnitentes per Lazarum. Iſtæ ſunt tres uię eundi ad cœlum. Prima eſt ire per uitam contemplatiuā. Iſta uita ſignificatur per Mariā quæ ad Chr̄i pedes Luc. 10.ſedebat:& eius uiſione & locutione paſcebatur.Et iſta uita eſt diuturnior q̄ actiua quia illa finitur,iſta non au- fertur.Ideo dicitur.Luc.10. Maria optimam partem ele- git quæ nō auferetur ab ea.Actiua uita tantum eſt in prę ſenti non in futuro.Ibi enim non eſt neceſſe ꝙ aliquis ali quem induat.quia ibi ueſte immortalitatis oēs ſunt indu ti:nec aliquē potet uel paſcat:quia oēs ſunt ſatietate ple ni. Nec ꝙ hoſpitio recipiat: quia omnes ſunt in propria patria: nec ꝙ aliquem infirmum uiſitet, quia nullus ibi infirmatur:nec ꝙ aliquem ad ſepulchrum portet uel ſepe liat:quia nullus ibi moritur. Nota quòd iſtę duæ ſorores erant ex eadem ſtirpe.Ita etiam utraque uita procedit ex eadē radice.ſ.charitate dei& ꝓximi.Sed Martha erat anti quior,ſic actiua prior ē q̄ cōtēplatiua: q̄a ex bono ope tē dit ad contēplationē.Sed licet eſſent ſorores,tn̄ una con- tra aliam murmurabat. Vn̄ Martha conqueſta eſt Luc.10. dicens;

dicēs.Soror mea reliquit me ſolam miniſtrare.Sic actiua uita impedit contēplationē. Nota uita contemplatiua bene ſignificatur per Mariam.Primo quia Maria interpretatur dña, & ſic actiua ſeruit contēplatiuæ tanquā ancilla dñæ.Vnde Greg.ſuper Ezec. Actiua uita ſeruitus,contemplatiua libertas uocatur, quia non occupatur temporalibus.Iō Maria ſedebat Luc.10.Scđa uia qua itur ad cęlum eſt actiua uita,& iſta ſignificatur per Martham quę pauperes & peregrinos recipiebat: & iſta uita eſt utilior & fructuoſior q̄ prima.Eſt.n.utilior proximo,qa inde ſuſtētatur.Eſt utilior faciēti,quia inde remuneratur. Bona .n.temporalia non ſunt noſtra propria: ſed ſunt conceſſa nobis.Non ſunt mãſura,ſed ſunt tranſitoria. Nō ſunt pretioſa ſed uilia.Itē actiua ꝑ Marthā ſignificatur & benè. Primò Martha fuit larga. Luc.10.Satagebat,ideſt ſatiagebat;& ſic actiua uno modo ſecundum facultatem ſubuenientis.Thob.4.Qūo potueris,ita eſto miſericors. Si nō in cibis,tunc impartire in ſeruitiis. Si fuerit copia, tunc abſdāter tribue.Aug.In affectu cordis penſanda eſt eleemoſyna faciētis.Scđò Martha fuit frequēs in miniſterio: & ſic opus pietatis debet fieri aſſidue. Primò ideo quia liberat à culpa.Eccl.3.Sicut aqua extinguit ignē, ſic eleemoſyna reſiſtit peccatis.Scđo remidit à pęna.Tho.12.Eleemoſyna ab omni pctō & à morte liberat, & nō patietur aīam ire ad tenebras. Ambr. Pietatē frequenter faciens quãuis lubricū carnis patiatur, uapulabit qūidē ſed non peribit,i.diſponit hominem ad gratiā, & non ſinit facilè perire.Tertio uitā dat, primæ ad Timot. 4. Pietas ad oīa ualet promiſſionem habens uitę quę nunc eſt & futuræ. Item eleemoſyna facit ut accōmodata ſint propria: quia illa quæ pauperibus damus propria habemus. Pet. Rauē. Da pauperi ut det tibi:quia quicquid pauperi dederis tu habebis:qđ pauperi non dederis,alter habebit,Idē.Si hic mãſurus es q̄ tua sūt hic repone,ſi aūt illuc iturus es,hęc q̄ tua sūt cur hic relinquis? Qui relinquēda ſeruat aliorū cuſtos eſt nō ſuorū.Facit ét eleemoſyna ut ea quę sūt trāſitoria,fiāt perpetua & ſecura. Ambroſius. In tuto ponit

quod deo cuſtode ſeruatur. Pet. Raue. Quicquid pauper accipit parer cœleſtis ſuſcipit, & in cęlo recondit. Dicit Aug. q quaſi quẽdã contractũ hic facis cùm deo tuo hic das: ibi recipis, hic das res perituras, ibi recipis res ſine fine manſuras: Facit ẽt eleemoſyna ut uilia ſint pretioſa: quia terrã mutant in cœlũ, Aug. Da nummũ ut accipias regnum: da partem ut accipias totum. Et ſubdit Deus unũ accipit & dat centũ, & tñ nolunt cum deo homines habere contractum. Quantùm aũt deus uitam actiuã diligat, oſtendit per hoc q non de Rachel per quam ſignificatur uita contẽplatiua, ſed de Lia per quam ſignificatur uita actiua naſci uoluit. Tertia uia eundi ad cęlum eſt per pœnitentiã. Si. n. aliquis per mortale peccatum à uità contẽplatiua uel actiua receſſit unũ ſibi reſtat, ſ. q recurrat ad pęnitẽtiæ remediũ, uel ſuffragiũ. Et tunc q erat mortuus per culpã, reſurget per pœnitentiã. Iſti ſignificãtur per Lazarum qui fuit mortuus, & poſtea reſuſcitatus: *Diligebat igitur dominus Martham, Mariam & Lazarum.* Quia Chriſtus diligit frequenter cõtemplantes, utiliter operantes, & à peccato reſurgentes. Ideo qui nõ ſunt in numero iſtorum trium, à deo non diliguntur, ſed odiuntur. Iſti ſunt illi tres uiri de quibus dicitur Ezec. 14. Iſti tres uiri Noe, Daniel & Iob in ſua iuſtitia liberabunt animas ſuas. Per Noe qui arcã fabricauit & in fluctibus rexit, ſignificãtur actiui qui ſæpe multis fluctuationibus exponũt. Per Daniele q cœleſtes uiſiones aſpexit, intelliguntur contẽplatiui. Per Iob qui interpretatur dolens, intelligũt pęnitẽtes qui de peccatis ſuis dolere debent. Subditur curationis declaratio. *Et ergo audiuit, quia infirmabatur,* tunc quidem duobus diebus manſit in eodẽ loco, in tertio die iuit in iudæã, in quarta die quando iam quatriduanus fuit, ſuſcitauit Lazarum. In quo patet q eo die mortuus fuit qñ Xpũs recepit nuntium ſororum Dedit aũt locum mortuo per tot dies Primo ideo: quia ex pñſentia eius mors Lazari fuiſſet impedita, qa ubi uita pñens eſt, ibi mors habere locũ nõ põt. Scđo ut miraculũ credibilibus redderetur & nullus poſſet dicere q mors illa fuiſſet tantũ ſcđm apparẽ

tiam,

tiam, q.ſ. per ſenſuum illuſionem facta eſſet à Chriſto & per arte͂ magica͂. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis: *Eamus in iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi nunc quærebant te iudæi lapidare et iterum vadis illuc?* Nuper uolebant eu͂ lapidare iudæi, iō præter cōſuetudine͂ prædicit eis: *Eamus in iudæa͂.* Quia ſciebat eos ante terreri, ut minus iacula feriant q̄ præuidentur, ut Greg. dicit. *Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim horę ſunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia luce͂ huius mundi videt. Si au͂t ambulauerit in nocte offendit, quia lux nō eſt in eo.* Q̄d duobus modis exponit. Primo ſcd̄m Chryſ. q.d. Vos dubitatis aſcendere in iudæa͂ qa nup̄ voluerunt me lapidare, ſed dies habet duodecim horas & quod contingit una nō contingit altera. Vnde ſi uoluiſſe͂t me lapidare in una hora: hæc forte iam nolunt, qa mutato te͂pore pōt & voluntas mutari. Erat.n. prouerbiu͂ apud iudęos, & eſt adhuc apud nos, & loque͂do de mutatione propoſiti dr̄: *duodecim ſunt horæ diei.* Et iō Saluator vſus eſt tali modo loque͂di. Et oſtendit vlterius q̄ ſecuri debe͂t eſſe, dicens: *Si quis ambulauerit in die,* i. honeſtè & abſq; conſcie͂tia alicuius mali. Ro. 13. Sicut in die honeſtè ambulemus *nō offendit,* i. nō inuenit qd̄ ei noceat. Et hoc iō: qa luce͂ huius mundi videt & lux iuſtitiæ in eo eſt. Pſ. 96. Lux orta eſt iuſto & rectis corde lætitia. q.d. dn̄s: Nos ſecurè poſſumus ire cu͂ in die ambulemus. Si au͂t ambularemus in nocte iniquitatu͂, de facili multa pericula nobis eueniret. De qua nocte. 1. Theſſ. 5. Qui dormiunt nocte dormiu͂t. Et talis offendit, i. impingit: qa lux, ſ. iuſtitiæ nō eſt in eo. Alio modo exponit Greg. in illo loco *Si quis ambulauerit in die, &c.* dicens, q̄ dies eſt præſentia Xp̄i in mundo. Nox verò eſt tempus poſt paſſione͂ eius, ut ſit ſenſus: Nō eſt timendu͂ de Iudęis: qa quandiu ego ſum in mu͂do, vobis nō imminet periculu͂. Vnde q͂n iudęi eu͂ capere voluerunt. Io. 18. dixit turbis: Si ergo me quęritis, ſinite illos abire. Sed in nocte, i. in te͂pore poſt paſſione͂, tunc timendu͂ eſt vobis ire in iudęa͂: quia patiemini à iudęis perſecutionem Zach. 13. Percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. Alio modo exponit Aug. Dies eſt ipſe Xp̄s, horę duodecim apoſtoli. Ioann. 9.

Nõne duodecim uos elegi,ſed timendum eſt,quod ſequitur:Et unus ex uobis diabolus eſt.Iudas ergo non erat hora huius diei,quia non lucebat. Sed dicendum q; dñs hoc mõ dixit non habito reſpectu ad Iudam:ſed ad ſucceſſoré ſuum,ſ. Matthiã. Eſt ergo ſenſus:*Nõne duodecim horæ*, q.diceret:Vos eſtis horæ,ego ſum dies.Sicut ergo horę conſequũtur diem:ita uos debetis me ſequi.Si ego uolo ire in iudæam:uos non debetis me præire, nec uoluntatem meã mutare,ſed debetis me ſequi.Simile dicit Pet.Mat.16.Vade poſt me ſathana,i.me ſequaris,nec præcedas meam uoluntatem.Nec debetis timere periculũ:quia uos itis mecũ qui ſum dies.Vnde ſicut qui in die uadit non impingit, i. non offendit:ita nec uos qui mecum itis.ad Ro.8.Si deus pro nobis quis contra nos?Et hoc ideo:quia lucem huius mundi,i.me uidet.*Si autẽ ambulauerit in nocte*,i.in tenebris ignorantię & peccati,tunc *offendit*. Et hoc ideo, quia lucé huius mundi non uidet.Lux,ſ.ſpiritualis non eſt in eo,nõ quidem ex defectu lucis,ſed ex eorum rebellione. Iob.24. Ipſi fuerunt rebelles lumini Nota multiplex eſt dies. Primus eſt naturalis,& hic habet 24.horas.Gene.1.Factũ eſt veſpere & mane dies unus.Ideo modo dr̃: Meméto ut dié ſabbathi ſanctifices.Exo. 20. Secundus dies eſt artificialis qui cauſatur ex aſcenſione ſolis ſuper nr̃m hemiſperiũ. Et ille qñq; hẽt plures horas,qñq; pauciores, ſm q; Sol uno tempore plus apud terram manet q̃ alio. Nam in noſtro climate breuiſſimus dies eſt octo horarũ, ſed longiſſimus ſexdecim.Et diuitur contra noctẽ. Tertius dies eſt æternitatis,de quo Mich.5.Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis, quia iſte dies lucet ſine diminutione ſui, & ſine corruptione: quia ibi eſt æternitas ſine uariatione.Pſ.101. Tu aũt idem ipſe es & anni tui non deficient.Quartus eſt dies ſupernæ iucunditatis. Pſ. 83. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.Iſti diei nõ ſuccedit nox.Apoc.22. Et nox ultra nõ erit,& non egebit lumine lucernæ. Quintus eſt dies gratię ſalubritatis.De quo Ioã.9.Me oportet operari opera eius q miſit me donec dies eſt. Et ille dies diuiditur cõtra noctem culpæ & gehénę, qñ nemo poteſt

operari.

operari. Subdit. *Poſt hoc dixit illis: Lazarus amicus noſter*, pp multa beneficia & obſequia, ſ. quæ nobis exhibuit, *dormit ſed uado ut à ſomno excitē illum.* Nota mortem Lazari uocāt hic ſomnum. Primo pp ſpē reſurrectionis. 1. Theſ. 4. Nolo uos ignorare de dormientibus, neq; contriſtemini ſicut cæteri qui ſpem nō habent. Secundo pp facilitatem reſurrectionis. Vnde Aug. Tanta facilitate excitabat eum de ſepulchro, quanta aliquis excitat aliquem de lecto. Nec mirum quia ipſe eſt qui ſuſcitat mortuos & uiuificat. Ioā. 5. Veniet hora q, hi qui in monumentis ſunt, audiēt uocem filii dei, &c. Tertio propter meliorationis mutabilitatem. j. Cor. 15. Surgent mortui incorrupti. *Tunc dixerunt diſcipuli eius; Domine ſi dormit ſaluus erit;* quia ſomnus ægrotorū ſignum eſt ſanitatis. *Dixerat Ieſus de morte eius; illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret.* Et iō putauerunt inutile eſſe, ut iret illuc ad excitandū illū. Et non mirum: quia animales fuerunt. 1. Cor. 2. Aīalis hō non percipit ea quæ ſpiritus dei ſunt. Nota licet dn̄s ſubito poſſet diſcipulos facere perfectos in fide & in oī ſciētia: tn̄ propter nos inſtruendos uoluit eos paulatim proficere: ut non miremur ſi & nos paulatim in uirtutibus proficimus & in religione & in ſanctitate. Et hoc facit propter tria. Primo propter hoc ut nullus glorietur de ſuis meritis aut de ſua bonitate, uel ingenio quouſq; peruenerit ad ſummū, & hoc non eſt de lege cōi. Secundo ut hō cognoſcens infirmitatem ſuā non ceſſet corde, ore, & opere petere à deo ut ipſum ad perfectā ſanctitatē perducat. Tertio ut hō intelligens ſe dei adiutorio indigere, quotidie de uirtutē, de bono in melius proficiat ſemper bene operando, quādiu.n. uiuit ſemper pōt gr̄a dei augeri in eo: meritum que ipſius multiplicari & melior fieri. *Tunc dixit eis Ieſus manifeſte; Lazarus mortuus eſt, & gaudio propter uos ut credatis, quia ibi non erā; ſed eamus ad eum*, q. d. Nos audiuimus infirmitatē Lazari, ſed ego abſens annuntio eius mortem: & gaudeo propter uos, i. propter ueſtrā utilitatē: ut ex hoc ſumatis experimentum diuinitatis meæ: quia inquantum abſens iā uideo. Hebræ. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculi eius.

Nec mirum, quia ipſe eſt omnibus præſens. Hiere. 23. Cælum & terram ego implebo Et dicit notanter credatis, nõ ut modò inciperent, ſed ut amplius robuſtiusq; crederét, ad inſtar illius. Mar. 9. Credo dñe, adiuua incredulitatem meã: ſemp. n. fides eorum miraculis augebat. Ex eo uerò q gaudet ex morte Lazari, datur intelligi q aliqñ malũ ſit ratio gaudii inquantum ordinatur ad bonum. Rom. 8. Diligẽtibus deum oĩa cooperãtur in bonum. Ex eo autẽ q dicit, *Eamus*, datur intelligi dei clemẽtia q homines in peccatis exiſtẽtes quaſi ſurſum præueniendo attrahit, ſcd̃m illud Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te. & ideo attraxi te miſerãs. *Dixit ergo Thomas qui dicitur Dydimus ad condiſcipules: Eamus & nos ut moriamur cum illo.* Scd̃m Chryſ. Thomas erat magis timidus q̃ alii, ideo dicit: *Eamus*, quaſi diceret: Exponemur periculo, quia ipſe non timet mortem, potius nãq; uult ire ſe & nos morti tradere. Alio modo ſecundum Aug. hoc dicebat ex magna dilectione, quaſi diceret: Melius eſt nobis cũ illo mori q̃ ſine illo uiuere. Unde gloſa: Amabant nanq; incõparabiliter apoſtoli dominum, eorumq; uita ex illius præſentia pendebat adeo, ut cum eo uiuere aut cum eo certè mori iucundũ haberẽt. *Eamus, inquit, & moriamur cum illo*; quia uidemus eum ad inimicos & ad mortẽ properare. Nec. n. à tali cõſilio ualemus eum reuocare. *Eamus & nos, &c.* ne poteſt eius necẽ deſerti & incõſolati ibi maneamus. Hæc gloſa. Nondũ. n. intellexit Thomas q poſt mortem, reſurrectionẽ & aſcenſionem ſuam eſſet alium conſolatorem miſſurus. Io. 15. Si non abiero paraclytus non ueniet ad uos. *Venit itaq; Ieſus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* Vbi ſciendum q ante reſuſcitationẽ à mortuis ipſius Lazari poſſunt multa conſiderari. ſ. quorum unum eſt tẽpus mortis, quod tangitur, cùm dr. *Venit itaq; & inuenit eum quatuor dies, &c.* Per hos quatuor dies ĩtelligunt quatuor dies quadruplicis mortis. Primo mors originalis ad Ro. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum mors, ecce primus dies. Et mors trãſgreſſionis legis naturæ. Eſa. 24. Trãſgreſſi ſunt leges: mutauc-

tauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternũ. Ecce ſcds dies. Et trãſgreſſionis legis ſcripturæ q̃ prohibet ẽt mala; & ipſa cõtemnitur. Ecce dies tertius mortis. Et eſt mors tranſgreſſionis legis euangelicę qua prędicat Xp̃s æterna uita, econtra gehenna, ſed & hoc cõtemnunt homines. Ecce quartus dies mortis in qua putret hõ. Et illa eſt periculoſior aliis ad Heb. 10. Irritã quis faciẽs legẽ, &c ſecundũ Aug. hæc quadruplex mors eſt peccatorũ quæ eſt peſſima, ſcd̃m illud Pſ. 33. Mors peccatorum peſſima. Tunc ſubdit. *Erat Bethania iuxta Hieruſalem quaſi ſtadiis quindecim. Multi autẽ ex Iudæis uenerunt ad Mariam & Martham ut conſolarentur eas de fratre ſuo.* Hoc eſt cõtra aliquos Chriſtianos, qui negligunt conſolari tribulatos, cũ tamẽ ſcribit Ro. 12. Gaudete cum gaudentibus, flete cũ flentibus. Quidam uenerunt ex ſincera cõpaſſione ut amici. Aliqui ex ficta ſimulatione, quia erãt nobiles & diuites domiuæ uolentes eis placere. Quidã ex dati affectione ut pauperes. Quidã ex maligna inſultatione ut Phariſæi, qui poſtea dixerũt: Non poterat hic facere ut non moreretur qui aperuit oculis cæci nati? *Martha aũt ut audiuit quia Ieſus uenit occurrit ei Maria aũt domi ſedebat:* quia præſentiam Chriſti ignorabat. Nã Martha habebat curã domus, & iõ primò ei nũtiatus eſt Xp̃i aduentus. Sed diceres. Quare Martha nõ reuelauit ſtatim ſorori aduentus eius? Reſpondetur, primo uoluit experiri fiduciam ſi quid poſſet habere de fratre ſuo ut proſpera nunciaret ſorori ſuę. Secundo celauit propter Iudæorum præſentiam, quia conſpirauerant in mortem eius. Tertio propter deſiderii ſui uehementiã. Ita. n. uehementer deſiderauit loq cũ Xp̃o ut non aliunde cogitaret. *Et dixit ad Ieſum: Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus.* Credebat. n. q̃ pręſente Chriſto mors locũ habere nõ potuiſſet: quia uidit mulierem ad ſolũm tactum fimbriæ fuiſſe ſanatã. Et in hoc imperfectè credidit, quia Xp̃s æqualiter ſe habet ad præſentia & abſentia: quia oĩa ſunt ſibi præſentia. Hiere. 23. Putaſne ẽ uicino deus ego ſum, & non deus de longe. Subdit: *Sed nunc ſcio; quia quęcunque popoſceris a deo dabit tibi deus* Arbitrabatur quod Chriſtus

orando poſſit præteritam mortem excludere. Sicut Heliſæus orãdo puerum ſuſcitauit. Ergo adhuc fuit imperfecta in fide. Ideo dicit ei Ieſus. *Reſurget frater tuus.* Quia autem Martha imperfectè cognoſcebat, iõ dñs ad altiora inſtruẽdo prouehit, pronuntiãdo Lazari reſuſcitationẽ. Sed ipſa ait: *Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die*, q.d. Nõ eſt auditum à ſeculo quod quis quatriduanũ mortuum & fœtentem in monumento reſuſcitaret. Ideo in cor meum cadere nõ poteſt, ꝙ ſtatim reſuſcites eum niſi in futuro. *Dicit ei Ieſu. Ego ſum reſurrectio et vita*, ideſt reſurrectionis cauſa, quia reſurrectio Xpi eſt cauſa reſurrectionis noſtræ: & reſurrectio generalis fiet virtute Xpi uocantis mortuos ad iudicium. 1. Cor. 15. Qm̃ quidem per hoĩem mors & per hominem reſurrectio mortuorum. Et uita, ſ. per eſſentiam propter quod ſum cauſa uitæ omnibus uiuentibus. *Qui credit in me*, ſ. per fidem formatam: *etiam ſi mortuus fuerit*, ſupple corporaliter *viuet*, ſupple ſpiritualiter: Abac. 2. Iuſtus in fide ſua uiuet. *Et omnis qui uiuit et credit in me non morietur in æternum*, ideſt morte ęterna. Mar. ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. *Credis hoc. Ait illi. Vtique domine. Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius dei uiui qui in hunc mundum ueniſti.* Gloſa? Sciebat Chriſtus hoc quem nihil latere poteſt ꝙ crederet, ſed confeſſionem quia ſaluaretur quærebat. Roman. 10. Corde creditur ad iuſtitiam: ore aũt confeſſio fit ad ſalutem. Itẽ interrogat: quia dicit ſanctus Thom. in 2.2. q. 40. arti. 2. Fides non ſufficit in mente, niſi oris confeſſione exprimatur. Roma. 10. aliàs Petrus non peccaſſet negando Chriſtum. Ideo dicit: *Ego credidi*, quaſi diceret ſecũdum Augu. Quicquid dicis de poteſtate tua, ideſt effectu ſalutis credo totum: & quod ego credo plus eſt radix omnium, ſ. *quod tu es Chriſtus filius dei uiui qui in hunc mundum ueniſti*, pro ſalute generis humani. Ioan. 16. Exiui à patre & ueni in hunc mundum. *Et cùm hęc dixiſſet, abiit et uocauit ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt*, dicit ſilentio, pp Iudæos præſentes, quorum quidam contra Chriſtum machinabantur: Itẽ dicit: *Et uocat te*, quia præſentiã Chriſti putabant abſentationẽ. *Illa aũt ut audiuit, ſurrexit*

xit cito et uenit ad eum . Nondum.n.venerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrit ei Martha. Non diſtulit propter lucrum,nō tardauit propter aſſiſtentes.ſed ſtatim ut audiuit ſurrexit citò . Etiā præueniſſet Martham ſi ſibi aduentus Chriſti fuiſſet prius nuntiatus . *Iudæi igitur qui erant cū illa in domo, et conſolabantur eā,cum uidiſſent Mariā quia cito ſurrexit et exiuit, ſecuti ſunt eam dicentes.* quia uadit ad monumentū ut ploret ibi. Iſti Iudæi nō audierunt uerbum Marthæ,ideo credebant eam ſubito motā ex compaſſione fratris ſui. Etiam diuina prouidentia factum eſt, ut Iudæi ſequerētur Mariam: ut dum plures eſſent ibi qñ Lazarus reſuſcitaturus erat, tam grande miraculum quatriduani mortui reſurgentis teſtes plurimos īuenirer. *Maria ergo cùm ueniret ubi Ieſus erat, uidēs eum cecidit ad pedes eius et dixit ei:Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus,* quaſi diceret ſcd̄m Aug. Dum nobiſcum præſens fuiſti,nō morbus, non infirmitas,nec mors aliqua nobis appropinquare cauſa eſt. Vide ēt Marię firmitatem,licet eſſe mandatum principum ꝗ nullus cōfiteretur Chriſtum,tñ hoc non uerctur,ſed ſecurè eum confitetur . *Ieſus autem uidens eam plorantem , & Iudæos qui uenerant cum ea plorantes infremuit ſpiritu,* ſ.ex indignatione eius cōtra diabolū, per cuius ſuggeſtionem mors uenit in mūdum quem erat cito debellaturus. *Et turbauit ſeipſum,* ſ.ex compaſſione Lazari & ſororum eius. *Et dixit ubi poſuiſtis eum?* Non ex ignorantia interrogat,ſed ut populi ſibi ſepulchrum indicantes confiterentur Lazarum mortuum & ſepultum,& ſic miraculū ab omnibus uideretur. Vel vt myſticè demonſtraret ſe huiuſmodi peccatorē neſcire cuiuſmodi per Lazarum ſignificatur: *Dicunt ei.Domine ueni et uide. Et lachrymatus eſt Ieſus propter multa.* Primo ꝓpter compaſſionem & veritatem. Secundo vt oſtendat non eſſe reprehēſibile ſi quis plorat ex pietate: Eccl. 38. Filii ſuper mortuum produc lachrymas . Tertio ſcd̄m Hiero. nō fleuit Lazarum mortuum,ſed re diuinum. Quarto ſcd̄m Chryſ. vt oſtenderet humanā naturā verè aſſumptā. Nota Chriſtus fleuit quater. Primo in natiuitate. Vnde canit eccleſia: Vagit infans ītēr arcta poſitus ꝑſepia,

ubi

ubi angeli lętabantur Et in hoc fleuit q perdidimus gau diũ angelorũ. Secundo ſuper ciuitatẽ Hieruſalẽ Luc. 19. dicens:Si cognouiſſes & tu.Ibi fleuit noſtram ignorantiã. Iaco.5.Plorate ululantes in miſeriis ueſtris q aduenient uobis.Tertio fleuit ad ſepulchrum Lazari ut hic,& ibi defleuit noſtram præſentem miſeriam quã & nos deflere debemus.Tob.4.Memento fili qm pauperem uitã gerimus. Eccl.2.Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt. Quarto fleuit in cruce.ad Hebr.5.Cũ clamore ualido lachrymis,&c.Et ibi fleuit noſtrã ingratitudinẽ. Figuratur 2.Reg.15.Dauid aſcendit cliuum oliuarum, & fleuit q filius eius Abſalon erat ſibi ingratus.Spiritualiter,ſic Xps aſcendit crucem flens peccatorum ingratitudinẽ. Doctrina.Myſticè per Lazarum intelligitur quilibet peccator in mortali.Talis 1.infirmatur,2.moritur,3.quatriduanus in monumẽto iacet,4.fętet.Et ſic pctõr primo infirmatur qñ hõ non habet deuotionem nec dei dilectionẽ, dicens illud Pſ.6.Miſerere mei dñe,qm infirmus ſum. Infirmitas hois cognoſcitur qñ habet debitum ſaporem cibus & potus.Et infirmitas ſpiritualis cognoſcitur qñ homini non ſapit uerbum dei:quia uerbum dei eſt cibus animæ.Deut. 8.Non in ſolo pane uiuit hõ,ſed in omni uerbo qđ egreditur de ore dei. Figuratur in filio mulieris in epiſto. 3. Reg.18.in quo non remanſit halitus.Secũdo hanc infirmitatem ſequitur mors, i.peccatum mortale. Nam ſicut hõ mortuus frigidus eſt:ſic pctõr,quia ſine igne diuini amoris.De quo Lucæ 12. Ignem ueni mittere in terram, &c. Et ideo dñs hortatur nos. Matt. 24.Orate autem ut non fiat fuga ueſtra in hyeme,i.mors,uel ſabbatho, i. in otio. Tertio erat quatriduanus, quatuor.ſ.dies habens in monumento peccati.Primus dies eſt malus conſenſus in corde per quẽ anima moritur. Sap.1. Peruerſæ cogitationes ſeparant nos à deo.Et figuratur.Matt.9.in puella mortua in domo.Iõ Matt.5.dr: Qui uiderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdum eã:iã mœchatus eſt in corde ſuo. Et ecõtra,ubi cõſenſus non eſt,ibi peccatum abeſt ſaltem mortale. Aug. Non ſentit qui non conſentit.Secũdus dies eſt malus cõſenſus

in ore, qñ. ſ. ille conſenſus uerbis exprimitur alios ſcandã lizando. Matt. 12. Ex uerbis tuis damnaberis. Vt heu multi ſunt. Eſa. 3. Peccatum ſuũ quaſi Sodoma prędicauerũt, nec abſconderunt. Ideo Mat. 18. Væ illi per quẽ ſcandalũ uenit. Et hæc dies mortis figuratur per adoleſcẽtẽ Luc. 7. qui efferrebatur extra portã ciuitatis. Tertius dies eſt malum opus Iac. 1. Pẽtm cõſummatũ fuerit generat mortẽ. Quartus dies eſt peccãdi conſuetudo, qñ. ſ. hões difficulter dimittũt peccata, dicentes ſe nõ poſſe dimittere, quod tñ eſt peſſimũ. Hier. 13. Sicut Aethiops nõ põt mutare pellem ſuã, aut pardus uarietates ſuas: & uos poteritis bene facere cum did. ceritis malũ. Et Prou. 22. Adoleſcẽs iuxta uiam ſuam graditur, cum ſenuerit non declinat ab ea. Et ex illa conſuetudine peccandi ſequitur fętor. Ioel. 1. Computruerunt ut iumẽta in ſtercore ſuo, ſ. fœtẽtes. Matt. 23. Væ uobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis: quæ à foris apparẽt hoĩbus ſpecioſa: intus autem ſunt plena oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia, & tales difficulter reſuſcitantur De quo Greg. Difficilè ſurgit quem moles malæ conſuetudinis premit. Nam multa requirũtur ad talẽ reſuſcitationem Lazari, i. peccatoris. Primo Chriſtus turbauit ſe & fleuit. Et ſic peccator debet flere & cõturbari in uera contriti[illegible]ne. Hier. 6. Luctũ unigeniti fac tibi plãctum amarũ. [illegible]ut mr̃ inconſolabiliter flet pro unigenito filio ſuo ſic, [illegible]or flere dẽt pro aĩa mortua. Eccl. 22. Super mortuũ plora qm̃ deficit lux eius. Sed heu aliqui totaliter indurati ſunt, quo conqueritur. Ber. dicens: Cadet a[illegible]nus, eſt qui ſubleuat: cadet aĩa, nõ eſt qui recogitat. Cùm tñ requiritur ad talem reſuſcitationẽ uera contritio. Ideo Pſ. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Sic fleuit Ezechias. Eſai. 38. audiens ſibi Eſaiã prænũtiare mortem ſuã. Secũdo Chriſtus interrogat ubi poſitus ſit, ad denotandum, ꝙ nõ uult ſcire peccatores ꝑ approbationẽ. Matt. 7. Non noui uos, diſcedite à me oẽs: qui operamini iniquitatem. Tertio oſtendunt ei ſepulchrum. Sic nos debemus ei oſtendere profunditatem & deformitatẽ peccati in cõfeſſione. Boetius: Si opus medicã-

tis.

tis expectas, oportet ꝙ uulnus detegas. Quarto iubet auferre lapidem. Spiritualiter. i. obſtinationẽ. Hic lapis tollitur quando cordis duritia emollit. Ezech. 36. Auferã cor lapideũ de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneũ: & ſpiritũ meum ponã in medio ueſtri. Et hoc per diſcipulos. i. p prędicatores. Pſ. 90. Ne offendas ad lapidẽ pedem tuũ: iõ angelis ſuis mãdauit de te, &c. Quinto Xp̃s orauit. Et ſic nos. Iac. 5. Multum ualet deprecatio iuſti aſſidua. Sexto clamauit clamore magno ad innuẽdũ ꝙ multum clamare oportet in prędicatione, ut peccator ceſſet à peccati conſuetudine. Eſa. 58. Clama ne ceſſes & quaſi tuba exalta uocẽ ſuam. Etiam ut clametur in oratione. Pſ. 90. Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Et clamore magno. De quo Ber. In dei auribus deſiderium uehemens eſt clamor magnus. Intentio uerò remiſſa uox eſt ſubmiſſa. Septimo uocauit eum nomine, dicens: Lazare ueni foras. Lazarus interpretatur adiutus uel auxiliatus. ſ. gratia dei. Pſ. 120. Auxiliũ meum à dño. Nã ſine dei adiutorio peccator nõ põt ſurgere. Anſelmus ponit exemplum, dicens: ꝙ homo per ſe põt in foueam præcipitari, ſed per ſe nõ poteſt exire. Et iſtud exemplum pertinet ad auaros qui ſunt in fouea profundæ cupiditatis: qa nunquã poſſunt ſatiari. Ecc. 5. Auarus non implebitur pecunia. Secundum exemplum ponit Chryſ. Sicut nauis fracta gubernaculo illuc ducitur ubi tempeſtas uoluit: ſic homo perdito auxilio gratiæ dei non facit quod uult, ſed quod diabolus. Tertium exẽplũ eſt eiuſdem. Chryſ. Sicut populus facit regem: cum factus fuerit repellere eum non põt: ſic ſuperbi faciunt diabolũ regẽ ſuũ, ponentes thronum diaboli in cordibus ſuis. Et nullus põt eũ inde eripere niſi deus. Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ. Quartum exemplum piſcis intra per ſe hamũ, & exire per ſe nõ põt, ſic & nos. Oſeæ 13. Perditio tua ex te, ſaluatio autem ex me. Pſ. 93. Niſi dñs adiuuit me paulominus habitaſſet ĩ inferno anima mea. Octauo manus & pedes erãt ligati. ſ. funibus peccatorum. Pro. 5. Funibus peccatorũ quiſq; cõſtringet. Similiter & facies erat ligata: qa nõdũ plena erat uiſio gratiæ. Nono

iubet

iubet eū ſoluere p̄ diſcipulos.i.ſacerdotes Mat.16.Quod cūq; ſolueris ſup̄ terrā erit ſolutū & in cęlis. Ecce q̄ diffi culter Lazarus.i.pctō de cōſuetudine peccati reuocatur.

Sabbatho, *Ego ſum lux mundi.Ioan.8.* Enarratio. I.

Galenus in antidoto ueterī: Serpēs ſi manū fuerit,ſi in inſtanti hō manū alterā fonti algenti imerſerit, ſubito cōualebit. Spiritualiter , ſic & nos ſi læſi fuerimus à ſerpēte infernali,in manu prauæ operationis,alterā ma nū bonæ operationis immergamus in fontē. i, Chriſtum. Pſ.41.Sitiuit anima mea ad deū fontē uiuū. Vt ex illo bibamus hortatur nos introitus , dicens: Sitiētes uenite ad aquas dicit dñs,& qui non habetis pretium uenite:bibite cū lætitia.ſ.fontē grę.Et hūc fontē petit eccleſia in collecta:Fiat q̄ſumus dne per gratiam tuam fructuoſus noſtræ deuotionis affectus:q̄a tūc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia ſi tuæ ſint placita pietati . Et ſi fontem gratiæ appetamus ipſe non negabit nobis . Et hoc promiſit in epiſtola. Eſa.49.In tempore beneplacito exaudiui te,& in die ſalutis auxiliatus ſum tui . Et ſequit̄ : Nunquid pōt obliuiſcī mater infantē ſuum,ut non miſereatur filio uteri ſui: & ſi illa oblita fuerit ego nō obliuiſcar tui. Ecce quam bonus dñs,qui omnibus uult miſereri,& lumine ſapientiæ illuminare.Ideo dicit in hodierno euangelio. *Ego ſum lux mū di.*In ſumma euangelii tria innuuntur.Primo q̄uo ſe Xps luci aſſimilat,ibi:*Ego ſum lux mundi.* Secundo q̄uo errātes dirigit,ibi:*qui me ſequitur,&c.*Tertio quomodo lippiētes oculos excæcat,ibi:*tu teipſo teſtimonium.&c.* De primo dr̄: In illo tempore.ſ.cùm abſoluit adulteram:poſt hoc in p̄ſentia phariſæorū ait:*Ego ſum lux mundi.* Nota Chriſtus dicitur lux multis rationibus.Primo quia lux eſt pura,& ſic Chriſtus.1.Pet.2.Peccatum non fecit, nec inuētus eſt dolus in ore eius. Pſ. Candor eſt lucis æternæ & ſpeculū ſine macula.Hęc lux ſequitur candelabrum.Et ſic in pœnitētibus debet eſſe puritas.Eccl.34. Qui baptizat̄ à mortuo,& iterum tāgitur,quid prodeſt leuatio illius? Secūdo

Chriſtus dr̄ lux:quia lux eſt communis.ſ. Bonis & malis, & ſic eius gratia & beneficia Mat.5. Facit ſolem ſuum ori ri ſup bonos & malos. Pſ.32. Miſericordia dn̄i plena eſt terra.Iob.25. Sup quē non fulget lumen eius, quaſi dice ret ſuper omnes.Ioan.1.Erat lux vera quæ illuminat oēm hominem venientem in hunc mundum. Similiter in pœ nitētibus debet eſſe cōmunitas. ſ. in affectu pietatis:& cō munitas in ſubuentione proximorū. Lu.6. Omni petenti te tribue.Tob.4. Noli auertere faciē tuam ab vllo paupe re.Gal.6.Operemur bonum ad oēs.Et hoc intelligēdum eſt quantum de ſe Chriſtus oēs illuminat, non tamen oēs illuminantur.Et hoc pōt contingere tribus de cauſis. Pri mo quando hō in domo tenebroſa ſe includit. Secundo quando oculos claudit.Tertio quando obſtaculū interpo nit.Sic ſpiritualiter in domo obſcura ſe icludit q affectat ignorantiam.Iob.24.Ipſi fuerunt rebelles lumini: neſcie rūt uias eius,nec reuerſi ſunt per ſemitas illius.1.ad Cor. 14.Omnis ignorans ignorabitur. Et 38. Qui ea quæ dei ſunt ſapiunt,à dn̄o ſapiuntur.Qui ea quę dei ſunt neſciūt à domino neſciuntur. Itē oculos claudit, qui nō adhibet uoluntatem ſuam.Dan.13.Declinauerunt oculos vt non viderent cœlum:nec recordarētur iudiciorum iuſtorum. Pſ.Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.Item ob- ſtaculum ponit qui habet mortalem culpam.Eſa.59.Iniq tates ueſtræ diuiſerunt inter vos & deum veſtrum. Tertio lux habet abſcōdita reuelare.Et ſic Chriſtus reuelabit ſe- creta cordiū in extremo iudicio. 1.ad Cor.4.Nolite ante tempus iudicare quouſq; ueniat dominus,qui & illumina bit abſcondita tenebrarū,& manifeſtabit conſilia cordiū. Iam.n.luxurioſi abſcōdunt adulterium:ſed ibi manifeſta bitur.Naum 3.Reuelabo pudente tua in facie tua:& gēti- bus oſtendam nuditatē tuā:& regnis ignominiā tuā. Nūc abſcōdita eſt pœna reprorum.Lu.19.Si cognouiſſes & tu, &c.q̄ nunc abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Sed ibi reuelabi tur.Apoc.18.Quantū glorificauit ſe in deliciis,tātū date illi tormētum & luctum. Nūc illum effectū lucis debemus habere.ſ.nos pœnitētes,ut.ſ.peccata nō abſcondamus ſed

reuela-

reuelemus.Pſ.36.Reuela dño uiam tuam. Ambr.ſup Pſ. Quod hō tetigit,deus deregit. Quarto lux facit uigilare. Pſ.62. Ad te de luce uigilo. Sic Xps ad uigilandū nos ſollicitat.Mat.26.Vigilate & orate ne intretis in tētatione. Et ſic pœnitentes debent uigilare.2.Tim.4.Tu uero uigila in omnibus & labora. Quinto Xps dr̄ lux, quia lux eſt materia gaudii.Tob.5.Quale mihi gaudiū,&c.lumen cœli non ui eo.Aug. Mallem eſſe in inferno & uidere faciē dei,q̄ in cœlo & ea carere.Eccl.11.Dulce lumē & delectabile eſt oculis uidere ſolem. Reuera ſi habes hanc lucem .i.Chriſtum,tunc habes uitam æternam.Io.16.Hæc eſt uita æterna,ut cognoſcāt te ſolūm deum uerum,& quem miſit Ieſum Chriſtum.Sexto Chriſtus dr̄ lux, quia ambulantes illuminat ne tenebras incurrant. Quapropter dixit ſecundo tāgitur quō Chriſtus errantes dirigat cum ſubdit: *Qui ſequitur me,non ambulat in tenebris*. Augu. Tenebræ metuendæ ſunt,ſed morum non oculorū. Et ſi oculorum nō exteriorum,ſed interiorum oculorū. Nō illorum unde diſcernitur album & nigrum:ſed iuſtū & iniuſtum. Nō autem poſſunt errare qui ſequuntur hāc lucem.ſ.Chriſtum. Quia ipſe eſt uia.Io.14.Ego ſum uia,ueritas,& uita. Nota triplici de cauſa non erratur in uia.Primo ubi eſt impſſio fragmentorū.i.uulnerum. Secunda ubi eſt crucis erectio.Ioan.19.Baiulās ſibi crucem.&c. Tertio ubi eſt plantationis reflexio.i.ſpinarum coronatio. Ad Hebræos: Recogitate eum qui talē ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum cōtradictionem,ut non fatigemini animis neſtris. Septimo Xps dr̄ lux,ut dixi pro tertio principali:qa lippiētes oculos habētes excęcat.Et ſic Iudæi excæcati ſunt ut noctuæ. Io.3.Qui malè agit odit lucem,& nō uenit ad lucē,ut nō arguantur opera eius.Io.1.Lux uenit in mundum,& tenebrę eam non comprehenderunt. Dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucē. Et ſic phariſæi qui illuminari debuiſſent fuerunt excæcati,dicentes:Tu de teipſo teſtimonium perhibes:teſtimonium tuum nō eſt uerū:falſum loquῑs. Actu.10.Cui omnes prophetæ teſtimonium perhibent.ſ. Chriſtum naſciturum.Ideo reſpondit: *Et ſi ego teſtimonium*

perhibeo

perhibeo de meipſo, teſtimonium meum uerũ eſt: quaſi diceret: Qui nõ põt fallere nec falli, recipi poteſt in reſtimoniũ, tã in cauſa propria q̃ aliena, ſed ego ſum huiuſmodi. Io. 14. Ego ſũ ueritas & uita. Deus.n.nõ põt fallere. Pſ. 144. Fidelis dominus in omnibus uerbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Et ſubdit: *Quia ego ſcio unde ueni aut quo uado.* i. ex deo patre & deus ſum: uos aũt neſcitis unde uenio aut quo uado. Secundũ Aug. iſti Iudæi uidebãt hominẽ, nec credebã deũ: quaſi diceret uos impoſuiſtis mihi mẽdaciũ: & hoc ideo, quia neſcitis me fore deum. Nota multa mala impoſuerunt Chriſto. Primo mendacium ut hic. Secundo pc̃m. Io. 9. Scimus quia homo hic peccator eſt. Tertio dixerunt eum tranſgreſſorẽ in opere. Io. 9. Nõ eſt hic hõ à deo, qui ſabbathum nõ cuſtodit. O magna nequitia imponere mãdatum ueritati. Ioan. 17. Sermo tuus ueritas eſt. Itẽ impoſuerunt peccatum ſanctitati. Dan. 9. Vngatur ſanctuſſanctorũ. Item impoſuerunt tranſgrſſionẽ deitati. Mat. 12. Dominus filius hominis eſt & ſabbathi. Octauo dominus dr̃ lux. Nã abſentia ueræ lucis facit hominem errare in iudiciis: Et ſic Iudæi errauerunt in iudiciis. Iõ ſubdit: *Vos ſecundum carnem iudicatis.* Aug. quaſi diceret: Hominẽ me uidetis & deũ non intelligitis. *Ego non iudico quenquam*, ſ. ſecundum carnem: ſed ſecundum ueritatem. Pſ. Omnia iudicia tua ueritas. Vel ſic ſecũdo modo. Ioan. 12. Non ueni ut iudicẽ mundum. q.d. Si nunc deberem iudicare, tunc deberem uos condemnare. Et ſi ego iudico, iudicium meum uerum eſt. Reuera primo propter multiplices teſtes. Primus quilibet pdicator. Actu. 1. Eritis mihi teſtes in Iudæa, &c. Secũdo opera ſingulorũ. Io. 5. Opera quę facio teſtimonium perhibent de me. Tertio oẽs creaturę. Pſ. 49. Aduocauit cœlum de ſurſum, & terram diſcernere populũ ſuum. Nono Chriſtus dr̃ lux, q̃ lux manifeſtat ſe & patrem, dicens: In lege ueſtra ſcriptum eſt: Duorum hominum teſtimonium uerum eſt. Deut. 17. ſcriptum eſt hoc: In ore duorum uel trium ſtat omne uerbum. Sed diceres, quomodo teſtimonium duorum hominum ſit uerum, cum contingit quandoque eos mentiri, ſi-

eut duo teſtes contra Suſannā,& totus populus cōtra Chriſtum mentitus eſt. Rñdetur ſecundū Aug. ꝙ uerū eſt.i.debet reputari verū:quia magis probabile eſt ꝙ vnus mentiatur, q̄ quòd multi. Eccleſ. 4. Funiculus triplex difficilè rūpitur. Iō ſubdit: *Ego teſtimonium perhibeo de meipſo et teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater.* q.d. ſcd̄m Aug. Si duorum hoīum teſtimonium uerum eſt.i. debet reputari uerū cùm habeāt paruam cognitionē, & interdum diſtortam affectionem. Multo fortius teſtimoniū patris & filii in diuinis, vbi non pōt eſſe talis defectus, debet firmum reputari. *Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater tuus.* q.d. Tu tñ es ſolus. Et audiuerāt à dño, *Vos ſecundum carnem iudicatis.* Ideo ſecundū Augu. de carnali patre interrogauerūt.q.d. Pater tuus nō eſt talis nec tantus, ꝙ eius teſtimonio ſit credendum. Ignotus.n.eſt & ignobilis. Ad quod reſpondet: *Neque me ſcitis neque patrem meum ſcitis.* ſ. ſecundū veritatē ſeu diuinitatē: quia cognito uno correlatiuorum cognoſcitur & reliquū. Ideo ſubdit: *Si me ſciretis, forſitan et patrem meum ſciretis.* q.d. quia pater meus ideo occultus eſt vobis, ut per me tanquā per uiam ueniatis in cognitionem eius. Ioā. 14. Si me cognouiſſetis, & patrem meum utique cognouiſſetis. Sed dices, tamen dicit Pſ. 75. Notus in Iudæa deus. Reſpondetur ꝙ Iudæi dicuntur patrem ignorare ratione patris, ſed licet ſciebāt eū vt deum omnipotentē, nō tñ ſciebant eum ut deum patrē filio conſubſtantialē. Et dicit forſitan ſecūdum Aug. nō dubitatiuè ſed increpatiuè: ut ſi indignemur ſeruis noſtris & dicamus forſitan contemnitis nos. Et ſic Chriſtus ipſos dubitāter & incredulos arguebat. Nota tria incognita erāt nobis de patre ante aduentum Xp̄i. ſ. gloria, gratia, veritas & ſapientia. Primo gloria: quia nullum ad gloriam ſuſcepit. Secundo gratia; quia nullū ſibi recōciliauit. Tertio ueritas & ſapientia: quia nulli uiam ad cœlum reuelauit. Sed hæc tria nobis manifeſtauit per aduentum filii ſui. De q̄bus Ioā. 1. Vidimus gloriā eius, quaſi unigeniti à patre quo ad primū: plenū gr̄a, quo ad ſcd̄m: & ueritate, quo ad tertiū. Sequit̄: *Hæc uerba locutus eſt Ieſus in gazophylacio.* Et eſt locus ubi ponunt̄ oblationis tēpli ꝓ edifi-

ciis. Docens in templo, & nemo apprehendit eum; quia ſermo nes fortiores erant his, q̃ eũ capere uolebant, & quia ipſe nõdũ uoluit: quando uerò uoluit crucifigi, tacuit. Iõ ſubdit: *Nondum uenerat hora eius.* ſ. quàm elegit ad paſſionẽ.

DOMINICA IN PASSIONE, DE EVANG.

Si ueritatem dico uobis quare non creditis mihi. Ioan. 8.
Enarratio. I.

ADHVC dominus hoc uerbum multis dicere põt, quorum opera oſtendunt eos debiliter credere, Iac. 2. Fides ſine operib. mortua eſt. Cùm ergo homines ſolent credere iuro, ſigillo, promiſſo, teſtimonio, quare uos non creditis iuro paternæ ueritatis, ſigillo maternæ uirginitatis, promiſſo meæ fidelitatis, teſtimonio propheticę autoritatis. De primo ad Heb. 6. Ois cõtrouerſiæ eorũ finis, ad cõfirmationem eſt iurm. Gl. Si homini qui mendax eſt creditur per iuramentum: quãtò magis credẽdum eſt deo qui mentiri nõ põt? Iurauit aũt tria credenda. Credendum eſt deum eſſe bonorum remuneratorem Baruch. 2. Reuocabo eos in terrã quã iuraui patribus eorum. Et impiorum ultorẽ. Pſ. 94. Ipſi uerò non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea. Et Amos. 6. Iurauit dñs deus in aĩa ſua, deteſtor ergo ſuperbiam Iacob & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis. Et pœnitentium reconciliatorem. Pſ. 109. Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum, &c. Sacerdotis. n. eſt reconciliare deo pęnitentes. Magnus ſacerdos eſt Chriſtus; & magnas conſueuit dare indulgentias: maximè illis qui crucem pœnitentiæ recipiunt ad terram ſanctam. ſ. ad Hieruſalem cœleſtem Alioquin crucem pęnitentiæ non accipientibus dicitur Matth. 10. Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Vnde dicit ſecundum ordinem Melchiſedech. Sicut

enim

enim Melchiſedech obtulit panem & uinum, ut dr̃ Gene. 14.ita & Xp̃s in ſacramento. De ſecundo Io. 6. Hūc pater ſignauit deus,&c. Hoc eſt opus dei ut credatis in eũ quem miſit ille. Ecce filius à patre ſignatus eſt ut credatur ei. Si gnatus eſt aũt ſeptem ſigillis Apo. 5. Si ergo uno ſigillo creditur, quantò magis ſeptē? Quia quędā ſigilla declarā tur ibidem. cap. 7. Sed de primo ad præſens dicēdum eſt. Per primum ergo ſigillum uirginitatis Maria ſignificari pōt. Orige. Maria mater Xp̃i facta eſt, & caſtitatis ſigillū non amiſit. De hoc ſigillo exiuit uincens ut uinceret in equo albo.i.filius dei in carne munda. Sub hoc ſigillo per Xp̃m & euangelium ſuum tanquā per literas regales ſen tētia mortis æternæ reuocata eſt. Quod benè figurat̃ per literas quas miſit Aſſuerus rex ad reuocandam ſententiā mortis datā cōtra Iudæos, ut dr̃ Heſter 8. Hæc.n.cōſuetu do erat ut apoſtolis, q̃ ex nomine regis mittebantur, & il lius annulo ſignatæ erāt nemo audebat cōtradicere. Digi tus dei.ſ.ſpiritus ſāctus dr̃ annulus. Ergo huius digiti do num eſt ſpiritus ſancti quo impreſſa eſt uirginitas Marię. Sicut.n.nō poteſt haberi regale ſigillum ſine regis annu lo: ita uirginitas haberi non pōt ſine dei dono. Sapien. 8. Scio qm̃ aliter nō poſſum eſſe cōtinens niſi deus dederit. De tertio Iſa. 65. Expādi manus meas tota die ad populū incredulum, qui gradit̃ in uia nō bona poſt cogitationes ſuas. In credulo manus expanditur ut manuali promiſſio ne credulus fiat. Sic Chriſtus manus in cruce expādit. Sed quid promiſit? Nihil aliud niſi ueniā, grãm, & gloriam. Gloſa: Expandi manus in cruce orans pro eis: Pater igno ſce illis quia neſciunt qd faciūt: uel ut eos reciperē & col locarē in ſinu meo, uel beneficia operum largiendo, & ex quo eduxi eos ab Aegypto. Incarnatus quoq; infirmos eo rum curaui, mortuos ſuſcitaui, paucis panibus eos paui, ip ſi tñ ſemper extiterunt increduli. De promiſſione gloriæ dr̃ Iac. 1. Beatus uir qui ſuffert tentationem: qm̃ cùm pro batus fuerit accipiet coronam uitæ, q̃ repromiſit deus di ligentibus ſe. Sed heu timendum eſt ꝙ non ſolùm piis & grati coronam gloriæ, ſed etiā impiis & de ſua paſſione

ingratis promiſit gehenam. Vnde benè utranque manum expandit in cruce, ita ꝙ ꝑ dexterā gloriā æternā promittebat, ꝑ ſiniſtrā pœnā ęternā. Vñ ēt latro ad dexterā pendēs ſaluatur, ad ſiniſtrā pendens dānatur. Olim iſta deus ꝑ chirographū ſcripturæ promiſit, ſed mundus non credidit. Et iō ꝑ fideliſſimū fideiuſſorē, ſ. filiū ſuū ꝓmiſſiones ſuas firmauit, imò perſoluit. Aug. Quia incredibile uidebatur hoībus qđ promittebatur, deus nō ſolùm ſcripturā fecit ut crederēt, ſed ēt fidei ſuę poſuit mediatorē, nō quēlibet principē ſeu angelum, ſed unicū filiū. De quarto Io. 5. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitā & mihi. Io. 1. Hic uenit in teſtimoniū ut teſtimoniū perhiberet de lumine: ut oēs crederent per illum. Verè magna magnorū & multa multorū teſtimonia habuit Chriſtus. Crede ergo prophetis. Amb. Vides paſtores angelo crediſſe: & tu patri, filio, ſpiritui sācto, angelis, prophetis, & apoſtolis crede. Sed certè dñs nō ſolùm dedit nobis teſtimoniū magnarū perſonarū, ſed ēt magnorū operū. Io. 10. Opera quę ego facio teſtimonium perhibent de me. O dñe Ieſu ecce teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Sed heu miſer peccator adhuc minimè credit. Bern. Putas ne filium dei reputat Ieſum quiſq; ille hō eſt qui ipſius nec terretur cōminationibus nec attrahitur promiſſionibus nec præceptis obtemperat, nec conſiliis acquieſcit. Nonne is eſt qui fatetur noſſe deum, factis autem negat, &c.

De Eodem, *Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eū. Ioan. 8.*

Enarratio. II.

ADhuc lapides in Ieſum iaciunt qui in mēbra ſua ſcādala mittunt. Lapides aūt ſpiritualiter ſcandala ſunt. Sagittæ autē ſunt uerba dei. Semina noſtra ſunt merita. Solent aūt homines iacere lapides, ſagittas, ſemina, onera temporalium. Iaciunt ergo ſagittas prędicādo ſemina bona operando, onera temporalibus renuntiando, & lapides ſcandalizando. De primo nota ꝙ Heliſæus ad Ioab regem dixit. 4. Reg. 13. Iace ſagittam, & iecit. Et iterum dixit: Percute iaculo terram, qui percuſſit ſic ter. Et iratus

Heliſęus

Heliſæus ait: Si percuſſiſſes quinquies uel ſexies uel ſepties, percuſſiſſes Syriã uſq; ad conſummationẽ. Sagitta eſt uerbũ dei quod de arcu ſcripturę iacitur contra hoſtes dñi.ſ.peccatores.Pſ.143.Emitte ſagittã tuã & conturba bis eos.Aug.Vulnerabat charitas Xp̃i cor meũ, & geſtabã uerba eius ĩ uiſceribus meis quaſi ſagittas acutas.Sed heu multi clypeũ obdurationis à diabolo receperũt: ita q̈ ſagitta uerbi dei uulnerare eos ꝑ contritionẽ non põt.Naũ 2.Clypeus fortiũ ignitus eſt uiri exercitus in coccineis. Bene aũt uidebitur ĩ iudicio, quis clipeũ diaboli, uel Xp̃i portat.Per terrã ſignificantur terreni pctõres qui iaculo prædicationis percutiũtur ter, dũ fidẽ trinitatis recipiũt: quinquies dum quinque ſenſuum refrenationem: ſexies dum ſex opera miſericordię faciunt:ſepties dum ſeptiformis gratia & ſeptẽ uitiorum uictoria eis per doctrinã inculcatur.Sed tãtùm tres ictus recipiunt qui fidẽ ſine opibus habẽt.De ſcd̃o Deut.28.Semẽtẽ multã iacies ĩ terrã, & modicũ congregabis: quia locuſtæ deuorabũt oĩa. Tot ſemina iacis quot opera bona facis. Ber. Nunc pereunt opera noſtra, quæ uidelicet quaſi ſemina in terram iaciũtur, q̃a multa opera bona facis, uel in ſtatu peccati mortalis, uel cã timoris ſeruilis, uel intentione cõmodi tẽporalis, de quibus heu nullo æterna uitæ fructũ recipies. Iõ de multo ſemine parum congregas.Iactis autẽ ſeminibus neceſſaria eſt gratiæ irrigatio. Vñ Deu. 11. dr̃ q̈ in terra Aegypti iacto ſemine hortorũ morẽ aquę ducunt irriguę. Terra uerò Iſrael de cœlo expectat pluuias.Multi heu aquã cõpunctionis uel lachrymarum uel contritionis habent ex ſolo timore gehennæ. Vñ ex ipſis quaſi ex inferioribus aquæ ducuntur.Quidã autẽ amore cœleſtis patriæ, & in his terra cordis quaſi de cœlo irrigatur.Hoc bene figuratum eſt Ioſue 15.ubi dr̃ q̈ cùm Axa. i. fidelis aĩa ſedens in aſino.i.in corpore ſuſpiraſſet:dedit pater cęleſtis irriguum ſuperius, & irriguũ inferius.De tertio Act.27. Valida autem tempeſtate nobis iactatis ſequenti die iactum fecerunt, & tertia die ſuis manibus armamenta nauis proiecerunt.Quicunq; ergo mergi non uult, iaceat, ſ.

Iniuſta bona reſtituēdo:alias ſubmergetur, & iaciat elee moſynas erogando. De utroque dr̄ Luc. 19. Ecce dimidiū bonorum meorū dn̄e do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudauero reddo quadruplū. Iaceat ergo omnia relin quendo. Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, &c. Ionæ 1. Miſerunt uaſa quæ erant in naui in mare ut alleuiarentur ab eis. Aug. Abiice à te diuitiarum onera, abiice uīcula uoluntaria, abiici anxietates & tedia quæ te pluribus annis inquietauerunt. De quarto dr̄ hic: *Tulerunt lapides Iudæi ut iacerent in eum.* Lapides ſunt ſcandala, i. uerba uel facta, quibus dum alii ad iram uel ad luxuriam uel aliud uitium, ſ. auaritiam, & huiuſmodi prouocantur, quaſi iactibus lapidū læduntur. Et quia fideles membra ſunt Chriſti, lapides in Ieſum iaciūt qui mēbra ſua ſcandalis percutiunt. Sed nota ꝙ quatuor modis per uerſi tentauerūt occidere Chriſtū, uidelicet gladio Matt. 2. Futurum eſt ut Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Et præcipitio. Luc. 4. Duxerunt eum uſque ad ſupercilium mōtis ut præcipitarent eū. Vel lapidatione ut hic. Et ultimo crucifixione. Sic heu adhduc hodie Chriſtū in membris ſuis percutere tentant iudicis gladio, qui iure mundano uel eccleſiaſtico male utuntur contra alios. Et hypocritę uel traditores pręcipitio, qui ad aliquod bonū ſimulando deum quaſi in mōtem ducunt: ſed qa malis in tendunt, eū præcipitare quærunt. Et ſcādalizatores & blaſphemi lapidatione. Quot. n. ſcādala, quot blaſphemia faciūt. tot lapides in deum mittunt. Et impœnitentes cruci fixione: quia fructum crucis in ſe uacuant. ad Hebr. 6. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei, &c. Gloſ. In ſe filium dei crucifigunt, qui gratiā dei uilipendentes in peccatis iacent. Vnde Bern. Nonne ſatis pro te ſum uulneratus nonne ſatis afflictus: Noli me plus affligere, me enim plus affligit compaſſio uulneris tui quàm uulneris mei.

De Eodem, *Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioan. 8.*

Enarratio. III.

QVādo ſtudētes ſolent pergere de ſtudio, tūc ſolēt ſe efferre icuiq; ad reſpōdendum: ad oſtendēdū ſcien-

ſcientiæ ſuæ utilitaté. Spiritualiter, ſic Chriſtus per paſſione uolens decedere de hoc mundo, oĩbus uoluit reſpondere ut irreprehenſibilis oſtenderetur, Figuratur. 1. Reg. 12. Samuel dixit filiis Iſrael: Cõuerſatus apud uos ab adoleſcentia, & filii mei loquimini de me coram domino & corã Xp̃o eius, utrũ bouẽ uel aſinũ cuiuſquam tulerim: ſi quenquã calumniatus ſũ, &c. Itẽ figuratur Deut. 24. Moyſes recedens à filiis Iſrael ꝑ mortẽ, nullus potuit ſibi aliquod malũ impingere: ſed oĩs populus ſiebat cum oſtẽdẽs uerũ prophetam. Spiritualiter, & ſic de Xp̃o nullus pc̃m ſibi imponere potuit cum interrogauit: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Aliud thema. Vbi quis aggrauatur in iudicio illicitè: põt appellare ad iudicem ſuperiorem. Sic Chriſtus iniuriã recepit à Iudæis & grauamẽ. Ioan. 9. Scimus quia hic hõ peccator eſt. In uita. Mat. 11. Ecce hõ uorax & potator uini, publicanorũ & peccatorũ amicus. In doctrina. Ion. 7. Seducit turbas. Io. 8. Teſtimonium tuum nõ eſt uerum. In miraculis. Luc. 9. in Beelzebub principe dæmonum eiicit dæmonia. Sed Xp̃s appellauit ad ſummũ iudicem deum patrẽ. De quo introitus, Iudica me deus & diſcerne cauſam meã de gente nõ ſancta, &c. Emitte lucẽ tuam & ueritatem tuã, ipſa me deduxerunt & adduxerũt in mõtẽ ſanctum tuum & in tabernacula tua. Hunc Pſal. fecerunt filii Chore: cũm pater eorũ abſorptus eſt, & Dathan & Abiron: qñ.ſ. ipſi pœnitentiã egerunt. Sed Xp̃s põt hęc uerba dicere ex futura uindicta ſuorum inimicorum. Sed ꝙ Chriſtus innocens in oĩbus factis ſuis fuit, oſtendit Apoſtolus Heb. 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, &c. Hebr. 7. Talis decebat ut nobis eſſet põtifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus. Si .n. peccator fuiſſet, indiguiſſet alio mediatore qui eum ad eum deduxiſſet. Item ſi peccater fuiſſet quomodo nos à peccatis liberaſſet? Greg. Manus quæ tenent lutum non lauant ſed coinquinãt. Sed Chriſtus lauit nos ſanguine ſuo, ut patet in epiſtola hodierna. Semetipſum obtulit immaculatum deo, & emundauit conſcientiã noſtram ab operibus mortuis. Si enim ſanguis hircorum &

vitulorum, &c. Dicit hiſtor. Leuit. 16. de hirco emiſſario in figura, quia ſicut ille hircus non habuit peccata & tulit peccata:& ſic Xp̃s Ioã. 1. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, &c. Ergo meritò appellat ad iudiciũ patris, di. Eſt pater qui iudicet, &c. In ſumma euãgelii innuuntur tria. Primo Xp̃i puritas cùm dr: *Quis ex uobis, &c.* Scđo iudæorum malignitas, ibi: *Samaritanus es et dæmonium habes.* Tertio Xp̃i benignitas, ibi *Dæmonium non habeo.* De primo dicit: In illo tẽpore, ſ. cùm iudæi uoluerũt audire Xp̃i ſermonem, tunc uoluit oſtendere ꝙ hoc non proueniret ratione ſuæ doctrinæ, ſed ratione eorũ malitiæ. Nã aliqua doctrina non auditur ꝓpter tria. Primo ꝓpter malam uitam docentis. Gre. Cuius uita deſpicitᷓ, reſtat ut eius doctrina cõtemnatur. Et ſic non Xp̃s. Ergo ait: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* q. d. Si eſſem peccator, non mirum ꝙ nõ audiretis me. Gre. Penſanda eſt Xp̃i manſuetudo, qui uenerat peccata relaxare, & qui uirtute deitatis poterat peccatorẽ iuſtificare, nõ dedignatᷓ ex rõne ſe oſtẽdere peccatorẽ non eſſe. Reuera fuit ſine oĩ peccato originali, ueniali, & actuali. Quod primo probat prophetia Dauid. Pſ. 13. Oẽs declinauerunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. i. Xp̃m. Item excipit eum turba ſimiliter. Mat. 7. Oĩa bene fecit, ſurdos fecit audire. Eiuſdem 21. Oſanna filio Dauid Apoſtoli teſtimonium dant eius innocẽtiæ, uidelicet Petrus. 1. Pet. 2. Pc̃m̃ non fecit. Similiter opera eius. Io. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei teſtimonium perhibẽt de me. Hiere. 23. Hoc eſt nomen quod uocabunt eum, Dñs iuſtus noſter. Nõ peccauit cogitatione. Apoc. 1. Capilli eius candidi erant tanquã lana. Nec locutione. 1. Pet. 2. Non eſt inuentus dolus in ore eius. Nõ omiſſione. Iſa. 5. Quid eſt quod ultra debui facere qđ nõ feci. Nec origine. Luc. 1. Quod naſcetᷓ ex te ſanctum uocabitur filius dei. His potuit dicere: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* q. d. Quid mali feci ꝙ cogitatis me interficere, oſtendite pc̃m̃ quo meruerim mortem: quod ſi non poteritis, manifeſtum erit ꝙ me innocẽter occiditis. Et hoc patet magna Xp̃i iuſtitia. Chry. Magna iuſtitiæ fiducia vbi ẽt cã aduerſariis

ſariis committitur Et ſic Xp̄s nō interrogauit amicos Petrum uel Ioannem, ſed Iudæos qui tractauerunt de ſua morte. Ideo dr̄ Deut.32. Inimici noſtri ſunt iudices. Non interrogauit ſimplices qui timuiſsēt dominum, ſed principes: non idiotas, ſed legiſperitos, & tamē nullus potuit cōtra eum aliquid reſpondere. Orig. Quis hominū pōt hoc dicere, certè nullus 1.Io.1. Si dixerimus quia peccatū nō habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Hiere.2.c. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Sic nō in Chriſto; qa peccare nō potuit. Primo ꝑꝑ diffinitionem peccati. Nā peccatum ſecundum Aug. eſt receſſus à deo, ſed ipſe fuit deus per gratiam unionis. Et ſic nō potuit recedere à ſeipſo, & ſic nec peccare. Secūdo ꝓpter gratiæ plenitudinem & immēſitatē: quia peccatum eſt defectus gratiæ. Sed de eo dr̄, Io.1. Plenum gratiæ & ueritatis, de plenitudine eius oēs accepimus. Tertio probaē per Damaſcenum ꝙ Xp̄s nō peccauit. Quicquid peruenit ad ultimum finem, hoc oportet illi fini firmiter inhęrere. Finis autem omnium bonorum eſt deus: ſicut finis malorū infernalis ſtatus. Et ideo ſancti qui ſunt in cœlo inſeparabiliter inhęrent ultimo fini, ſ. deo, ergo ulterius peccare nō poſſunt, mereri, nec demereri. Similiter damnati in inferno nō poſſunt demereri: hic aūt utrunq; poſſumus. Sed Xp̄s fuit viator ſimul & cōprehenſor: quia ultimo fini cōiunctus, ſemper.n. anima eius & caro fuit diuinitati cōiuncta, igitur, &c. Secundo doctor non auditur ꝑꝑ errorē ueritatis doctrinæ. Subdit: Si, i. *quia ueritatem dico, quare non creditis mihi?* Reuera dixit veritatem, quia ipſe eſt ueritas. Io.18. In hoc natus ſum & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeam ueritati: omnis qui eſt ex ueritate audit vocem meam. Sed tamen incredibilis fuit iudæorū inueterata conſuetudo. Pſ. 105. Non crediderunt uerbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis ſuis, non exaudierunt uocem domini. Tertio ꝙ doctor non auditur hoc facit malitia populi. Et ſic de iudęis. Et hoc oſtenditur cūm ſubdit: *Qui ex deo eſt uerba dei audit*, q.d. ꝙ uos nō auditis nō eſt defectus ex parte uitæ meæ uel doctrinæ, ſed ueſtræ
malitiæ.

malitiæ. Ideo ſubdit: *Propterea uos non auditis, quia ex deo non eſtis*. Aug. Non attende naturam ſed uitium. Ex deo quidem ſunt ſcd̄m naturã, ſed ex deo non ſunt uitio & praua affectione. Nota multa ſigna ſunt ex qbus cognoſcit̃ utrũ quis ſit ex deo. Primũ ſignum eſt amor dei & proximi. 1. Io. 4. Oĩs qui diligit proximum ex deo natus eſt, ſ. per uirtutẽ & cognoſcit deũ Io. 13. In hoc cognoſcent oẽs quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Ecõtra q non diligit fratrẽ ſuum ex deo nõ eſt. Scd̄m ſignum eſt uictoria tribulationũ. 1. Io. 5. Omne quod natũ eſt ex deo uincit mundũ, & hæc eſt uictoria quæ uincit mundũ, &c. Si aũt quis placere mũdo, tunc es ex deo. ad Gal. 1. c. Si adhuc placarẽ hominibus Chriſti ſeruus nõ eſſem. Tertiũ ſignum eſt caſtitas. Pro. 22. Qui diligit cordis munditiã, amicum habebit regem, ſ. cœleſtem. Nam amici ſunt de una ſtirpe, & ſic caſti cum Chriſto. Io. 1. Qui nõ ex ſanguinibus, nec ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri: ſed ex deo nati ſunt. Quartũ eſt auditus uerborũ dei ut hic. Greg. Vnuſquiſq; ſeipſum interroget an ex deo ſit: ſi uerba dei aure cordis percipit & intelligit & cuſtodit, qa nõ ſufficit audire aure corporis, niſi ẽt aſſit impletio operis. Ro. 2. Nõ auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores iuſtificabuntur. Dixi ſecundo innuitur Iudæorum malignitas cùm dr̃. *Reſponderunt Iudæi & dixerunt*; Non conſiderantes quid, ſed ſolùm ut dicerent & blaſphemarẽt. *Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu*. Et hoc ideo hr̃ 4. Reg. 17. Tempore Ezechię regis Iuda Salmanaſar poſuit in terram Iſrael gentes qui dicebant̃ Samaritani à principali ciuitate Samaria. Et iſti partim tenuerunt legẽ, & ſic dicebant Chriſtum eſſe, ac ſi non teneret totam legem. Secũdo propter odium. quia oderunt eum ut Samaritanos. Tertio pp contrarietatem, quia Samaritani fuerunt eis cõtrarii: & ſic Chr̃s eorum vitiis. Item ſubdũt: *Dæmonium habes*. Nota primò ſcd̄m Theophilũ, qa frequenter reuelauit cogitationes eorum quòd dęmoni attribuebãt, cui tñ cordium occulta ſunt abſcondita. Secundo ſcd̄m Chryſ. pp ſermonem ipſius tranſcendentẽ ſermonẽ eorum, & ali

quãdo patrem ſuum dicebat deum. Vel quia aliq̃ñ q̃dam alta,& ſubtilia loquebaẽ,dicens:Ego ſum panis viuus.Iõ dixerunt: *Credimus quia Samaritanus es & dæmonium habes.* Greg.Penſanda eſt ſaluatoris clementia,non prorupit in improperia,quos tamen poterat mergere in profunda inferni.Greg.Duo quippe ei illata fuerant,unum negauit, alterum tacendo conſenſit.ſ.ſe eſſe Samaritanum. Quare aũt ſe non excuſauit de Samaritano oſtenditur.Primo q̃a Samaritanus interpretatur cuſtos, & ipſe præcipuè cuſtos noſter eſt:Pſ.121.Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ, &c.Scđo quia euidenter falſum dixerunt: quia ſciebant eum circa eos natum.Tertio quia illud nõ erat ſuum uituperiũ, ſed illud de dæmonio erat ſua blaſphemia.Iõ per quatuor rationes ſe oſtendit non habere dæmonium, dicẽs:*Ego honorifico patrem meum.*q.d.hoc dæmon nõ facit, diabolus.n. honori dei reſiſtit:*uos autem inhonoraſtis me.*Primo quo ad eius diuinitatem,ibi:*Dæmoniũ habes.*Item inhonorauerũt originem eius.Io.9.Neſcimus unde ſit.Item eius dignitatẽ.Mat.13.Nõne hic eſt filius fabri?Itẽ eius ueritatẽ Io.8. *Teſtimonium tuum non eſt uerum.*Itẽ eius potentiã dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia.Mat. 12.Itẽ eius ſanctitatem. Mat. 11. Homo uorax & potator uini.Tandẽ morte ignominioſa eum inhonorauerunt.Secundo ratio eſt:*Ego gloriam meam non quæro.* q.d. diabolus propriam gloriam quærit.Hieronymus:Qui non quærit gloriam non ſentit cõtumeliã.Tertia ratio tãgiẽ cùm ſubdit:*Eſt qui quærat.*ſ.gloriam meam, *& iudicet*, q.d.Quem deus glorificat dæmonium non habet: ſed ego ſum huiuſmodi:*igitur:&c.*2.Petri.1. Accipiens à deo patre honorẽ uoce lapſa de cœlo:Hic eſt filius meus dilectus, &c.Quarta eſt cuius iniuriã deus iudicat, dæmoniũ non habet:ſed ego ſum huiuſmodi,*igitur, &c.*Hoc tangitur cùm dr̃,*& iudicet*,q.d.Nõ eritis ſine uindicta. Nota hic docemur cùm quis falsè uel iniuſtè infamatur uel calumniaẽ, tũc laudabile eſt q̃ ſe excuſat,& tũc patiẽter criminatores reuelet. Nam ex hoc ſequuntur tria bona.Primum bonum innocẽtis fama cõſeruatur,quod eſt maximum bonum inter res

tēporales,ut dicit ſanctus Thomas in ſecunda ſecū̄ę q 62 ʒ Et.1.Cor.9.c.Melius eſt mihi mori,q̄ ut gloriā meā quis euacuet. Scd̄m detrahētis lingua refrenat̄ q eſt nociua.1. Io.3.Oīs qui detrahit fratri ſuo homicida eſt. Tertiū bonū audientis ſcandalum remouetur. Matt. 18.Væ illi per quem ſcandalum uenit.Hæc hr̄ 11.q.3.Inter uerba.Tunc oſtendit efficaciam ſuæ doctrinæ: *Amen amen dico uobis:Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortē nō guſtabit in æternum,* .i.non experietur.Nota triplex eſt mors.Prima eſt naturę Pſ.88.Quis eſt hō qui uiuet & nō uidebit mortem?Secunda culpæ.Ab hac uerbū dei liberat.Ad Hæbræos.4.Viuus eſt.n.ſermo dei & efficax.Tertia æternæ miſeriæ. Ab hac ēt uerbum dei liberat.Vnde Pſ.6.Non eſt in morte q memor ſit tui;in inferno , &c.Et in litera, *non guſtabit mortem in æternum*,i.æternæ damnationis.Nō de prima eſt intelligendum,ſed de aliis duabus.Item nota triplicem ſermonem debemus ſeruare.Primus ſermo eſt fidei,ſ.credere in deū.Hebræorū 11. ca.impoſſibile eſt ſine fide placere deo. Secūdus de dilectione dei & proximi. Deut.6.Diliges dominum deum tuum,&c.Tertius agēdi pęnitentiā.Mat.3. Pęnitētiam agite,&c.*Reſponderunt Iudæi : Non cognouimus quia dęmonium habes.*Gre.ex beneficio prędicationis Xp̄i ſemper peiores fiebant. *Abraham mortuus eſt , & prophetæ mortui ſunt*,q.d.Nō eſt maioris efficaciæ ſermo tuus q̄ dei. Sed Abraham & prophetæ locuti ſunt cum deo & mortui ſunt,*& tu dicis, qui ſermonem meum ſeruauerit non guſtabit mortem in ęternum.Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahā?* quaſi dicat nullo modo.*Quē teipſum facis?*quaſi dicat teipſum laudas & extollis cùm nihil ſis, quia homo abiectus & uilis cōditionis:quia filius carpentarii de Galilæa. Sed ipſi decepti in propria malitia intelligebāt de morte corporis:qui tamen intelligebant de morte æterna.Iō excuſat ſe de uanagloria dicens; *Si ergo glorifico meipſum:gloria mea nihil eſt*,i.gloriam meam uanam reputabitis. *Eſt pater qui glorificat me.*Io.1.Vidimus gloriam eius quaſi unigeniti à patre.*Quē uos dicitis quia deus noſter eſt,* q.d.eſt à uobis alienus.*Et non cognouiſtis eum,* ſ. per fidem & charitatem.

Theoph.

Theoph. Si patrem noſcerent, filium uenerarentur. *Sed ego noui eum.* Hoc dico ratione ueritatis & non arrogantiæ. *Si dixero quia non ſcio eum, uobis ero ſimilis mendax.* Chry. Sicut uos dicitis eum ſcire & mentimini: ſic ego ſi dico eum neſcire mentirer; *ſed ego ſcio eum & ſermonem eius ſeruo.* Et hoc eſt uerè noſſe deũ. 1. Io. 2. Qui dicit ſe noſſe deũ & mãdata eius nõ cuſtodit, mendax eſt. Tunc probat ſe maiorẽ Abrahã dicens; *Abrahã pater ueſter exultauit ut uideret diẽ meum,* ſ. natiuitatis: *uidit & gauiſus eſt.* Aug. Vidit, i. cognouit Chriſtum in ſpiritu ex ſuo ſemine naſciturum; quia Abraham deſiderauit noſcere tempus aduentus, ſ. quãdo dictum eſt ei: In ſemine tuo benedicentur oẽs gẽtes terrę Gene. 22. Et quando in figura trium angelorum ſibi apparentium cognouit trinitatis myſterium. Geneſi. 18. quia dominus fecit uidere Abraham occultum Chriſti myſterium, propter quod ille locus dictus eſt, dominus uidet. Sed contradictum uerìſſimum arguunt in litera quando dicunt, quinquaginta, &c. *Et gauiſus eſt,* ſ. dummodò tres uidit & unum adorauit. Vel diem paſſionis uidit, ſ. in immolatione Iſaac. *Reſponderunt Iudæi: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidiſti?* quaſi dicerent: Hoc eſt impoſſibile, quia multa curricula annorum ſunt elapſa, ſ. duo millia annorum. Sed diceres: Tamen Chriſtus tãtùm trigintarium annorũ erat, quare dicunt quinquaginta, &c. Theo. Propter laboris multitudinẽ maioris ætatis erat in apparentia. Secundo propter reuerentiam anni Iubilæi, q. d. Non uidiſti unum annum Iubilæum, & dicis te uidiſſe Abraham. Falsè autem ipſi reſpõderunt. Ipſe. n. dixit Abraham uidit diem meum, ſed ipſi peruertunt uerba & ſenſum. Ideo dat eis intelligere deitatem dicens: *Antequam Abraham fieret ego ſum,* i. antequã fieret creatura ego ſum. ſ. creator. Sum, eſt uerbũ ſubſtantiuum, ſignificãs purã eſſentiam rei ſine connotatione actionis uel paſſionis. Et nõ dicit fuit: quiã deitas nõ habet ꝑteritũ, nec futurũ, ſed pręſens tantùm. Exod. 3. Ego ſum qui ſum. *Tulerunt lapides iudæi ut iacerent in eum.* Aug. Defecerunt eis uerba & habuerunt corda lapidea: ideo currunt ad lapides. Ecce eo

rum

tum malitia, non moti amore iuſtitiæ, ſed zelo inuidiæ. Nã ad blaſphemũ puniẽdũ requiritur debitus modus & proceſſus, ut. ſ. corã iudice & teſtibus ſit cõuictus & cõdãnatus, ut patet Leui. 24. & extra ciuitatẽ. Ipſi aũt ſine iuſtitia & in loco ſacro quod erat illicitũ. 3. Re. 11. Ioiada pontifex fecit Athaliã trahi extra ſepta tẽpli anteq̃uã occideret. *Ieſus aũt abſcondit ſe.* Aug. Non in angulo quaſi timẽs, uel in domuncula quaſi fugiẽs: uel retro murũ quaſi diuertens, ſed cœlica poteſtate inuiſibilẽ ſe cõſtituens. *Et exiuit de templo*, ꝑꝑ tria. Primo quia non uenit hora eius, ſecundo quia tale genus mortis nõ elegerat, tertio ꝑꝑ exẽplũ, ubi nõ eſt reſiſtentia ibi debet eſſe fuga Mat. 10. Si ꝑſecuti fuerint uos in ciuitate, iſta fugite in aliã. Pro doctrina ſciendũ q̃ dominica hodierna uocať dñica in paſſione, & hoc iõ, q̃a ſancta mater eccleſia hodie incipit innocentiſſimam & crudeliſſimam mortẽ Xp̃i celebrare, & eius anniuerſarium recolere qui nos redemit de diabolica poteſtate. Et meritò ſabbatho incipitũr memoria: quia ſcd̃m Magiſtrũ in hiſtoria ſcholaſtica, proxima feria ſexta ꝑcedẽte cõcluſerũt iudæi Chriſtũ mortificare, ut patet Io. 11. igiť, &c. Vnde uocatur à uulgo Nigra dominica: quia cũ moriť pater uel frater alicui, ille in ſignũ luctus deponit ueſtem lętitiæ, & aſſumit nigrã ueſtẽ iuſtitiæ. Et ſic facit ſctã mater eccleſia. In heſternis. n. ueſperis incępit colere memoriã paſſionis & mortis Chriſti cantando: Vexilla regis ꝓdeunt. ut ſi fortè aliqui ſint lapſi ueniant ad uexillũ quod oẽs amaritudines facit dulces. Vt figuratũ eſt per lignum proiectũ in aquis Marat. Nota tñ q̃ duabus hebdomadis paſſio dñi recolitur. Primo quia à duobus & pro duobus populis paſſus eſt, ſ. iudęis & gentibus. Secundo quia duo teſtamẽta per duas hebdomadas exprimimus, uetus quod ꝓdixit eum paſſurum, & nouum qđ oſtẽdit eum paſſum. Tertio propter dignitatẽ patientis. In hoc eccleſia ſeruat morẽ antiquorum qui longo tẽpore flebant pro morte uenerãdæ perſonę, ut Ioſeph. 70. diebus fleuit mortẽ patris ſui Iacob. Gen. ult. Et filii Iſrael 30. diebus Moyſen Deut. ult. Sed eccleſiæ non expedit diu triſtari ꝑꝑ gaudium reſurre-

ſurrectionis conſequentis,igitur &c. Quarto quia ꝓpter magnitudinẽ & multitudinẽ paſſionis nõ ualet pauco tẽpore meditari.Thr. j. O uos oẽs qui tranſitis per uiã,&c. In quibus diebus omittiť Gloria patri,in ſignum ſui planctus,quia uerſus iſte ad laudẽ pertinet Trinitatis . Xp̃s.n. qui eſt ſecũda perſona in trinitate,fuit dehoneſtatus iſtis diebus. Sed in reſurrectione Gloria patri reſumitur: quia per reſurrectionem Xp̃s fuit gloria immortalitatis glorificatus. Notabiliter autẽ tacetur in introitu miſſæ & reſponſoriis, & in Venite exultemus:quia illa ſunt de paſſione. In Pſal.uerò & in hymnis non tacetur, quia pſalmi ſignificant operationem : ipſum uerò non perſequebantur in operibus eius his diebus: quia tantum linguis eorum tractauerunt de nece ipſius . Sed quia ipſe bonũ non deſinit operari,ꝑpea nõ tacetur in totum.Et non ſtatim poſt habitum conſiliũ traditus eſt agnus in manus carnificũ:ſed in triduo ante paſcha,iõ tunc oĩno tacetur: quia tũc neq; cãtatur, neque legitur,eo qđ tunc maximè dehoneſtata eſt Trinitas in Xp̃i captiuitate,cõſputione,crucifixione,&c. Tunc.n.uidimus eum nõ habẽtem ſpeciẽ, neq; decorem. Et hanc memoriã paſſionis debet quilibet recolere, dicẽdo illud Can. 1.Faſciculus mirrhę dilectus meus mihi,inter ubera mea cõmorabitur . Quia nihil deo acceptius ꝙ memoria paſſionis,ut patet in miraculo,ubi quidã frater in clauſtro. Quære in ſermonibus de tẽpore, in ſermone primo huius dominicę.Sed heu aliqui ingrati ſunt hodie qui magis faciant iudæis ipſum lapidando quàm crucẽ eius portãdo,&c.ut patet ſupra. Vnde Bæda: Quot malas cogitationes quis aſſumit,tot lapides in deũ mittit,&c.

De Eodem, *Tulerũt lapides iudæi ut iacerẽt in eũ. Ieſus autẽ abſcondit ſe & exiuit de templo.Ioan.8.* Enarratio. IIII.

IN uerbis iſtis notãtur duo. Primum eſt Iudæorum malignitas contra Chriſtum. Secundum eſt Chriſti cõtra iudæos benignitas . Malignitas ipſorum patet ꝙ Chriſtũ Ieſum lapidare uolebant qui eis tanta bona fecerat,infirmos

mos eorum curauerat, cæcos illuminauerat, claudos ambu lare fecit, leproſos mundauerat, eos ſuo pane ſatiauerat, uiam ſalutis prædicauerat eis, & tñ volebant eũ lapidare. Quod conqueritur dicens Ioannis 2. Multa bona opera operatus ſum uobis, pp quod opus vultis me lapidare. Per iſtos Iudæos ſignificãtur mali Chriſtiani quibus Xp̃s mul ta bona contulit, quia aĩam & corpus dedit, & bona tempo ralia, naturalia, ſacramẽtalia, & eos ſuo sãguine redemit, pro iſtis mortem ſuſtinuit: & eũ lapidant in peccatis ſuis. Quot.n. peccata peccator cõmittit, tot lapides contra deũ proiicit Ezec. 16. lapidabunt te lapidibus. Glo. i. renouant paſſioné peccatis ſuis. Heb. 6. c. Rurſum crucifigentes filiũ dei. Quoties peccator reiterat peccatũ pro quo Xp̃s mortu us eſt: toties renouat eius paſſionem & mittit contra eum lapides. Comparatur aũt peccatum lapidi. Primo ꝑpter grauitatem, lapis.n. grauis eſt & ſemper deorſum tẽdit: ſic peccatum graue eſt, & trahit hominem ad aliud peccatũ. Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Pſa. 37. Sicut onus graue gra uatę ſunt ſuper me, &c. Cùm.n. Dauid cõmiſerat pc̃m cum uxore Vriæ: ſtatim illud traxit eum ad aliud, ſ. ad homici dium. 2. Reg. 11. Et tãdem trahit hominem ad infernum. Exod. 15. deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Omnes aũt lapides huius mundi non poſſent unam aĩam demerge re, ſed unum peccatum mortale demergit hominem in in ſernum. Exemplum de heremita qui omni uita ſua deo ſer uierat, ſed in fine uitæ ſuæ uoluit latro fieri: & captus eſt, & occiſus & dãnatus. Secundo pc̃m cõparauit lapidi pro pter infructuoſitatem: quia ſemen quod ſeminatur ſuper lapidem non poteſt fructũ facere perfectum: quia licet ali quo modo uiuere uideatur, non tñ facit fructum. Luc. 8. Aliud cecidit ſuper lapidem, & natum aruit; quia non ha buit humorem. Sic omne bonum factum in peccato morta li non facit fructum perpetuum licet hic bonum uideatur, & eſt aliquo modo: tñ in futuro ſeculo non facit fructum qui eſt meritorius; quia nõ habet humoré grã. Greg. Qui charitatem non habet omne bonum perdet. Iõ improperat

apoſtolus

apoſtolus conuerſis dicens: Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis, quaſi dicat nullum fructum, ad Rom. 6. Exemplum in Saul qui multa bella bellauit pro populo dei, ſed quia in peccatis fuit, dño non placuit. Nec eleemoſynæ faciũt fructum perfectũ in peccato. Eccl. 34. Dona iniquorum non approbat altiſſimus, nec reſpicit in oblationem iniquorum. Exemplum, Petrus Damiani dicit, quod quidã epiſcopus uidit beatũ Benedictũ papam poſt mortem in nigro equo ſedentem. Et dũ quæreret qũo ſibi eſſet, rñdit. Grauiter torqueor ſed de miſericordia dei non deſpero ſi mihi adiutoriũ præbeatur. Vade ad ſucceſſorem meũ Ioannem, & dic ei ut in tali apotheca ſummã pecuniæ recipiat & pauperibus diſtribuat, multa data ſunt pro me, ſed non profuerunt, qa rapina fuerunt, & amici mei qui ea dederũt in peccatis fuerũt. Et iõ eleemoſynæ eorum non fuerunt mihi adiutorium. Tertio pctm̃ cõparatur lapidi pp duritiam: quia ſicut lapis durus eſt: ſic hõ induratur per peccatum. Hiere. 5. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram & noluerunt reuerti ad dominum. Iob 41. Indurabitur cor eius quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. Sed quidam peccatores quantò magis corripiũtur & flagellantur a dño, tantò magis indurantur. Sicut Pharao de quo dr̃ Exod. 7. Induratum eſt cor Pharaonis. Et cùm dñs multoties eum flagellaſſet & emolliri nollet, ſubmerſit eum in mari. Exẽplum, Buchardus rex Phryſonum induratus in peccatis cũ baptizari deberet, & unũ pedem in lauacro intinxiſſet, alterum retrahens interrogauit, ubi nam plures ſociorum ſuorum eſſent, in inferno an in paradiſo. Et audiens plures in inferno: alterum pedem retraxit, dicens: Melius eſt plures ſequi quam pauciores. Et accedens diabolus dixit ei: Bene feciſti, quarto die ego incomparabilia dona tibi dabo. Et ecce quarta die ſubitanea morte interiit. Quarto comparatur peccatum lapidi propter ſeparandi conſuetudinem. Solet enim de lapidibus fieri murus qui ſeparat unam rem ab alia: ſic peccatum facit murum inter deum, & hominem. Et quot peccata homo committit, tot lapides in muros ponit qui eum

à deo diuidit. Eſa. 56. Peccata ueſtra diuiſerunt inter uos & deum ueſtrum. Sed iſte murus in hac uita deſtrui põt per pœnitentiam & confeſſionem. Sed poſt illam uitã ita firmabitur ꝙ nunquam deſtruetur. Vnde dixit Abraham ad diuitem iacentem in inferno: Chaos magnum firmatũ eſt inter nos & uos. Luc. 16. In Inferno enim nulla erit redẽptio. Aug. Cùm inferni puteus infelices recipit claudetur ſurſum: aperieturq́; deorſum ac dilatabitur in profundum, nullumq́; ibi reſpiramẽ, nec liber anhelitus erit Et clauſtris inſuper inferni intricabuntur illi maledicentes rerum naturę, & ultra neſcientur a deo qui deum ſcire noluerunt. Exemplum: Quidam erat pater malus habens duos filios. Vnus uerò uidens peccata patris noluit ſecum conuerſari & heremũ intrauit. Alius autem ſequebatur patrem, & in peccatis ambo mortui sũt. Quod cùm audiuit heremita rogauit dominum ut de ſtatu eorũ ei reuelaret. Rapitur ergo & ad infernum ducitur, ubi uidit diuerſa genera tormentorum, ſed pœnas eorum non uidit. Tunc duxit eum angelus ad puteum clauſum lapide magno. Cumque deponeret lapidẽ exibat fumus & ignis & clamores ualidiſſimi & lamentabiles audiebantur, ſed pater & filius exibant ignem inuicem tãquam canes mordẽtes. Et dixit pater: Maledictus tu fili, quia propter te iniuſta bona congregaui, propter quæ ęternaliter condemnatus ſum. Econtra dixit filius: Maledicte pater quia tu me procreaſti, & ad talia bonã hæreditaſti pro quibus æternaliter ſum damnatus. Et ſic ſe mordentes & maledicentes in puteum receſſerunt, & lapide ſuperpoſito ait angelus: Nunquam in perpetuum exibunt inde. Et ille reuerſus ad ſe uitam in bono terminauit.

De Eodem, Ex Epiſtola. *Si ſanguis hircorum taurorũ, etc. Ad Hebr. 9.* Enarratio. V.

BArtholomęus in prima practica ſua dicit: Cùm membrum aliquod igne lęſum fuerit, mox igni denuo applicetur: & dolor læſioque ceſſabit. Spiritualiter, & ſic qui

læſus fuerit igne prauæ cõcupiſcentiæ peccati talis debet accedere ad ignem paſſionis domini per gratitudinem, & ſuſcipiet mentis ſanitatẽ. Quod figuratur per filios Iſrael Num. 21. Quicunque. n. ex illis fuerat læſus à ſerpente uenenoſo & ignito, cùm intuitus erat ſerpentem æneum ſanatus eſt. Spiritualiter, Per ſerpentem uenenoſum intelligitur diabolus. De quo Gen. 3. ait Eua. Serpens decepit me. Qui igitur à tali læditur, intueri debet ſerpentem æneum. i. Chriſtum poſitum in cruce: & ſanatur in anima. Vnde Hugo de ſacramentis: Cuncta quidem corpora tam animata quàm inanimata uirtute paſſionis Chriſti credimus reſtaurata. Et Gregorius ĩ regiſtro. Nulla mihi ſalus: nulla uirtus corporis & animę niſi in Chriſti feliciſſima paſſione. De quo thema. *Si ſanguis hircorum & taurorum, &c. multo magis ſanguis Chriſti*: In ſumma epiſtolæ duo innuuntur. Primo apoſtolus oſtendit paſſionis Chriſti dolorem accerbiſſimũ, ibi: Chriſtus aſſiſtens. Scđo ſubdit paſſionis dominicæ ualorem utiliſſimum. De primo dicit: *fratres, Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum*, In his uerbis innuitur. quæ nos ad introeũdum tabernaculum cœli diſponunt. Primum eſt unctio gratiæ. Ideo à Chriſto nos dicimur Chriſtiani. Hæc unctio gratiæ datur in baptiſmo in ſignũ ſpiritualis unctionis. Scđm diſponẽs nos eſt Chriſti oratio, ibi: *Aſſiſtens*, ſcilicet deo patri ad interpellandũ pro nobis. Nota Chriſtus orauit uerbis. Ioann. 7. Non pro eis rogo tantùm, ſed & pro his qui credituri ſunt per uerbum eorũ in me. Item orauit lachrymis. Heb 5. Cum clamore ualido & lachrymis offerens eſt exauditus pro ſua reuerentia. Item orat quotidie cicatricum oſtenſione. Ad Hebr. 9. *Intrauit Ieſus in cęlum ut pro nobis appareat uultui dei*. Tertium diſponens eſt oblatio cùm dicitur, pontifex. Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad deũ, ut offerat ſacrificia & dona. Tunc ſubiũgitur futuræ remunerationis expectatio, cum ſubdit: *Futurorum bonorum*. 1. Cor. 15. Si in hac uita tantum in Chriſto ſperãtes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Ideo ad Hebr. 13.

Non habemus hic permanenté ciuitaté,&c.Item poſt hęc quæ non abiiciunt innuit cùm ſubdit, peramplius.Tertio ſubdit quæ impediunt.Primum eſt luxuria,ibi,non hirco rũ.i.ſid. Hircus eſt animal laſciuiũ ferués ad coitũ & ſic luxurioſi merito cõparantur hirco. Hiere.1.Ollã ſucceſſam ego uideo,& faciẽ eius à facie aquilonis. Itẽ ratione petulantiæ & oculi.Et ſic dicit Aug.Impudicus oculus impudicæ mentis eſt nũtius.Itẽ ratione fœditatis. Iõ ſuper Sodomam pluit ſulphur.Nã dicit Democritus, ꝙ eſt tantæ caliditatis ut cruor eius adamantẽ diuidat: quẽ nec ignis nec ferrũ diuidere põt.Et ſic luxurioſi. Scđo nõ ſanguine taurorũ,i.ſuperbia.Primo ratione ferocitatis.Prou.13.Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.Scđo taurus paſcitur ſolus niſi tẽpore amoris. Et ſic ſuperbi uolunt eſſe ſingulares in hominibus: non permittentes alios cum eis morari dicentes illud Sap.2.Sit fortitudo lex iuſtitiæ noſtræ. Eccl.10. Initium omnis peccati ſuperbia, & qui tenuerit illam implebitur maledictis.Greg.Euidentiſſimnm ſignum reproborum eſt ſuperbia.Pſ.100.Nõ habitabit ĩ medio domus meę,qui facit ſuperbiã. Ariſt. In corde tauri os durum reperitur.Et ſic in homine ſuperbo. Eccl.3. Cor durum male habebit die nouiſſimo. In ſumma epiſtolæ Apoſt.oſtendit quatuor differẽtias Xpi ad pontificẽ ueteris teſtaméti. Prima eſt,qa ille intrauit tabernaculum manufactum,ſed Xps introiuit in tabernaculum nõ manufactum. Scđa eſt, quia ille cum ſanguine alieno,ſed Xps cũ propria.Tertia, quia ille pluries:ſed Xps ſemel. Quarta, quia ingreſſio illius erat tãtùm remiſſio peccatorũ illius anni: ſed ingreſſus Chri oĩum annorum ẽt præteritorum. Et cõmendat eũ à multis. Primo à grẽ plenitudine cùm dicit, Chrs, quod interpretatur unctus: ipſe.n. unctus eſt oleo plenitudinis gřæ.Pſ.44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.Io.1.De plenitudine eius omnes accepimus. Scđo cõmendatur ab officio cùm dicitur pontifex,i.pontẽ faciens,quia ſeipsũ fecit nobis pontẽ eundo ad patrẽ,attingens a ripa noſtræ miſeriæ uſq; ad ripã felicitatis æternæ.Per hũc tranſeunte nõ ſubmergimur in flumine culpæ ubi

ubi trahimur ad mare pœnæ æternę.Ioã.14. Nemo uenit ad patrem niſi per me.Ideo in euang. hodierno agitur de pila.Tunc.n.Iudæi pilã fecerunt, qñ lapides in Chriſtum miſerunt.Sed in paraſceue crux poſita eſt ſuper pilã, & tũc pons nobis factus eſt.Mundus.n.iſte erat tanquã mare periculoſum & tanq̃ fluuius rapidus in quo oẽs periclitabamur.Sed contra naufragiũ dedit nobis Chriſtus adiutoriũ triplex,nauem,tabulam,& põtem. Nauis.n.eſt innocentia in qua poſitus fuit Adã, ſed iſta nauis fracta fuit, qñ ipſe peccauit.In hac naui fuit B.Virgo, quæ gratiis intègra & ſaluis mercibus plena ad portum paradiſi peruenit.In hac naui ſunt oẽs pueri baptizati, q̃diu ſeruant innocentiam baptiſmalẽ.Sed quia fere oẽs hoĩes frãgunt nauem baptiſmatis innocentiæ,ideo deus parauit nobis tabulam pęnitentiæ. Nã ſecundum Hiero. Pęnitentia eſt prima tabula poſt naufragium.In hac tabula pęnitentiæ fuit M. Magdalena:q̃ cum iſta tabula ad portum paradiſi peruenit. Imò ẽt alias uirgines multas,quæ erant in naui innocẽtiæ tranſcẽdit tã ad meritum quam ad præmium.Bern. Sicut deus non priuabit eos bonis qui ambulant in innocentia: ita nõ priuabit bonis eos qui ambulant in pęnitẽtia. Quia uerò ſunt multi qũi frangunt nauem innocentiæ, & qui perdunt tabulam pęnitentiæ.Ideo deus præparauit tertiũ adiutorium,ſ.põtem ſuæ paſſionis. Iſte põs inchoatus eſt hodie in pilæ fundatione,ſed in paraſceue eſt cõſũmatus in trabium & tabularum ſuperpoſitione. Tunc igĩ quatuor trabes ſuperductæ ſũt, quarũ una fuit de palmo,ſecũda de oliua, tertia de cedro, quarta de cypreſſo. De his quatuor lignis crux Xp̃i facta fuit. Deinde ſuper has trabes poſita eſt tabula,i. caro Xp̃i puriſſima, quæ quatuor clauis in eã fuit cõfixa.Et ſic factus eſt pons.Ideo Chriſtus dicitur *pontifex*.i.pontẽ faciens.Primo ꝑꝑ habitũ.Habuit.n.amictum qñ fuit uelatus. Habuit albã qñ ab Herode alba ueſte fuit indutus. Habuit blatam qñ militibus purpura fuit circundatus.Habuit cingulum,& ſtolam,qñ ad ſtatuam fuit ligatus.Habuit manipulum quando in manibus fuit clauis cõfixus.Habuit mitram qñ ſpinis fuit coronatus.Habuit ba-

culum paſtoralē quãdo arundo ſibi in manibus data fuit. Habuit ſandalia qñ habuit clauos in pedibus. Secundo dr̃ *pontifex* pp̄ unctionis myſteriũ. ipſe.n.fuit unctus: iuxta il lud Pſ.44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitię, &c. Olim quidē deus erat homini durus, ſed mõ Chriſtus eſt unctus & ideo factus eſt mãſuetus. Ideo dicit: Vnxit te deus deus tuus, &c. Olim erat iratus, ſed factus eſt lætus. Ideo dicit oleo lætitię. Olim deus in gratia ſua erat auarus; ſed Xp̃s factus eſt largus. Ideo dr̃ *præ cõnſortibus tuis*. Dedit.n. deus pater ſibi ſpiritũ gratiæ & miſericordiæ ſine menſu ra. De cuius plenitudine nos oẽs accepimus. Tertio dicit *pontifex*, propter officium, quod quidem officium triplex eſt. Primũ eſt pro populo orare. Et ſic Chriſtus orauit pro nobis multipliciter. Nam orauit uerbis. Io. 17. Non pro eis rogo tantùm, ſed pro eis qui credituri ſunt per uerba eorum in me. Orauit lachrymis. Heb. 5. Cum clamore ua lido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Orauit ſanguine. Heb. 12. Acceſſiſtis per ſanguinis aſ perſionem melius loquẽtẽ quã Abel. Orat quotidie cica tricum repręſentatione: quia eas patri quotidie repræſẽ tat, ad Heb. 9. *Intrauit Ieſus in ipſum cęlum ut appareat nũc vultui dei pro nobis.* Secundum officium pontificis eſt ſacri ficium offerre. Et iſtud Chriſtus habuit: quia pro nobis ſe in ſacrificium obtulit. Ad Heb. 9. *Per ſpiritum ſanctũ ſeme tipſum obtulit deo immaculatum.* Quando aũt ſacrificium of ferebãt igne accendebãt. Et ſic ipſe fuit accẽſus igne amo ris quo ad aĩam. De quo igne dr̃ Lu. 12. Ignẽ ueni mittere in terrã, &c. Io. 15. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet q̃ ut animã ſuã, &c. Fuit accẽſus igne doloris quo ad car nẽ & aĩam. Thren. 1. O uos oẽs qui tranſitis per uiã, atten dite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Fuit accenſus igne paſſionis quo ad carnem ſuam. Pſ. 16. Igne me examinaſti. Tertium officium pontificis eſt præbẽdas diſtri buere. Et ſic ipſe præbendas diſtribuit, ſicut dicit Ambro. in hæc uerba. Autor humani generis in cruce exiſtens pie tatis officia diuidebat, perſecutionem apoſtolis, pacem di ſcipulis, corpus Iudæis, patri ſpiritum, uirgini paranym-

phum,

phum,latroni paradiſum,peccatoris infernum,pęnitenti bus pęnitētiā delegauit. Tertio commendatur à largitate cùm ſubdit: Futurorum bonorū ſupple dator. Dicitur Heſter 2. Dona largitus eſt iuxta magnificētiam principalē. In creatione dedit nobis bona tēporalia. In redemptione bona ſpiritualia. In glorificatione bona æternalia. Prou. 4. Dabit capiti ſuo augmenta gratiarum ſpiritualium in præſenti,& corona inclyta,i.æterna gloria proteget te, ſ. in futuro. Vnde ait Io. 10. Ego ueni ut uitam habeant.ſ. in præſenti per gratiam,& abundantius habeant, ſ.in futuro,per gloriam. Quarto commendatur à ducatu, ibi: *pe ramplius & perfectius*: ſupple intrauit *tabernaculum*, i.cęlū, patefaceret nobis aditum. Nota cùm dominus fuit cum Moyſe in monte, tunc dominus præcepit fieri tabernacū lum,& oſtendit ei formam. Quod poſtea fecit Beſeleel ex præcepto Moyſi cùm dixit ei dominus: Fac ſecūdum exē plar quod tibi monſtratum eſt in monte. Exod. 25. Quod ēt bene figuratur per Ioſue,cui dictum eſt Deute. 31. Cō fortare & eſto robuſtus,introduces populum meum in terram promiſſionis,quaſi diceret: Confortare ad patiendū, & eſto robuſtus ad diabolum conterendum,& introduces populum meum in terram promiſſionis,ideſt cęlum. Hoc tabernaculum quod Chriſtus intrauit, pręcellit taberna culum ueteris teſtamenti in tribus. Eſt enim *peramplius*, ideſt multò amplius quàm tabernaculum aliud: quia plurimos capit propter continentiam diuinitatis. Ioann. 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Et Baruc. 3. c. de amplitudine huius tabernaculi dicitur: O Iſrael q̄ magna eſt domus domini: & ingens locus poſſeſſionis eius. Item eſt perfectius, i. magis perfectum, quantum ad excellentiam ſanctitatis: quia ibi eſt æterna beatitudo. In ueteri aūt tabernaculo apparebat tantùm gloria domini ad horam in quadam nubecula: hic uerò perfecta. Vnde Pſ. 26. Vnam petii a domino hanc requiram. Vbi dicit Aug. Cur permulta uagaris homuncio: habes unum bonū & illud inquire,in quo ſunt oīa bona,& ſufficit. Itē eſt nō *manufactum*, ſicut illud quod fuit in heremo. Sic nō ſuffi-

ciūt noſtra merita. Quis.n.eſt tā dignus vt mereri valeat regnū oīum ſeculorum.Ro.8.Nō sunt cōdignæ paſſiones eius tēporis ad futurā gloriā,q̄ reuelabitur in nobis.Qui to cōmendat eū à præparatione viæ:de quo ſubdit:*Neque per ſanguinē hircorū aut uitulorum : ſed per proprium ſanguinē introiuit ſemel in ſancta æterna redēptione inuenta.* Vñ Cant. 5.Aſcēſum fecit purpureum.Hoc factum fuit qñ aſſumpſit viā ſanguine ſuo,vt nos ſequamur eum. 1. Pet.2.Xp̄s paſſus eſt ꝓ nobis,vobis relinquēs exēplum,vt ſequamini veſtigia eius.Et.2.Tim.2.Si cōpatimur cōregnabimus.Nam ſacerdos veteris teſtamenti intrabat in ſancta ſanctorum cum ſanguine hircorū aut vitulorū.i.hirci & vitulæ ruffę decima die ſeptimi mēſis. Hirculus ille figurat Chr̄m per peccati ſimilitudinē.Vitula quoq; ꝑꝑ carnis infirmitatē. De vitula legiṫ Num.19.ꝙ erat ruffa, qa caro Chr̄i fuit tota paſſionis ſanguine rubricata.Vnde Eſa.63.Quare rubrū eſt indumētū tuum, & veſtimēta tua ſicut calcātiū in torculari?Itē erat ætatis integræ: qa Chriſtus paſſus eſt i ꝑfecta ætate.Itē fuit ſine macula.ſ.peccati originalis,nec portauit iugū iniquitatis.Vñ Pſ.14. Qui igrediṫ ſine macula,& operaṫ iuſtitiā.Itē tradebaṫ ſacerdoti:ſic Chriſtus à Iuda traditus eſt ſacerdotibus.Itē imolabatur extra caſtra:ſic Chr̄s ad Heb.ultimo extra portā paſſus eſt. Aſpergebaṫ quoq; ſepties domus cum sāguine cōtra tabernaculum:qa ſanguis Chriſti effuſus in remiſſionē plenā oīum peccatorum.Vñ.1.Io.2.Ipſe propiciatio pro peccatis noſtris nō pro noſtris tantum, ſed ēt pro totius mundi.Cōburebatur tñ fumo: qa Chriſtus paſſus eſt opprobria.Vñ Pſ.68.Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt ſuper me, & accipiebat ſacerdos ſignum cedrinum & iſopum & coccū,& mittebat in flammam. Quia fides noſtra, ſpes & charitas in dei paſſione mittuntur.In cedro nanq; notaṫ ſpes ꝑꝑ altitudinē.In iſopo fides ꝑpter humilitatē. In cocco intelligitur charitas propter colorē. Vir mundus colligebat & ferebat cineres extra caſtra.Cinis aūt eſt memoria paſſionis quam per prędicationes apoſt.detulerūt ad gētes,q̄bus dñs ait Io.15. Iam uos mundi eſtis propter ſermonem

monem quē locutus ſum uobis. Ex hoc cinere fiebat aqua luſtrationis: per quam ſignificatur ſacramentum baptiſmatis: quia effectum habet à poſſione ut renatis pateat regnum cœleſte. Vltimo cōmendat eam à redemptione ibi: Aeterna redēptione inuēta, ut redēpti, ſ. ſint æternaliter. Vñ Eſa. 51. Et nunc qui redempti ſunt à dño reuertentur, ſupple à peregrinatione ad patriā, de miſeria ad gloriā, de labore ad requiem, de dolore ad iucunditatem. Et uenient in Sion laudantes glorificationem ſuā de obtenta uictoria, decollata lætitia ſempiterna ſuper capita eorū. Quia incogitabilis, ineffabilis, incomprehenſibilis erit. Gaudiū & lætitiam obtinebūt de ſtola animæ & ſtola corporis. Fugiet dolor & gemitus: quia iam nō eſt amplius timor de culpa ſiue de pœna, quoniam gloria erit ęterna.

De eodem, *Si ſanguis hircorum aut tuarorum, &c. Hebr. 9.*
Enarratio. VI.

COmmendatƿ in hac epiſtola pretioſus ſanguis Chriſti, per quem ipſe pontifex noſter Chriſtus cœlū tanquam ſancta ſanctorū intrauit, & inquinatū ſanctificauit. Cōſiderandum ergo eſt ꝙ pontifex noſter ꝑ ſanguinem ſuum operatus eſt mundi purgationem inferni ſpoliationem, cęli reſerationem, iudicii euaſionem. De primo dƿ hic: *Si. n. ſanguis hircorum.* vſque: *quantò magis Chriſti, &c.* Hebr. 9. *Omnia pene in ſanguine mundantur ſecundum legem.* Miſer mundus leproſus fuit, unde per ſanguinem mundari debuit. Sacerdos autem ipſum mundans eſt Chriſtus. De quo Leuit. 24. Aſperget domum ſepties, purificabitq́; eam tā in ſanguine paſſeris q̃ in aquis uiuētibus. Domus leproſa mundum ſignificat paſſer carnem Chriſti, aquę uiuentes baptiſmum. Septem aſperſiones ſeptem ſanguinis effuſiones Chriſti ſignificare poſſunt. Prima effuſio fuit ī circunciſione. Secunda fuit in mōte Oliueti in oratione. Lu. 22. Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrētis in terrā. Tertia ī flagellatione. Quarta in coronatione. Quinta in manuum perforatione. Sexta in pedum crucifixione. Septima in lateris apertione. Ecce quomodo

Chriſtus

Xp̃s in terra & in aere ſanguinem ſuũ aſperſit,ut mũdum immundum mundaret.Vnde Chry.Nõ ſub tecto, ſed ſub cęlo Xp̃s immolabatur:vt vniuerſus aer in excelſis,immo lato eius odore à tetro mundaret̃.Sed & terra ſimile beneficiũ ſẽtiebat cùm de eius latere ſanguinis ſtillatio emanabat per quam mundata eſt. De ſcd̃o Zach.9. Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo nõ erat aqua.Gl.i.nulla refrigerans miſericordia, quã diues petiit cùm dixit: Mitte Lazarũ vt intingat extremum digiti ſui in aquã,ut refrigeret linguam meam. Quære ergo miſericordiã dei nõ in inferno, ſed dũ viuis in mũdo. Ibi.n.aquam negauit, ſed ſanguinẽ ſuum hic dat.Ibi vnã guttam aquę negauit:hic plurimas guttas imo fluuios sãguinis miniſtrauit.Ber. Apud dñm miſericordia & copioſa apud cum redemptio: q̃a nõ gutta, ſed vnda ſanguinis largit̃:per quinq;.n.partes corporis emanauit. Hoc ergo ſanguine vncti de lacu liberant̃ inferni. Sicut legit̃ q̃ ſtrucio cuius pullum Salomon incluſerat. tulit vermiculum cuius ſanguine vitrũ liniuit: & fractũ eſt & pullus liberatus.Sic Xp̃s electos ſuos liberauit fracto inferno per ſanguinem uermiculi carnis ſuæ:Pſal.21.Ego ſum uermis & non hõ.Infernus.n. Xp̃o frangenti fuit quaſi uitreus: ſed damnatis ferreus. De tertio Apoc.22. Beati qui lauãt ſtolas ſuas in ſanguine agni,ut ſit poteſtas eorũ ĩ ligno uitę. Et per portas intrent ciuitatẽ foris aũt canes uenefici. Lignũ uitæ Xp̃s eſt per quod ſpiritualiter & æternaliter animæ noſtræ uiuunt quæ mortuę erant peccatis.Vnde bene Chriſtus ait in Pſ.101.Similis ſum pellicano ſolitudinis, &c.Pellicanus.n. ſicut dicit glo. dicit̃ pullos ſuos roſtro occidere & triduo lugere, & tunc roſtro ſuo ſanguinem ſuum ſuper eos fundere:& ſic illi reuiuiſcũt. Ita Chriſtus ſanguine ſuo nos uiuificauit. Sed ecce ad portas ciuitatis ſupernæ nullus poteſt intrare niſi lotus Chriſti ſanguine. Solus enim ſanguis agni aperire potuit portas.Bernar. sãguis Chriſti eſt clauis paradiſi.Vnde clauiger Chriſtus noſter primus per propriũ ſanguinẽ intrauit ſemel in ſancta.De quarto ad Roma. 5. Commendat ſuam charitatẽ

deus

deus in nobis,&c.uſque:iuſtificati i ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Sicut aũt electi per ſanguinem Xp̄i iram iudicii euadunt: ita reprobi per ſanguinem ipſius grauius habebunt iudicium; quia ſanguis Chriſti clamat cõtra eos. Iob. 16. Terra ne aperias ſanguinẽ iuſti neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Tunc quidem contra peccatores clamat, ſed nunc pro peccatoribus Chriſti ſanguis clamat. Heb. 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionẽ melius loquentem q̃ Abel. quia ſanguis Abel uindictam fratricidii petiit. Sanguis domini uitam perſecutoribus ſuis impetrauit. Quia igitur ſanguis Xp̄i in iudicio ſaluat electos & cõfundit reprobos: ideo bene dicit Apoc. 19. ꝙ Io. uiderit ueſtitũ ueſte aſperſa ſanguine habẽtẽ diademata multa in capite, & gladium ex utraq; parte acutum in ore, diademata ad coronandum electos, gladiũ ad feriendum reprobos. Caput Chriſti diuinitas. In capite ergo diademata hãbuit; quia in contemplatione & fruitione diuinitatis corona erit.

Feria I I. *Quæritis me & non inuenietis Ioan. 7.*
Enarratio. I.

IOannes Meſue in prima practica ſua, dicit: Cuncta q̃ dem vulnera, quæ uergunt ad mortem ſolis uirginibus manebunt alliganda. Nã tactus impudicorum morboſus eſt, & plurimũ infectiuus & grauat: ſed pudicorum ſalubrior & leuior. Spiritualiter: & ſic vulnera feliciſsimæ paſſionis Chriſti. Chryſ. Sic etenim conuenit facere dñicæ paſſioni, ut incorrupti ſimus mẽte & corpore. Et pro tali munditia orat eccleſia introitu miſſæ: Miſerere mihi dñe q̃m conculcat me homo, tota die bellans contribulat me. In collecta: Sanctifica quæſumus domine noſtra ieiunia, & cunctarum nobis indulgẽtiam propitius largire culparum. Et ſic fecerunt Niniuitæ. De quo ait epiſtola Ionæ 3. Cùm uoluerunt mundari & domino placere, egerunt pœnitentiam ad prædicationem Ionæ. Et ſic nos ſi immundi ſumus agamus pœnitentiam, tunc mundabimur, ut poſſemus, domino ligare uulnera. Et ſic iudæi non

fece-

fecerunt, ideo non inuenerunt gratiã in eius paſſione propter maculam operum ſuorum;ergo ait eis:*Quaeritis me et nõ inuenietis*.Aliud thema.Cornica vel cornix morſa à ſerpente q̃erit herbã in remediũ.Spiritualiter.& ſic peccator veneno peccati circundatus q̃rat pęnitentiã.Naturale eſt fugere periculũ.Mat.8. Timẽtes periculũ ſubmerſionis acceſſerunt ad Xp̃m,dicẽtes:Dñe ſalua nos, perimus.Heſter 14.Pauens periculum cõfugit ad dñm. Et ſi illud corporale periculum fugiendũ eſt,multò magis periculũ ęternale. Pſ.114.Pericula inferni inuenerũt me.Lu.13.Niſi pęnitẽtiam egeritis oẽs ſimul peribitis.Iõ recurramus ad remediũ animę,ſ.ad dei miſericordiã. De qua introitus:Miſerere mihi,&c.Et in collecta,& Niniuitæ in epiſtola.In ſũma euãgelii duo innuuntur. Primo Iudæorum peruerſio cùm dr̃.*Miſerunt miniſtros:* Secundo ſapiens Chriſti reſpõſio cùm dr̃:*Adhuc modicum tempus nobiſcum ſum,&c*.De primo dicit.In illo tempore,ſ.cum Chriſtus prædicaret in tẽplo,& multi crediderunt in eum de turbis,dicentes:Cùm uenerit Chriſtus nunquid maiora ſigna faciet q̃ quæ hic facit.Et audientes hoc phariſæi & principes miſerunt miniſtros quaſi incognitos ut apprehenderẽt Ieſum. Chryſ. Nõ per ſe:mordebat.n.eos,quia turbæ Chriſtum glorificabant.Ideo uolebãt cũ per miniſtros apprehendere. Aliquando in ſermone. Mat. 22. Abeũtes phariſæi cõſilium inierunt,ut caperẽt eũ in ſermone. Sed ipſe euaſit per ſapientiam, dicens: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari:& q̃ ſunt dei deo.Aliquando in opere. Lu.6. Erat hõ manum aridã habẽs: obſeruabãt aũt eũ ſi licet in ſabbatho curare. Sed euaſit per increpationẽ, dicens eis; Si licet ſabbatho bene facere an malè,&c.Aliq̃n in iudicio.Io.8.Adducunt mulierẽ in adulterio deprehensã,dicentes:Magiſter Moyſes iuſſit hmõi lapidare. Et hoc dixerunt ideo uolentes eũ accuſare.Sed Chriſtus euaſit uincẽs eos per ſapientiã & iuſtitiã,dicens:Qui ſine peccato eſt ueſtrũ in illam primus mittat lapidem.Et per miſericordiam cùm dixit,nec ego te cõdemnabo.O miſera inſania uoluerunt illũ capere quem cœli & terra capere nõ poterant, qui ſolo uerbo

creauit

creauit omnia,& nutu ſuo creauit uniuerſa.Sed Pro.1.dr̃ Fruſtra iacitur rete ante oculos pẽnatorum. Iob.12.Ipſe nouit decipientẽ,& eũ qui decipit.Nã dr̃ Io.2.Ipſe nouit quid eſſet in homine.Aliqñ tentabant eũ in aliena ꝑſon a ut hic.Mittentes miniſtros,nõ in propria perſona: quia ti muerunt turbas,ſed euaſit ꝑ potentiã,cùm ſubdit: *Dixit ei Ieſus:Adhuc modicum tempus uobiſcum ſum*, ſ. ſeptẽ mẽſium à menſe Septẽbri à quintodecimo die incipiendo ad tem pus paſſionis cõputãdo. *Et uado ad patrẽ qui me miſit*.Chry. q.d.Quare vultis me interficere: paruum expectate tẽpus: quia nõ eſt poſitũ in poteſtate ueſtra ſed mea: quia adhuc oportet me ꝑdicare & ſigna facere per quę uenio ad paſſio nẽ. *Vado ad eum qui me miſit*,i.ad patrem.Sed diceres,qua re Xp̃s modico tẽpore uoluit prędicare. Rñdetur.Primo ad demõſtrandã ſuam uirtutem:q. ſ.in tam modico tem pore totũ mundũ immutaret.Pſ.83.Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.Secundo ad excitãdum deſideriũ diſcipulorum,vt.ſ.magis eum deſiderarent quem modico tempore habituri erant.Lu.17.ueniẽt dies in quibus deſi derabitis uidere unum diẽ filii hominis & nõ uidebitis, &c.Tertio ad augmentandũ diſcipulorũ ſpiritualẽ profe ctũ.Cùm.n.Xp̃i humanitas ſit uia tentandi in Chriſtum,ſi cut hr̃ Io.14.Ego ſum uia,ueritas, & uita.Nõ debemus in ea quieſcere ut in termino,ſed per eam debemus in deum tẽdere.Ne ergo corda diſcipulorum carnali affectu ut in homine quieſcerent:iõ Chriſtus corporalẽ ſuã præſentiã eis ſubtraxit.Iõ dixit Io.16.Expedit uobis ut ego uadam. *Quæritis me & non inuenietis*.hoc fugit ſcd̃m Aug. poſt Xp̃i aſcenſionem:quando multi Iudæi cõpuncti ad prędicatio nẽ apoſtolorum crediderunt. Vnde dicit Aug. Viderunt Chriſtũ ſuo ſcelere morientẽ & crediderunt in Chriſtum ſuis ſceleribus ignoſcentem.Scd̃m aũt Chryſ.hoc factum fuit in tempore Titi & Veſpaſiani, qñ Hieruſalẽ capiebat̃ & deſtruebatur,tunc cognouerunt hoc eis eueniſſe ꝑpter mortem Chriſti: quẽ eo tempore libenter habuiſſent pro liberatore.Et iõ dixit: *Quæritis me & non inuenietis*. Illud aũt quotidie accidit:quia multi.Chriſtum quærunt & nõ

inueniunt

inueniũt ex eo ꝙ nõ quęrũt eum ibi ubi eſt, ſed ubi nõ eſt. Xp̃s.n.non eſt in delicijs.Canti.3. Per noctem quęſiui in lectulo meo & nõ inueni.Et non eſt in diuitiis nec in honoribus,& iõ ibi nõ inueniť.Iob 28.Nõ inuenitur in terra ſua inter uiuentiũ,hoc eſt quantũ ad delicioſus. Abyſſus nõ eſt in me:hoc eſt quantũ ad auros, quorũ cupiditas nõ habet fundum.Et mare loquitur nõ eſt mecũ, hoc eſt quantùm ad ſuperbos qui ſemper ſunt timidi & inflati.Inuenitur aũt in humilitate,paupertate, & aſperitate quia ibi eſt.Iſta.n.tria Xp̃s ueniens in hunc mundum ſecum portauit,& cum iſtis naſci uoluit. Lucæ.2.Inuenietis infantẽ,ecce quanta humilitas pannis inuolutũ, ecce paupertas:& poſitũ in præſepio,ecce aſperitas: In talibus debemus quærere Xp̃m.Nota inquiſitus nõ inuenitur. Primo cum quæritur in loco ubi non eſt. Si.n. quis quæreret piſces in ſylua,uel apros in aqua,uel uuas in ſpina:non inueniret:quia ibi non eſt locus inueniendi.Cant. 3. In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum & non inueni.Sed diceres: Tñ deus eſt ubique,ut dicit magiſter in ſentẽtiis.Reſpõdetur, eſt ubiq; per eſſentiã,nõ aũt per gratiam.Sicut in aïa quæ ſcd̃m ſubſtantiã eſt tota qualibet parte corporis: ſed ſcd̃m potentias ſenſitiuas eſt in determinatis membris, puta ſcd̃m uiſum in oculis ſolum,ſcd̃m auditũ in auribus. Et ſic aliis ſenſibus; pręterquã in tactu. Sic deus licet per ſuam eſſentiam nõ longè ſit ab uno quoq; noſtrũ per gratiã ſuam tñ longè eſt ab impiis.Secũdo cum non quęritur in tempore debito,puta ſi quis quæreret roſas in decembre non inueniret.Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dñm. Et Iſa. 55. Quærite dominum dum inueniri põt,inuocate eum dum prope eſt,ſ.in ſanitate.Non in morte: quia talis pęnitentia nõ uidetur uoluntaria.Aug.Opera nõ ſunt meritoria niſi in uoluntaria.Aug.Nemo.inuitus bene facit: ẽt ſi bonũ eſt quod facit.Sed quiſquis proponit pœnitere ſolum in morte:non uoluntariè uidetur pœnitere: quia ſi mors nõ ueniret nõ peniteret.Eccl. 18.Confiteberis uiuens, uiuus & ſanus confiteberis.Tertio qñ non quęritur debito

modo

modo.Nota quærẽdus eſt pede,manu,oculo & ore.Pede, ideſt affectu.2.Para.15.In tota uoluntate quæſierũt dñm & inuenerunt Pſ.118.In toto corde meo exquiſiui te.Manu,i.opere.Pſ.76. Deum exquiſiui manibus mei & non ſum deceptus.Oculo,ſ.ſcripturæ,uitã ſanctorum inſpiciẽdo.Cant.3.Surgam & circuibo ciuitate per uicos & plateas quærens quem diligit anima mea.Ore, ideſt oratione.videmus cùm quis comitem amittit,clamat ut eum inueniat.Pſ.118. Clamauit & ego exaudiam eum. Tunc ſubdit: *Vbi ſum ego non poteſtis uenire.* Auguſt. Vbi ſum immutabilis ſum.Et non dicit,*non poteritis*,ſed non poteſtis, .i.indiſpoſiti eſtis,quia immũdi.Pſ.Quis aſcendet in mõtem domini,aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Reſpondet:Innocens manibus & mundo corde.Sic non fuerũt Iudæi:quia uoluerũt Chriſtũ occcidere.Sicut hoc expoſuit Petro.Quo ego uado non potes me ſequi modò,ſequeris autem poſteà Quamuis autem Chriſtus dicat:*Vbi ego ſũ uos non poteſtis uenire.* Tamen de miniſtris ſuis dicit. Ioan. 12.Vbi ego ſum illic & miniſter meus erit. Chriſtus autẽ eſt in dextera dei.Mat.6.Et Dominus quidem Ieſus poſt quam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.Et eſt in gloria dei patris,ad Philip.2.Omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria dei patris eſt.Et in lumine dei.1.ad Timot.6.Lucẽ inhabitat inacceſſibilem,&c. Miniſtri ergo Chriſti erunt in dextera dei patris: quia pater dextera ſuæ potentiæ eos in æternũm conſeruabit. Erunt in lumine dei, quia filius lumine ſuæ ſapientię eos illuminabit. Erunt in gloria Dei, quia ſpiritus ſanctus ſua dulcedine & ſuauitate eos glorificabit.Peccatores autem non erunt in dextera dei,ſed ſub pedibus dei. Tres enim tenebunt pedes ſuos ad pœnam damnatorum,ſ.deus. Pſalm. Ponam inimicos tuos,ſcabellum pedum tuorum. Mors perpetua. Iob 18. Calcet ſuper eos quaſi rex interitus. Et tota congregatio ſanctorum.Malac.4.Calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum ueſtrorum. Non erunt etiam in lumine dei,ſed in tenebris inferni.Matth. 22.Ligatis manibus

&

& pedibus mittite eos in tenebras exteriores. Non autem in gloria ſed in pęna æterna. Mat. 25. Ibunt hi in ſupplicium ęternum. Dixerunt ergo Iudæi: *Quo hic iturus eſt: quia non inueniemus eum? nunquid in diſperſionem gentiũ iturus eſt et docturus gentes?* Per hoc exprobrabãt gentes q̃ ubique diſperſæ ſunt: Sed ſtulti, nunquid potuiſſet iuiſſe ad gẽtes. Auguſtin. Ignorãtes uerum dixerunt, eo ꝙ nunc laudant dominum omnes gentes: quia nunc miſericordia dñi plena eſt terra. Olim uerò tantùm notus in iudæa deus erat. *In nouiſſimo aũt die magnæ feſtiuitatis*, ſ. tabernaculorum, qa hoc feſtũ 7. diebus celebrabatur, cuius primus & ultimus dies magis erant ſolẽnes. *Stabat Ieſus et clamabat dicens: Si quis ſitit ueniat ad me et bibat*, ſ. aquam gratiæ. Et dicit notãter, *ſi quis*, quaſi dicat quicunque eſt ille Eccleſia. 24. Tranſite à me omnes qui concupiſcitis me: & à generationibus meis adimplebimini. Et 1. Timot. 2. Qui uult omnes hoĩes ſaluos fieri. Nota ſitiunt mali & boni. Primo mali ſitiunt diuitias & facultates. Sicut. n. draco uel aliud animal ſitibundum ſanguinem elephantis ſitit quem cognoſcit eſſe frigidum, quapropter pugnat contra eum: ſic auari ſitiunt ſanguinem pauperum, i. ſubſtantiam temporalem ipſosq; improperant, & ad terram, ideſt ad miſeriam trahunt, ut uſuris & rapinis approperent. Iob. 5. Bibunt ſitientes diuitias eius. Auguſtin. Si ſitimus ueniamus, non pedibus corporis, ſed affectibus: non migrando, ſed deum amandò & ab amore mundi recedendo. Ad iſtas aquas gratiarum uocat nos Deus per Iſa. 55. dicens: Omnes ſitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite, uenit emite abſq; argẽto, & abſque ulla commutatione uinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem ueſtrum non in ſaturitate? Dominus uocat ſitientes illos qui ſunt uacui ab amore mundi. Ad aquas uocat amatores dei. Tales enim debent uenire ad aquas gratiarum. Ideo dicit; Omnes ſitientes uenite ad aquas. Auguſtin. Si habitat in te amor mundi non eſt qui intret in te amor dei, uas es ſed plenus es: funde quod habes ut recipias quod non habes, funde amorem ſeculi ut implearis

impléaris amore dei. Sequitur: Et qui nō habetis argentū properate, emite & comedite. Per argentum intelligitur terrena ſubſtantia ſeu eloquētia, ſeu ſubtilis intelligētia. Si ergo ſunt aliqui qui non habent argentum temporalis ſubſtantiæ uel humanæ facundiæ nec profundæ intelligē tiæ: ſaltem properent & emant & comedant: emāt per feruentem orationē, & comendant per deuotam meditatio nē. Sequitur: Venite emite abſq; argento, ſ. mundanæ eloquentię uel profundæ intelligentiæ, & abſq; ulla cōmutatione temporali ſubſtantiæ uinū & lac. Per uinū intelligitur iucunditas mentis: per lac puritas corporis. Emite ergo uobis ꝑ opera miſericordiæ & deſideria ſpirituale iucunditatē & mentis puritatē in carne. Vel per vinū & lac intelliguntur naturæ in Chriſto. Nā per uinū intelligitur eius diuinitas iucundiſſima. Pſ. 130. Vinum lætificat cor hominis. Per lac intelligit eius puriſſima humanitas. Debemus igitur emere per orationes & deſideria uinū & lac, ut. ſ. in cęleſti gloria poſſimus cōtēplari eius diuinitatē, & uidere eius humanitatem, quia in iſta cōtēplatione & uiſione cōſiſtit beatitudo ſanctorum tota. Et tūc uerificabitur illud quod dicit ſponſa Cant. 5. Bibi uinum meum cum lacte meo. Sequitur: Quare appēditis argentum nō in panibus, & laborem ueſtrum non in ſaturitate? Multi ſunt qui argentum, i. eloquentiā uel ingenium appēdunt & ponunt in panibus, & non in uera ſcientia quæ habet animam reficere, iuxta illud Mat. 4. Non in ſolo pane uiuit homo, &c. Et laborem ēt ſuum non ponunt in ſaturitate, quia addiſcunt ſcientias lucratiuas, nō quę ſatiant ſed euacuant. Et non addiſcunt ſaturitatem, ſed uanitatem.

De eodem, *Si quis ſitit ueniat ad me & bibat: qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura. Ioan. 7.*

Enarratio. II.

Iſta aqua uiua quā Chriſtus uult dare ſitiētibus nō eſt mortalis ſed ſpiritualis, ſicut īmediatè ſubdit: Hoc aūt dicebāt de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eū. Magnum igitur eſt habere potentiam receptiuam gratiæ

maius habere aliquem guſtum gratiæ, maximum habere plenitudinem gratiæ, per maximum habere continuationem & perſeuerantiam gratiæ. Iſtarum quatuor differentias dominus oſtendit in uerbis præmiſſis. Primo. n. oſtendit ꝙ quilibet hõ habeat potentiam gratiæ receptiuam: quia in poteſtate cuius libet eſt uenire ad fontem gratiæ. Ideo dicit: *Si quis ſitit ueniat ad me.* Secundo promittit dare guſtum gratiæ, cùm ſubdit. *Et bibat.* Tertio promittit dare plenitudinem gratiæ cum dicit: *Flumina de uentre eius*, ideſt de corde eius fluent. Quarto promittit dare continuationem & perſeuerantiam gratiæ cum ſubdit: *Fluẽt aquæ uiuæ.* Circa primum notandum eſt ꝙ omnes tam boni q̃ mali habent potentiam receptiuã gratiæ, ſoli autem damnati iſta potentia carent. Non. n. ipſi ad iſtum fontem poſſunt uenire, nec de ipſo fonte minimam guttam haurire. Ad fontem quidam uenire, non poſſunt. quia habent ligatos pedes & manus & ſunt in tenebris. Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Non igitur poſſunt uenire qui habent ligatos pedes & manus, nec etiam ſciunt uenire: quia ſunt in tenebris. Damnati enim habent ligatus manus: quia nullum bonum poſſunt facere. Habẽt ligatos pedes quia nullum bonum poſſunt uelle nec deſiderare. Sunt. n. in tenebris: quia nullum bonum poſſunt intelligere. Et ſunt in tenebris exterioribus: quia nullum bonum poſſunt ſperare, ſed ſunt extra omnem ſpem ſalutis. Dato etiam quòd ad fontem poſſent uenire, tamen de illo fonte non modicam guttam gratiæ poſſent haurire. Sicut patet de illo diuite qui modicam guttam gratiæ refrigerantis petiit, & tamen obtinere non potuit. Si igitur damnati uel dæmones haberent iſtam potentiam receptiuam gratiæ ad monumentum unius horæ, taliter ſe diſponerent quòd ad iſtum fontem uenirent & aquam gratię obtinerent. Miſeri autem peccatores quandocunque uolunt, poſſunt uenire ad iſtum fontẽ, & tamẽ uenire cõtemnunt. Iſte igitur fons omnibus patet tam bonis quàm malis. De quo fonte dicitur Zach. 13. Erit fons patens domui David & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.

menſtruatæ. Per Dauid qui interpretatur manu fortis intelliguntur actiui. Sed p Hieruſalē quod uiſo pacis interpretatur intelliguntur contemplatiui. Nomine autē peccatoris intelliguntur omnes illi qui habent peccata minora. Nomine menſtruatæ intelliguntur qui habent peccata maiora. Omnes iſti de iſto fonte bibere debent, ſ. actiui, ut amplius roborentur: contemplatiui ut dulcius contemplentur, & omnes peccatores ut à ſuis ſordibus emundentur. Circa ſecundum notādum q dominus ſeruis ſu is dat guſtum gratiæ ſuę. Et ille guſtus eſt tantæ uirtutis q extinguit ſitim omnium mundanorum. Et eſt tantæ dulcedinis q in dulcedinem uertit ſupplicia tormentorum. Eſt tantæ ſuauitatis q animam excitat ad deſideria ſupernorum. Quod.n. uirtus eius extinguat ſitim mundanorum: patet quia in Magdalena extinxit ſitim æſtuantis concupiſcentiæ. In Matth. ſitim auaritiæ. In Paulo ſitim ſuperbiæ & gloriæ mundanę. In Iacobo & Ioāne extinxit amorem terrenum & amorem domeſticum & amorem proprium. Nam ſicut dicitur Matth. 4. Vidit Ieſus Iacobum & Ioannem in naui cum Zebedæo patre eorum & uocauit eos. Illi autem mox ut ſenſerunt guſtum diuinę gratiæ retia reliquerunt, & ſic amorem terrenū, & dimiſerūt patrem in naui, & ſic reliquerunt amorem domeſticum & ſecuti ſunt Chriſtum non ſeipſos, ſ. propriam uoluntaté. Et ſic reliquerunt amorem proprium. Auguſ. Qui biberit de fluuio paradiſi cuius una gutta maior eſt Oceano, reſtat ut in eo omnis ſitis mundi huius penitus extincta ſit. Quòd autem iſte guſtus eſt tantæ dulcedinis ut ſupplicia & tormenta uertat in dulcedinem, patet in Stephano, iuxta illud: Lapides torrentis illi dulces fuerunt. In Andræa: crucis ſupplicia & tormenta in dulcedinem uertit & in gaudium. Et in Laurentio qui dixit Decio: Diſcede miſer, quia carbones tui mihi refrigerium præſtant: tibi autem parant æternum incendium. In Apoſtolis omnes contumelias uertebat in gloriam. Actu. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilii, quoniam digni habiti sūt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Quod uerò eſt tantæ

ſuauitatis quod facit cœleſtia deſiderare, dr̄ Mat.17. vbi Petrus a qua ſpiritusſãcti potatus, & quodãmodo ebrius effectus auſus eſt dicere:Dñe bonum eſt nos hic eſſe facia mus hic tria tabernacula. Dr̄ aũt tabernaculũ à taberna. Volebat.n.Petrus ꝙ ibi eſſent tres tabernæ in quibus gr̄a ſpiritusſancti uenderetur,ita ꝙ pater haberet ſuam taber nam,filius ſuam,ſpiritusſanctus ſuam. In taberna aũt pa-tris uenditur uinũ forte,i. gratia corroborans quæ habet animam in bono confirmare.In taberna filii uenditur ui-nũ clarum,i.gratia illuminãs quæ habet animã in agẽdis dirigere & illuminare.In taberna aũt ſpiritusſancti uẽdi tur uinũ dulce,i.gratia dulcorãs q̃ habet aĩam cęleſti dul cedine adimplere.Circa tertiũ nota ꝙ Xp̄s dat uiris perfe ctis ſpiritum ſanctum in magna plenitudine.Iõ ſequitur: *Et flumina de uentre eius fluent,&c.* Vocatur aũt ſpiritus sã ctus flumen ſcd̄m Chryſ.quia ſicut flumen non reuertitur neq; ſtat,ſed ſemper currit. Sic illi qui habent ſpiritũ ſan ctum non reuertuntur ad peccata,nec ſtant per otia:ſed ſẽ per currunt ad fortia. De iſto flumine dr̄ Ezechiæ 47.Mẽ ſus eſt milla cubitos,& traduxit me per aquam uſq; ad ta los:rurſumq; menſus eſt mille,& traduxit me per aquam uſq; ad genua:& mẽſus eſt mille,& traduxit me per aquã vſq; ad renes,& mẽſus eſt mille,& traduxit me vſq; ad col lũ.De hoc ẽt flumine dr̄ Eſa.30.Spiritus dñi uelut torrẽs inundas vſq; ad mediũ colli. Quidã ergo in hoc flumine introducũtur vſq; ad talos,quidam ad genua, quidã uſq; ad renes,quidã uſq; ad collum.In talis autẽ corporis ſup portatio,in genibus deãbulatio,in renibus uiget cõcupi-ſcentia,& in collo procedit eloquẽtia. Illi igitur in flumi ne ſpiritusſancti introducũtur uſq; ad talos q fortes ſunt ad ſupportandũ aduerſa.Pſ.32. Spiritu oris eius oĩs uir-tus eorum.Illi introducũtur uſq; ad genua q fortes ſunt ad aggrediendũ opera uirtuoſa.Ezec.1.Vbi erat ſpiritus impetus illud gradiebantur,nec reuertebantur cùm ambu larent.Illi introducũtur uſq; ad renes in quibus extinguũ tur oĩa deſideria carnalia. Grego. Guſtato ſpirito deſinit oĩs caro.Illi introducuntur uſq; ad collũ qui habent uti-

lia

lia uerba.Mat.10.Nō.n.uos eſtis q̃ loq̃mini, ſed ſpiritus patris ueſtri q̃ loquitur in uobis. Circa quartū notandū ꝙ ſpiriſſanctus dr̄ aqua uiua,qñ,ſ.quis habet grẽ cōtinuationē & perſeuerantiā.Sine.n.perſeuerantia nihil ualent oĩa præcedentia.Ber.Tolle ꝑſeuerantiā, nec obſequium mercedē habet,nec beneficiū gratia nec laudē fortitudo. Iſte aūt fluuius aquæ uiuæ ſpiritualiter fluit in cœlo. De quo dr̄ Apoc.ult.Oſtēdit mihi fluuiū aquæ uiuæ ſplendidū,tanquā criſtallum procedentē de ſede dei & agni;& in medio plateæ Hieruſalē &c.Ex q̃bus uerbis hr̄ ꝙ ille fluuius ſpūſſancti dabitur ad ſatietatē reficientem,ideo uocatur flumen. In pręſenti. n.uita ſancti uiri bibunt aquā ſpiritusſancti ad menſurā.Ezec.4.A quā in mēſurā bibes. In futuro aūt iſto flumine erunt & ſine menſura potētur. Cāt.5.Bibite amici mei & inebriamini chariſſimi. Serui dei in præſenti ſunt amici, in futuro erunt chariſſimi.Ergo amici bibunt:q̃a ſpiritum ſanctum habēt ad menſurā. Sed chariſſimi erunt ebrii:q̃a habebunt ſine menſura. Secundo ille fluuius habebit emanationē inficiētem, iō dr̄ aquæ uiuę.Fluuius autē aqua mundi deficit: ſed fluuius ſpiritusſancti deficere nō ualebit.Hier.2.Me dereliquerūt fontē aquæ uiuæ,& foderūt ſibi ciſternas diſſipatas quæ cōtinere non ualent aquas.Mundus aūt eſt ſicut ciſterna ꝑforata:q̃a amor eius cito deficit. Spiritus aūt ſanctus eſt aqua uiua,quia eius amor nunquā deficit.Quod.n.amor mundi cito deficiat,dr̄.1.Io.2. Mundus tranſit & concupiſcentia eius.Quod aūt amor ſpiritusſancti nō deficiat,patet.1.ad Corin.13.Charitas nunquā excidit.Tertio habebit charitatē refulgentē.Et iō dr̄ ſplendidum tanquā criſtallum.Fluuis amoris mundi eſt turbidus, & facit animā turbidam & fędam. Hiere. 2. Et nunc quid tibi uis in uia Aegypti ut bibas aquā turbidā? Fluuius uerò amoris dei eſt clarus & facit animā pulchram.Sapiē.5. Clara eſt,& q̃ nunquā marceſcit ſapiētia.Eſa.58. Implebit dñs ſplendoribus animam tuam.Quarto habebit ſuauitatē efficientē. Ideo dr̄ procedere de ſede dei & agni,hoc eſt de contemplatione diuinitatis & uiſione humanitatis.Ex qua uiſio-

ne & contẽplatione cauſatur tota dulcedo & ſuauitas ſan ctorũ. Fluuius aquæ mundi habet aquas amaras. Eſa.24. Amara erit potio bibentibus illã Exo.15. dr̃ q̃ filii Iſrael non poterant bibere aquas de Marath, eo q̃ eſſent amarę. Marath interpretatur amaritudo peccati: & ſignificat mũ dum in quo ſunt multæ amaritudines peccatorũ. Fluuius aũt ſpiritusſancti habet aquas dulces. Eccleſi.23. Spiritus meus ſup̃ mel dulcis & hęreditas mea ſuper mel & fauũ, qui edunt me adhuc eſurient, & q̃ bibunt me adhuc ſitiẽt, & qui operãtur in me, nõ peccabunt, &c. Quinto habebit pęnitentiam aſſiſtentem: quia fluit in medio plateæ Hie ruſalẽ: Mundus dat ſuas conſolationes cum magno labore: quia cor terrenum ſemper cogitat vt homo vltra mare vadat & labores multos ſuſtineat vt diuiditas & conſolationes acquirat. Sed fluuius ſpiritusſancti in pręſenti uita fluit ad oſtiũ volũtatis, & in futuro fluet in medio ciuitatis cœleſtis: & q̃libet ſine labore põt inde haurire. Deut. 30. Mandatũ quod ego præcipio tibi non ſuprà te eſt, neq; procul poſitum: neq; trans mare poſitum vt cauſeris & dicas: Quis ex vobis trãſfretare poterit mare, & illud ad nos vſq; deferre, ſed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum. Fluit ẽt ad hoſtium noſtrę voluntatis. Apoc.3. Ego ſto ad hoſtium & pulſo, &c.

Feria III. *Quærebant Iudæi eũ in die feſto, & murmur multus erat de eo in turba. Ioannis.7.* Enarratio. I.

THeophilus in Breuiloquio diuerſarum artium dicit Sal in ſua coctione non coagulatur niſi ſibi aliquantulum ſanguinis ſuperfundatur. Spiritualiter. Sic in uia ſalutis non firmatur ipſa mens hominis, ſibi infundatur ſanguis beatiſſimæ paſſionis. De quo Remigius ſup̃ Ioannem: Abſque Chriſti paſſionis auxilio nunquam aliquis hominum in uiam ſalutis peruenire poterit in æternum. Et Gregorius ſuper Ezechielem: Nulla eſt fortitudo hominum niſi procedat ex amore refrigerioq; diuino. Ideo vt viriliter firmemur in dei ſeruitio: hortatur nos introitus miſſæ, dicens; Expecta dominum: uiriliter age & confor-

fortē cor tuū & ſuſtine dñm. Sic cōfortatus fuit Daniel, ut legitur in epiſtola hodierna, Daniel.ult.q; Beel deſtruxit & draconem interfecit uirtute diuina. Iō poſitus eſt ī lacū leonum & uirtute diuina cōſeruatus in uita. Et eadē uirtute Xp̄s reſiſtebat inimicis ſuis cū quærentibus & pſequētibus. De quo thema. *Quærebant Iudæi eum, &c.* In ſumma euangelii duo innuuntur. Primo nanq; gloriæ inquiſitio, q̄d probat perſuaſio a'cēdi, ibi: *Poſt hæc, &c.* Scđo ſubditur mundanæ gloriæ cōculcatio quod probant cōſilia occulta pmanēdi, ibi. *Ipſe manſit in Galilæa.* De primo dr̄, In illo tempore. ſ. cum inter Iudæos quidā erāt malitioſi uolētes Xp̄m interficere. *Tunc ambulabat Ieſus in Galilæam,* .ſ. in ciuitatem Capharnaū. *Non.n. uolebat in Iudęam ambulare: quia eum Iudæi interficere quęrebant:* quia Chriſtus nō ſemp obiiciebat ſe Iudæis: ſed aliq̄ñ recedebat ab eis. Primo ſcđm Aug. ut oſtēderet fidelibus pro crimine nō eſſe obiiciēdū: ſi ſe aliq̄ñ a pſecutoribus abſconderent. Nam & ipſe fugit nō ſolū de ciuitate in ciuitatē ſed ēt de regione in regionē, q̄ñ. ſ. delatus fuit a parentibus in Aegiptū, & dicit Aug. Non tamen in hoc ſuam amiſit poteſtatem, ſed noſtrā cōſolabatur infirmitatem. Nam ſi uoluiſſet potuiſſet tutus inter Iudæos ambulaſſe: quia ipſam mortem in poteſtate ſua habere teſtabatur. Io. 10 Poteſtatē habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam. Hanc poteſtatem oſtendit tempore paſſionis, dum ad unicam uocem inimici eius abierūt retrorſum & ceciderūt in terrā. Scđo ideo ut demōſtraret uerā humanitatē eius, ideo noluit ire in Iudæam. Quia erat deus & hō, & uirtute diuinitatis poterat nō lædi à perſecutoribus ſed hoc noluit continuo facere: ne declarata eius diuinitate humanitas eius ueniret in dubiū. Tertio noluit ire in Iudæā: quia tēpus paſſionis eius nondū uenerat, ſ. paſcha, unde eodem tempore immolabatur, ut uictima uictimę ſuccederet. De quo tempore Ioan. 13. Sciens Ieſus, quia uenit hora eius, &c. Tunc ſubdit: *Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorū ſcenopegia.* Secundum Aug. Scenopegia erat feſtiuitas tabernaculorū, quando menſe ſeptimo oēs Iudæis in tabernacu-

lis habitabant in memoriã illius tempòris in quo patres eorum. 40. annis poſt eductionem de Aegypto abſq; ullis domibus commorati ſunt in deſerto. Nã ſcenopegia dicit à ſcene, i. tabernaculum uel tentorium, & pegnymi, q̃ ſignificat figo, conglutino, conſtruo. unde ſcenopegia quaſi tentoriorum excitatio & cõſtructio. *Dixerunt aũt ad eũ fratres eius*, i. conſanguinei & cognati Xp̃i. *Tranſi hinc et uade in Iudæam: ut et diſcipuli tui uideant opera tua quæ tu facis*. Tales forſitan dicebantur fratres ẽt geniti, qui adhuc in Xp̃m nõ credebant, nec de numero diſcipulorum ſuorum erant. Et cupidi mundanæ gloriæ uolentes q̃ Xp̃s ad illud feſtum aſcenderet, & ibi gloriã ſuam manifeſtaret, iõ dicunt ei. *Nemo quippe in occulto quid facit*, quaſi dicerent. Tu dicis te facere miracula, ſed facis ea ĩ occulto, & hoc ex timore: alioquin, ires in Hieruſalem, & ea ibi coram multitudine oſtẽderes. *Et quærit ipſe in palam eſſe*, quaſi dicerent: Tu quæris gloriã de his quæ facis: & tñ p̱p timorem abſcondis te. Ecce hoc eſt proprium malorum ut credant alios ſimiles eis animi paſſiones habere. Tunc oſtendunt ſe incredulos cũ dicunt: *Si hæc facis manifeſta teipſum mundo*, quaſi ſub dubio ponunt Chriſti miracula an ſint uera. Ideo ſubdit euãgeliſta. *Neque fratres eius credebant in eum*, i. conſanguinei eius. Nam ſecundum Aug. Audientes eum fratres cogitabant cõſanguinitatẽ, non parietis propaginem. Sicut. n. in ſepulchro ubi poſitũ eſt corpus dñi, nec antea, nec poſtea corpus iacuit: ſic uterus M. Virginis, nec antea, nec ẽt poſtea aliquod mortale concepit. Ideo fratres iſti erant carnales conſanguinei. Contingit. n. q̃ tales maximè aduerſãtur ſuis & eos contẽnunt. Mat. 10. c. Inimici hominis domeſtici eius. Et Iob. 19. Noti mei quaſi alieni receſſerũt à me. *Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum aduenit*, ſ. tradẽdi me Iudæis, *Tẽpus aũt ueſtrum*, ſ. ſãdi cùm Iudæis, *ſemper eſt paratum*. Habuit. n. Chriſtus triplex tp̃s, ſ. præſens præteritũ & futurum. Tempus preteritum fuit tẽpus ſuæ natiuitatis. De quo dr̃ ad Gal. 4. At ubi uenit plenitudo tẽporis miſit deus filium ſuum, &c. Et illud tempus fuit ad gloriã dei & ad pacẽ mundi. Vnde tunc angeli cantauerunt: Gloria

ria

ria in excelſis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.Tempus pręſens fuit tẽpus uitæ ſuæ: & illud expẽdit & conſumpſit ad noſtram eruditionem & inſtructionem. Tempus futurum erat ſuę paſſionis, & illud expendit ad redemptionẽ gñis humani. Ecce q̃ utiliter Chriſtus totũ ſuum tempus expendit.Sed multi ſunt qui tp̃s ſuum præteritum in uanitatibus conſumpſerunt. Tempus præſens ſimiliter in uanitatibus expendunt.Tempus uerò futurum uolunt deo dare dicentes:Adhuc ero bonus hõ, adhuc pęnitentiam faciã.Sed dicit Aug. Qui promiſit ueniam pœnitenti,non ſpopõdit diem craſtinum differenti. Dicit tñ Bæda,ꝗ uerè pęnitentes de tpe nihil perdũt.Quia & præteritum reſtaurant per contritionem. Et pręſens tenent per bonam operationem. Et futurum tenent per boni propoſiti conſtantiam & firmitatem. De quo Sapien.3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dñs, & in tẽpore erit reſpectus eorũ.Ideo Sap. 2. Non prætereat nos flos temporis.Ratio ſecundum Bern.Quia oẽ tẽpus impẽſum tibi,quæretur à te qualiter ſit expenſum. Nota futurum tẽpus Chriſti adhuc erat triplex, ſ. tempus paſſionis, reſurrectionis,aſcenſionis,& iſtud expectabat. Et ſic boni cum deſiderio expectant tp̃s futurum. Primo tp̃s mortis quo à corpore abſoluuntur tanquã à graui iugo.Gen.27. Tempus ueniet cùm excutias & ſoluas iugũ eius de ceruicibus tuis.Iugum ſecundum Aug.dr̃ à coniungendo:quia coniungit binos in unum,i.unionẽ corporis & animæ. O graue iugum:quia continuum bellum.Sap.9. Corpus qđ corrumpitur aggrauat animam. Ad Rom. 7. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius.Phil.1.Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Nota licet iugum corporis ſit graue,tñ eſt utile.Primo ad meritorum cumulationẽ. Greg.Nazian.In carne anima meretur,ſine corpore mereri non põt:ut ieiunare,peregrinari,&c. Secũdo ad gloriæ augmentationẽ, qui augit duplicem gloriam, ſ.animæ & corporis. Itẽ nota uiri boni deſiderãt mortẽ ꝑ tędium: qa reputãt ſe quaſi in carcere poſitos ſicut piſcis aut auis. Pſ.Educ de carcere animam meam. Attamen ſi aliquis in

corpore

corpore exiſtens ſciret quã ſtatim deberet damnari poſt morté potius ĩ corpore manere deſideraret: ſicut peccatores. Scđo ꝑꝑ gaudiũ quod habent de huius miſeriæ exemptione. Eccl. 2. Cũcti dies doloribus & ęrũnis pleni ſunt. Eſa. 51. Letitia ſempiterna ſuper capita eorũ, gaudium & lætitiã tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Scđò boni expectãt tẽpus reſurrectionis, & eſt tẽpus ꝑmiationis. Eccl. 51. Operamini opus ueſtrũ ante tẽpus & recipietis mercedẽ ĩn tpe ſuo: qa nõ otioſis datur merces, ſed operantibus, Mat. 20. Voca operarios & redde illis mercedem. Tertio ſancti, nõ ſolùm illi in mundo, ſed ẽt illi in cęlo expectant tempus reſurrectionis in quo expectant tẽpus retributionis, in quo recipient corpora, & perficiẽtur gloria. primo Petri 5. Humiliamini ſub potẽti manu dei, ut exultet nos in tẽpore viſitationis. Tunc ſubditur ratio diuerſitatis ꝑdictorũ temporum cùm dicit: *Nõ poteſt mundus odiſſe uos, me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala ſunt*, quaſi diceret: Vos qui mundanam gloriam quæritis, homines mũdanos aduerſarios nõ habetis. *Me autem odit*, quia quæro gloriam dei arguendo peccata mũdanorum quæ ſunt eis cõtraria, & perhibeo teſtimonium de operibus eorũ, quia mala ſunt: licet ſciã ex hoc odium prouenire, & mihi mortẽ incũbere. Amos 5. Odio habuerunt corripiẽtẽ in porta: & loquentẽ perfectè abominati ſunt. Sed diceres, nunquid non mundani aliqui odio habentur à mundo. Rñdetur, uerum eſt in particulari inquã tùm unus ea habet q̃ alter uellet habere, uel ubi unus impedit alium in his quæ ſunt de gloria mũdi, ſed inquantũ mundanus nullus oditur à mundo. Sãcti verò uniuerſaliter odiuntur à mundo: quia cõtrariant ei. Et ſi aliquis de mundo eum diligat, hoc nõ eſt inquantũ eſt de mundo, ſed inquantum eſt in eo aliquid ſpirituale. Tunc recuſat dñs aſcendere, dicens: *Vos aſcendite ad diẽ feſtum hunc. Ego aũt non aſcendã: quia tẽpus meum nondum impletum eſt.* Sicut .n. ſunt duæ glorię: ita diuerſa feſta. Mundani .n. habent feſta tẽporalia, ſ. gaudere, epulari in deliciis exterioribus. Eſa. 22. Vocabit dñs exercituum in die illã ad fletũ & ad

planctum,

planctum,ad caluitium & ad cingulũ ſacci. Et ecce gaudiũ & lætitia occidere uitulos & iugulare arietes,comedere carnes & bibere uinũ.Comedamus & bibamus: cras.n. moriemur.Et reuelata eſt in auribus meis uox dñi exercituũ.Si dimittetur uobis iniquitas hęc donec moriamini dicit dñs exercituũ.Eſa.1.Solennitates ueſtras odiuit aĩa mea.Sãcti uerò habẽt feſta ſpiritualia q̃ ĩ delectationibus cõſiſtunt ſpiritualib.Eſa.33. Reſpice Sion ciuitatẽ ſolẽnitatis noſtræ.Et iõ dicit uos,ſ.qui gloriã mundi quæritis: *aſcendite ad diẽ feſtum*.ſ.lætitiæ tẽporalis,ubi laus humana & uoluptas quæritur, ubi carnalia gaudia extenduntur. *Ego autem non aſcendam*, quia talibus non delector, ſed ad diẽ feſtũ ſolennitatis æternæ.Et hoc iõ:*quia meum tempus*. .ſ.gloriæ meæ quod erit permanẽs in æternum,& ubi erit gaudiũ ſine mœrore & æternitas ſine labore:*nondum impletum eſt*.Dixi ſcđo tangitur gloriæ mundanæ conculcatio, quod probant conſilia occulta permanendi dicens.*Hæc cũ dixiſſet ipſe manſit in Galilæa. Vt autẽ aſcẽderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diẽ feſtum non manifeſte.ſed quaſi in occulto*, non cauſa timoris. Vnde dñs ut oſtẽderet ſe mundanam gloriam non quærere, non aſcendit cũ fratribus ſuis qui aſcenderunt ad primam diem feſtiuitatis illius, ut uerificaret illud qđ dixerat.*Ego non aſcendam*. Poſtea tamen quarta in die illuc uenit.Sicut enim noluit eſſe in principio feſtiuitatis,ne fratribus ſuis malũ perſuadẽtibus uideretur fauere.Sic non debuit ſe omnino ſubtrahere, ne populo doctrinã ſalutis ſubtraheret quã uenit docere.Quaſi ſcđm Chryſ.diceret:*Non aſcendam*,paſſurus,& moriturus: ſed docturus populum.Vel ut dicit. Aug. Iſti uolebant ꝗ Chriſtus aſcenderet in Iudæam quæſiturus gloriam temporalem,& ſic dixit eis.Non aſcẽdam ſicut uos vultis, ſed aſcẽdã docturus turbas.Et ad hoc uenit nõ manifeſtè,i.cũ magna multitudine & comitatu: ne daret Iudæis occaſionẽ maioris inuidiæ:ſed quaſi in occulto.Huius triplex eſt ratio. Vna ſcđm Chryſ. ne ſuam diuinitatẽ denudans incarnatio eius eſſet nimis certa.Eſa.45.Verè tu es deus abſconditus, & ut oſtẽdatur multis hominibus in exemplũ
quando

q̄ñ non poſſunt perſecutores ſuos publicè detinere. Alia eſt ſcd̄m Aug.ut daretur intelligi q̧ Chriſtus occultatus eſt,in figuris ueteris teſtamenti, qui modò eſt manifeſtus nobis.Eſa.8.Expectabo dñm qui abſcondit faciem ſuã,i. manifeſtam notitiam à domo Iacob. Vnde & uſque in hodiernum diem Iudæi uelamē habent poſitum ſuper faciē ſuam ſicut Moyſes ponebat uelamen ſuper faciem ſuam: ut non intenderent filii Iſrael in faciē eius ut dr̄. 2.Cor. 3. Et ideo omnia quæ dicta ſunt antiquo populo Iſrael umbram habebant futurorum bonorū:ut dr̄. Hebr.10. Vt ergo aſcenderet,eo q̧ ēt ipſum feſtum eſſet figura,iō aſcēdit in occulto.Scenopegia. n. erat celebratio tabernaculorum.Iſte ergo hoc feſtum celebrat qui ſe in mundo iſto intelligit peregrinum.Tertia ratio eſt,ut doceat nos bona noſtra occultare debere.Matt.6.Attendite ne iuſtitiã ueſtram,&c.ut uideamini ab eis,alioquin mercedem non habebitis,&c.*Iudæi ergo quærebant eum in die feſto et dicebāt: Vbi eſt ille:& murmur multus erat de eo in turba.Quidã enim dicebant bonus eſt:alii autem dicebant non, ſed ſeducit turbas.* Ponit hic unum in quo omnes conueniebant, ſ.quęrebāt cùm differenter tñ.Quidam. n.quærebant eum deſiderio addiſcendi:ut eius doctrinã deuote audirent ſcd̄m illud. Pſ.68.Quęrite dominum & uiuat anima ueſtra.Alij quærebant eum deſiderio malignandi ſecūdum illud. Pſ. 38. Quærent animam meam,ut auferant eam. Itē ponit unū in quo diſconueniebant cū dr̄:*Et murmur multus erat de eo in turba*,quia quidam de turba,illi.ſ.qui habebant rectam & uerã intentionem dicebant de Chriſto:quia bonus eſt. Pſ.72. Quàm bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde. Thr.3.Bonus eſt dominus ſperātibus in eum,animæ quęrenti illū.*Alii*,ſ.qui malè erāt diſpoſiti & mala intentione quęrebāt cū,dicebant nō,ſ.*bonus eſt*.Datur aūt per hoc intelligi q̧ multitudo turbæ opinabaꝰ cū bonū: ſed principes ſacerdotum opinabātur eum malum. Et ideo dicūt: *ſeducit turbas*. Luc.23.Hunc inuenimus ſubuertentem gentē noſtram,&c.Matt.27.Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit,&c.Sed quod tūc ſcd̄m Aug.& heri de domo ab

impiis

impiis dicebatur, hoc ipſum hodie ẽt de fidelibus eius ſeruis dr̃. Nam quicunq; religioſus deo in ſimplicitate cordis ſeruit, ab irreligioſis uituperatur, & ab aliis hominibus ſeductor uocatur, hoc ualet ad cõſolationem noſtrã. Quære.n.exhorreſcant membra Chriſti quod Xp̃o illatũ eſt capili ſuo, non refugiant ſerui Chriſti aut dei amatores à ſeculo quod dictũ eſt de Xp̃o Iudęis murmuratoribus: hęc ille. Sciendum ꝙ ẽt ſeducere eſt, ſeorſum ducere Põt aũt hõ ſeorſum duci uel à ueritate uel à falſitate: uel utroque modo põt aliquis dici ſeductor. Vel quia inquã tum ſeorſum ducit à ueritate: & hoc modo non competit Chriſto qui ueritas eſt. Ioan. 14. Vel à falſitate, & hoc modo Chriſtus ſeductor dicitur. Hiere. 20. Seduxiſti me domine & ſeductus ſum. Vtinam ſic nos homines ſeductores uocaremur & eſſemus ut dicit Auguſt. Magis tñ ſeductor dicitur qui à ueritate ſeducit & decipit: quia ille dr̃ ſeorſum duci qui trahitur à uia quæ eſt ueritas, ſicut hæretici qui in diuerſas hæreſes & in uias diuerſas malorum ducũtur. Inter illas autẽ duas opiniones malorum præualet. Vnde ſubditur: *Nemo autem palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum*, ſ. illorum qui erant de tribu de Iuda, qui grauius mouebantur contra Chriſtum eo ꝙ in ſcripturis Chriſtus erat promiſſus de tribu eorum. Ipſi autem reputabant eum Galilæum & ab eis extraneum. Et qui mutuebant Iudæos ſecundum Aug. ſilentio & uoce minima & ſono preſſiori loquebantur. Illi uerò qui dicebant, *ſeducit turbas*, clarius reſonabant ut eorum ſonitus clarius audiebatur tanquam arentium filiorum, ſed dei grates permutatæ ſunt in maledictiones. Nunc.n. & fideles laudent nomen Chriſti in choro & pſallent ei cũ tympano & pſalterio, qui exaltatus in cruce ad ſe traxit omnia: hæreticorum uerò & loquentium iniqua os obſtructum eſt.

De Eodem, *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, &c.*
Enarratio. II.

BEatus Ioannes euangeliſta deſcribit nobis tria feſta: Vnũ eſt quod nunquam eſt celebrãdũ: quia Chriſtus illud

ſllud noluit celebrare. Et hoc oſtẽdit Chriſtus cùm dicit: *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc.* ego aũt nõ aſcendã. Secũdum eſt, quod celebrãdum eſt, ſed quaſi occulte nõ uanè, neque cùm factũ. De quo ſubditur: *Vt autem aſcenderunt fratres eius.* qui, ſ. uolebant ut aſcenderet magnificè: *tunc et ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſte, ſed quaſi in occulto.* Tertium eſt quod eſt celebrandũ manifeſtè, & cùm magna ſolennitate: ſicut feſtum quod uiget in templo cœleſti. Iſtud ſignificatur per hoc quod immediatè ſubdit dicẽs: *Iam aũt die feſto mediãte aſcendit Ieſus in templum, &c.* Circa primum notandum quòd feſtum illud quod non eſt celebrandum, eſt feſtum hominum uanorum qui totum tẽpus ſuum ponunt in comeſſationibus & delectationibus & aliis uanitatibus. De quo dr̄ Exod. 32. Cras ſolennitas dñi eſt. Et ſubdit: Et ſedit populus manducare & bibere: & ſurrexerunt ludere. Iſtud autem feſtum diabolicum non eſt faciendum triplici de cauſa. Primo quia hæc uita tota eſt uigilia. Ideo debemus ieiunare, & peccata noſtra deplangere: ut poſſimus ad feſtum cęleſtis patriæ peruenire. Ioelis ſecũdo: Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, fletu & planctu. Matt. 5. Beati qui lugent, ecce uigilia, q̃m ipſi conſolabuntur, ecce feſtum. Sed uani homines uolunt hic facere feſtum: ideo uenient ad uigiliã Lucæ. 6. Væ uobis qui ſaturati eſtis, ecce feſtum: quia eſurietis, ecce uigilia. Secũdo illud feſtum non eſt faciendũ: quia iſta uita eſt exilium. Stultus enim eſſet ille peregrinus qui exilio poſitus uellet facere feſtũ, ſed debet expectare quouſque ad patriam ſuam reuertatur. Iſta enim uita eſt quoddam exilium. Pſalm. 38. Aduena ego ſum & peregrinus apud te. Patria autem noſtra eſt regio cęleſtis, quę nos expectat. Hebreo. 13. Non habemus enim hic manentem ciuitatem: ſed futuram inquirimus. Quia igitur peccatores de exilio fecerunt patriam, ideo à patria cęleſti ſemper erunt exules & banniti. Apoc. 22. ca. Foris canes uenefici & impudici. Tertio iſtud feſtum non eſt faciẽdum: quia iſta uita eſt locus laboris. Iob. 5. Hõ ad laborẽ naſcitur, & auis ad uolandum. Ideo ſerui dei ſint in conti

nuo

nuo labore.Gal.6.Dum tẽpus habemus, operemur bonũ ad omnes.Et ideo de labora uenient ad requiẽ.Apoc.14. A modo iam dicit ſpiritus ut requieſcant à laboribus ſuis:uani aũt homines uolunt eſſe in otio:& ideo de otio uenient ad laborem.Pſ.Laborauit in æternum, ſ.in pęnis & uiuet adhuc in finem.Secundo eſt quoddam feſtũ ut di ctum eſt,quod eſt celebrãdum,ſed quaſi occultè. & tertiũ eſt quod eſt celebrandũ ſolenniter & manifeſtè.Et ad iſta intelligendum, notandum q animæ ſanctorum uirorum tres habent ſtatus. Primus eſt inquantum ipſę aię in uita præſenti cum ſuo corpore ſunt coniunctæ : & tali modo ſunt in manu dei. Sap.3. Iuſtorũ animæ in manu dei sũt. Scd̃s ſtatus eſt inquantum ipſæ animę à ſuis corporibus ſunt exutæ.Et quãtum ad hoc ſunt in ſinu dei. Olim qui dem erãt in ſinu Abrahæ: ſed modò ſunt in ſinu dei Eſa. 40.In brachio ſuo congregabit agnos: & in ſinu ſuo leua bit fœtas.Ipſe portabit & cõgregabit agnos,i.innocẽtes. ne ab innocẽtia cadãt.leuat & portat fœtas,i. pœnitẽtes in ſinu:ut ſemper in operibus pœnitentiæ fęcundi perma neant.Tertiùs eſt inquantum aīæ ad ſua corpora reuertẽ tur:& in ſuis corporibus beatificabuntur,& inquantũ ſunt in thalamo dei.Deut.33.c. Amantiſſimus dñi habitabit cõfidẽter in eo:quaſi in thalamo tota die morabit̃,& ĩter humeros illius requieſcet.Inquãtũ ergo aīæ adhuc in prę ſenti uita cũ ſuo corpose cõiũctæ ſunt & in manu dei sũt: non dẽt de ipſis fieri aliquod feſtũ triplici de cã. Primo pp periculum:quia ille qui eſt modò ſãctus cras, poterit eſſe malus.1.ad Cor.10. Qui ſtat uideat ne cadat. Scd̃o pp dubium:quia neſcimus qui ſunt in dextera dei uel in ſiniſtra.Multi.n.uidẽtur eſſe in eius dextera q sũt in eius ſiniſtra,& econuerſo.Iudas.n.qui erat diſcipulus Chriſti uidebatur in dextera:& tamẽ quantũ ad præſcientiam dei erat in ſiniſtra econuerſo:Latro in cruce uidebatur eſſe in ſiniſtra dei:& tamen in dei ꝓdeſtinatione erat in dextera, Tertio propter ſtatum:quia multis tribulationibus ſancti ſunt expoſiti.Homo autem qui eſt in tribulatione nõ indiget celebratione feſti,ſed compaſſione animi. Propter

iſtam

iſtam cauſam nec de Chriſto nec de beata uirgine,quãdiu fuerunt in hac uita non fuit factum aliquod feſtum qa tota uita eorum fuit in labore & afflictione. Et ideo nõ erat eis neceſſaria celebratio ſed compaſſio. Secũdus ſtatus eſt inquantum conſiderantur aĩæ prout ſunt exutæ à corpore. Et quantum ad hoc ſunt in ſinu dei.Sicut.n.illud quod eſt in ſinu,eſt ſecurum & eſt charum & homini quodammodo coniunctum:ſic & aĩæ ſanctorum dicuntur eſſe in ſinu dei: quia ibi ſunt ualde ſecuræ.Ioan.10.Nõ rapiet eas quiſquã de manu patris mei.Et ſunt deo ualde charæ.1.ad Cor.6. Empti eſtis pretio magno. Sunt deo coniunctæ & unitæ. Ioan.17.Oẽs unum ſint, ſicut tu pater in me & ego in te, &c.Sicut.n.filius unum eſt cũ patre per naturam: ſic & ſancti erunt unum cum patre & filio per gratiam. Quantũ ad iſtum ſtatum de ſanctis in præſenti uita facimus feſtum tribus de cauſis,ut dicit Aug.contra Fauſtum.Primo pp imitationem vt,ſ.ex hoc ſanctorum exempla imitemur.Iaco. 5.Exemplum accipite fratres mei exitus mali & longanimitatis & laboris & patientię ꝓphetas qui locuti ſunt vobis in nomine domini.Secundo pp meritorum aſſociationem: vt, ſ.eorum meritis aſſociemur & participes ſimus. Sancti.n.participant merita ſua his qui illis honorẽ dant. Tertio propter eorum orationem:vt,ſ.ipſi apud deum pro nobis intercedant.Ideo dr̃ Iob. 5. Ad aliquem ſanctorum conuertere. illud autem feſtum debet fieri quaſi occultè, ideſt non cum pompa & faſtu,nec cum aliqua vanitate.Et in hoc maximè peccant mulieres. Contra quas dr̃ Amos 8.Conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum:& omnia cantica ueſtra in planctum:& inducam ſuper omne dorſum ueſtrum ſaccum,& ſuper omne caput caluitium.Mulieres cõſueuerunt in feſtiuitatibus ducere choreas,& uanas dicere cantilenas. Sed illa cantica conuertentur in luctum infernalem.Et ideo dicit:Conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum. Conſueuerunt & uaria & uana ornamenta deferre. Sed illa ornamenta in ſaccum commutabuntur:quia cum ſacco & cilicio ſepelietur.Et ideo dicit:Inducã ſuper omne dorſum ſaccum. Conſueuerunt etiam capillos alienos

deferre

deſerre,& caput ſuū vanè ornare: ſed iſte ornatus in calui ciū cōuertetur: quia ſicut patet capita eorū in monumētis totaliter ſunt decaluata. Et iō ſubditur; Et ſup omne caput caluuiū. Tertius eſt ſtatus quādo poſt reſurrectionem beatam aīæ ad ſua corpora reuertentur: & tunc facient feſtum nō ſemel in anno vel in menſe vel in hebdomada, ſed ſemper; quia ibi non erit nec menſis, nec hebdomada, ſed tantùm vna dies. Vnde Augu. exponens illud verbum, *Tempus meū nondum aduenit*. exponit illud de tēpore gloriæ dices in perſona Xpi: Ipſe eſt dies feſtus meus: non diebus iſtis percurrens & pertranſiens: ſed permanens in æternum. In ipſa feſtiuitate eſt gaudium ſine fine, & ueritas ſine labe, & ſerenitas ſiue nube. Iſtud feſtum non fiet occultè, ſed cum magna celebritate: quia oēs angeli & omnes beati ſimul deum laudabunt. Aug. de ciuitate dei: In hac uacabimus, & uidebimus, amabimus, & laudabimus, & quiſquis erit in ea ſine fine. Ad uacare igitur ſequitur uidere; qa niſi hō uacet nō uidet: iuxta illud Pſ. 45. Vacate & uidete qm̄ ego ſum deus. Et iō dicit: Vacabimus & uidebimus. Ad uidere ſequitur amare: quia nulla res pōt amari niſi uideatur: uel niſi aliquo modo cognoſcatur. Ideo dicit: Videbimus & amabimus. Ad amare ſequitur laudare & commendare. Illam. n. rē quam odio habuit ſemper uitupero. Illam autē rem quam diligo ſemper commendo, laudo & extollo. Et ideo dixit amabimus & laudabimus. Sancti igitur in patria uacabunt, uacando uidebunt, uidendo amabunt, amādo laudabunt. Et hoc ſine fine, &c.

Feria IIII. *Oues meæ uocem meam audiunt. Ioan.* 10.

Enarratio. I.

VBi capitaneus bonus eſt in cāpo, ille nititur populū ſuum ſibi cōmiſſum liberare de inimicis. Et hoc eſt primum ſcd̄o ponit ei traditiones, dicendo. Tu debes hoc facere tu hoc, & tu hoc dimittere. Tertio tales ſibi cōmiſſi tenentur ſibi obedire. Spiritualiter, & ſic Chriſtus eſt capitaneus noſter, qui ideo à deo patre eſt conſtitutus vt nos liberaret de inimicis. Vnde Eſa. 19. Clamabunt ad dn̄m à facie tribulantis: & mittet eis ſaluatorē & propugnatorē

tã.ſed per mediũ,i.Xp̃m.1.ad Timoth.2. Mediator dei & hominũ hõ Xp̃s Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.De quo introitus:Liberator meus. &c. Pſ.17.Hunc Pſ.fecit Dauid in gratiarũ actione poſt obitũ Saul,Abſalonis & Sybæ inimicorum ſuorũ.Sed pro nunc exponitur de Xp̃o. Diligam te domine, &c. Et liberator meus, &c.de inimicis. Sic nos originalẽ liberationem à peccatis aſcribamus domino deo.Io.8.Si filius uos liberauerit,uerè liberi eritis. Adhuc requiritur ſecundum mediũ,ſ.obedientia mandatorum.Mat.19.Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata dei.De quo epiſtola ut ſupra patuit Et in euangelio. *Oues meę uocẽ meã audiunt, &c.* Sed quia Iudęi noluerunt audire uocem eius:ergo nec crediderũt. Ad Ro.10.Fides ex auditu, auditus autẽ per uerbũ Xp̃i. Ex quo nõ crediderũt,tunc nõ ſunt oues Xp̃i, ſed diaboli: ergo dixit in themate:Vos nõ creditis, q̃a nõ eſtis de ouibus meis.In ſumma euangelii tria innuuntur. Primo Iudęorũ fallax interrogatio.ibi: *Si tu es Chriſtus.* Secũdo Xp̃i efficax reſpõſio,ibi:*Loquar uobis.*Tertio Iudæorum pertinax obſtinatio,ibi: *ſuſtulerunt lapides.* De primo dicit, In illo t̃pe.*Facta ſunt encęnia Hieroſolymis,*i. feſtum & memoria dedicationis tẽpli. Hiero. Tres fuerunt dedicationes tẽpli.Prima à Salomone in autũno 10.die Septẽbris.Secũda à Zorobabel & Ieſu ſacerdote t̃pe Veris in Martio, cũ redierunt de captiuitate Babylonis.Tertia à Iuda Machabæo, q̃ tẽplum prophanatum à gẽtibus mundauit in hyeme in mẽſe Decẽbri.Et hęc dedicatio tẽpore Xp̃i celebrabatur,unde hic agitur.Iõ ſubdit:*Et hyems erat,* Greg.Hoc ideo exprimit ut innuat in cordibus iudæorum frigus malitiæ eſſe;per hoc ẽt iudęorum prauitas deſignatur.Et primo hyems eſt t̃ps nubiloſum & nebuloſum; ſic iudæi erãt tenebris erroris inuoluti.Pſ,81.Neſcierunt neq; intellexerunt,in tenebris ambulant.Matt.5.Sinite eos, cæci ſũt & duces cæcorum; Secundo eſt tempus pluuioſum & ſic iudæi loquacitate ſuperflui & murmuratores. Actu.5. Semper ſpirituſancto reſtitiſtis. Tertio frigidam,& ſic iudæi in amore dei. Hiere.6. Sicut ciſterna facit frigidam

aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam. Quarto lutoſum: & ſic luto peccati ſunt pleni. Mat. 23. Væ uobis ſcribæ & phariſæi, &c. qui pleni eſtis omni ſpurcitia. Quinto tædioſum. Et ſic iudęi fuerunt tædioſi in operãdo opa bona. Matt. 23. Dicũt non faciũt: alligãt onera grauia & importabilia & imponũt in humeros hoĩum: digito aũt ſuo nolunt ea mouere, &c. Vel iõ ſcđm Teophilum, ut in proximo deſignetur tẽpus paſſionis. Itaque in uere ſequenti paſſus eſt dñs. Ideo uerſatur in templo. *Et ambulabat Ieſus in porticu Salomonis*. Alchuinus: Erat locus ubi Salomon ſtabat ad orãdum. Sicut dicitur. 3. Reg. 8. Et talis locus fuit reparatus poſt deſtructionẽ a Iuda Machabęo ad ſimilitudinem prioris. *Circundederunt eum Iudæi*. Gloſa: Non ex amicitia ſed odio, & non ut milites ad regẽ cuſtodiendum: ſed ad cõprimendũ. Pſ. 39. Circundederunt me mala quorum non eſt numerus. Non ut diſcipuli ad magiſtrũ audiendũ: ſed ad decipiẽdũ. Pſ. Circundederunt me ſicut apes: & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in noĩe dñi quia ultus ſum in eos. Non ut infirmi ad medicum ſe quẽdum ſed inuidẽdum. Pſ. 108. Sermonibus odii circundederunt me & expugnauerunt me gratis. Pſ. 21. Circundederunt me canes multi: conſilium malignantium obſedit me. *Dicentes, quouſque animam noſtram tollis*, id eſt cruciasi. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam*. Non ueritatem deſiderabant, ſed deceptionẽ: iõ adulatoriè loquuntur: uolentes per hoc oſtendere ſe deſiderare ſcire ueritatem de ipſo, quaſi dicerent: Anima noſtra eſt in ſuſpẽſo deſiderii, quã diu uinctos nos derelinquis? Quia ſpes quæ differtur affligit animam. Prou. 13. Ideo dicit Aug. Præmittunt adulationẽ ut perueniant ad deceptionẽ. Et Chry. in hoc oſtẽditur peruerſitas Iudęorum: quia quando Xp̃s eos erudiebat per uerba, petebant ſigna, dicentes: Ioan. 2. Quod ſignum oſtẽdis nobis quia hæc facis. Cùm autẽ faciebat ſigna petebãt uerba, ſicut quando dixerunt hic. *Si tu es Chriſtus dic nobis palã*. Quẽ. ſ. patriarchæ tandiu expectauerũt, quem oẽs prophetæ prædixerunt, angeli deſignauerunt, qui redẽpturus eſt Iſrael. Aug. Iudæi de Chriſto ſcđm ho

 minem

minem ſapiebāt, ſed diuinitatem minime intelligebant. Et hoc figurauit uelamen Moyſi in facie ſua Exod. 34. qñ facies eius uidebatur eis cornuta. Quantò minus poterāt uidere uerum deum carne uelatum. ad Rom. 11. Cæcitas contingit ex parte in Iſrael. Chryſ. Opera eius non uolebāt incuſare, ió cupiunt in uerbis eum capere. Simulabāt ſe ſolo uerbo ſuadere, q tot operibus noluerunt credere. Iō Alchuinus: O perfidi iudæi cum nihil loquitur in occulto, ſed oīa in publico, cur dicitis, *dic nobis palam*? Aug. Cogitabant eum iudæi decipere taliter, ſi reſpondiſſet nō habuiſſent propoſitum: ſi ſic, ut accuſarent eū ſibi uſurpare regnum. qa ſciebāt Xp̄m de ſemine Dauid regali naſciturum: Si reſpōdiſſet dubiē, dixiſſent ꝙ ſit homo duplex: quia aliud habet in corde, & aliud profert ore. Dixi ſedo tangitur uerax reſponſio, dicens: *Loquor uobis & non creditis mihi.* Mira res quaſi diceret: Cùm ſim ſapientia quæ ex ore altiſſimi prodii. Eccl. 24. Cùm ſim nuntius ſalutis à deo patre miſſus Thob. 10. Et ſicut imber cadit de cęlo & fructificat terrā. Iſa. 55. Ita deus pater miſit uerbum & nō reuertetur uacuum. Cur ergo non creditis, cùm eloquia mea ſup̄ mel dulciora. Sed uerba ſiue opibus nō faciunt fidem: ergo uidete opera quę ego facio, &c. Videte teſtes quorum primus eſt Petrus qui Mat. 16. dicit: Tu es Xp̄s filius dei uiui. Diſcipuli in nauis fluctu Mat. 14. Verè filius dei es: Martha Ioā. 11. Ego credidi, quia tu es Xp̄s filius dei uiui qui in hunc mundum ueniſti. Dæmō: Quid mihi & tibi Ieſu fili dei altiſſimi? Mar. 5. Centurio, Mar. 15. Verè hic hō filius dei erat. Pater cęleſtis Luc. 3. Et Matt. 17. Hic eſt filius meus dilectus. Itē. *Loquar uobis & non creditis mihi.* quaſi diceret: Ex hoc probatˉ falſitas ueſtra. *Opera quæ ego facio in nomine patris mei hæc teſtimoniū perhibent de me.* Xp̄s. n. habebat quædam opera humanitatis: ut ſitire, eſurire laſſus fieri quędā diuinitatis, ut dare ſpiritum ſanctum. Ioan. 20. & dimittere peccata. Luc. 7. Et infirmos ſolo uerbo curare. Iſta opera præbebant Xp̄o teſtimoniū ꝙ ipſe erat uerus hō & deus. Vñ patet p̄ exēplum ꝙ diuinitas ipſius cognoſcebant ſicut arbor ex fructu cognoſcitur.

 Matth. 7.

ter ſciens petiuit eum, ut oraret deum quatenus dignaretur ſibi reuelare an eſſet de numero ſaluãdorum. Et dũ ille precibus inſtaret, reuelatum eſt ſibi ꝙ eſſet de numero damnandorum, & timens fratrẽ illũ turbare per aliquot dies illi celauit. Poſt hoc illo uolente ſcire inuitus dixit illi. Tunc ille hoc audiens & intelligens ſcripturas ſtatim rñdit; Benedictus dñs deus, nec tamen ſic deſperabo: ſed pęnitentiã quã per ingreſſum religionis aſſumpſi duplicabo & triplicabo, donec inueniã gratiã ac miſericordiam apud altiſſimum. Et poſt in breui reuelatũ eſt eidẽ ꝙ iſte frater eſſet de numero ſaluãdorum. Ergo noli dicere: Siue ago bonũ ſiue malum, ueniã quo deus uult. Nã deus non eſt cauſa mali & dãnationis tuæ. Boetius: Ergo uideo facientẽ rotã, uiſus nõ eſt cauſa rotę, &c. Subdit: *Et vitã ęternam do eis, & non peribunt in ęternum.* Ecce bona paſcua uitæ ęternæ: ubi nulla herba areſcit, ſed totũ uiret. *Et nemo rapiat eas de manu mea.* i. de poteſtate mea per uiolentiã, hic trahendo ad culpã in futuro ad pęnã. Sapien. 3. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis. Et ut Aug. dicit: Ibi nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. *Pater meus quod dedit mihi maius eſt omnibus*, quaſi diceret: Ego cõſeruo eos ĩ poteſtate patris; qa habeo eandem poteſtatem cũ eo & eãdẽ eſſentiã: qa ſum eius uerbum, eius unigenitus & candor lucis æternę. *Et nemo poteſt rapere de manu patris mei*, ſ. cùm ſit infinitę potentiæ, ideo nihil põt ab eo auferri per uiolentiã. Hiero. Manus dei patris eſt filius. Pſ. 114. Emitte manum tuã de alto, eripe me, &c. quia per ipſum facta ſunt oĩa. Io. 1. Et Iſa. 48. Manus mea creauit cœlos, & fundauit terrã. Iſta manus eſt omnium bonorum largitiua. Pſ. 147. Aperis tu manum tuã, &c. Itẽ eſt omniũ cõſeruatiua, Iſa. 49. Sub vmbra manus ſuę protexit me. Itẽ eſt omnium in viã cęli directiua. Sap. 7. In manu illius nos & ſermones noſtri, & omnis ſapientia & operum ſcientię diſciplina. Item eſt omnium ſaluatiua. Pſ. 118. Fiet manus tua ut ſaluet me Gen. 47. Salus noſtra in manu tua eſt. Quia ego & pater ſumus unũ. Primo in natura, ſicut dr̃ Io. 5. Sicut pater habet uitã in

ſemetipſo ſic dedit & filio,&c. Secundo in poteſtate. Io. 5. Dedit ei poteſtatē iudiciū facere: quia filius hominis eſt. Tertio in reuerentia & honore, ad Philip. 2. Dedit illi nomen quod eſt ſuper oē nomen. Et quod nullus pōt rapere de manu patris per uiolentiā, quia fortiſſimus eſt; nec per ignorantiam, quia ſapientiſſimus. Iob. 9. Sapiēs corde eſt & fortis robore. Sciendum in hoc ꝙ dicit. *Ego & pater unum ſumus*, excludit duos errores circa articulum ſanctiſſimę trinitatis. Sabellius. n. in deo poſuit unitatē perſonę ſicut & eſſentiæ. Et hoc remouetur cùm dr̄ ſumus. Si. n. pr̄ & filius eſſent una perſona; dixiſſet in ſingulari ſum & nō ſumus. Arrius aūt econuerſo poſuit pluralitatem eſſentiarum ſicut & perſonarū. Et hoc excluditur in eo ꝙ dicitur; Vnum Si. n. pater & filius haberent diuerſas eſſentias, non diceretur unum neutraliter ſed plura. Igitur per ego & pater ſumus diſcretio & æqualitas perſonarum exprimitur, per unum unitas diuinæ ſubſtātiæ intelligitur. In theologia. n. per neutrum genus dicitur ſubſtantia diuina, ꝑ maſculinum perſonæ, per fęmininum notio. Vnde Aug. Vtrūque audi & unum ſumus, ꝙ dixit unū liberat te ab Arrio, ꝙ ſumus liberat te à Sabellio. Dixi tertio tangitur Iudæorū pertinax obſtinatio, ibi. *Suſtulerunt lapides Iudæi.* Quia dicit Aug. Iudæi erant duri ut lapides cùm profunda dei uerba intelligere nō poſſent lapidibus ſimiles ad lapides currunt. Pſ. 119. Dum loquebar illis impugnabant me gratis. *Reſpondit eis ieſus: Multa bona opera oſtendi uobis ex patre meo.* ſ. mortuos ſuſcitaui, infirmos curaui,&c. *propter quod opus me lapidatis.* q. d. Nullus dēt lapidari pro bono opere, ſed pro malo. Nota ſunt aliqui qui reddunt mala pro malis,& hoc eſt prohibitum ad Rom. 12. Non reddentes malum pro malo: quia deus hac ſibi retinuit. Deute. 32. Mihi uindictam & ego retribuam. Alii ſunt qui reddunt bona pro bonis. Et iſtud eſt quoddā naturale debitū. Matt. 5. Si diligitis eos qui uos diligūt, quē mercedē habebitis? q. d. nullā. Alii ſunt qui retribuunt bona ꝓ malis. Et iſtud eſt ꝑfectę charitatis indiciū. Talis erat Xp̄s qui à Iudæis recipiebat cōuitia;& tn̄ nō ceſſauit eis dare bn̄ficia. Et hoc do

eet nos Mat.5. Benefacite his qui uos oderunt. Alii q̃ ſũt qui retribuunt mala pro bonis. Et illud eſt ualde iniquũ. Tales erãt Iudæi q à Xp̃o recipiebant multa beneficia, & tñ ei multa inferebant opprobria. Pſ.34. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Iõ Xp̃s charitatiuè arguit eos, dicens: *Multa bona opera oſtendi uobis, &c.* Et dicit. *Ex patre meo,* ut indicaret ſe ſuper oĩa gloriã patris quærere. Io.8. Gloriã meam non quæro. *Reſponderunt ei Iudæi: De opere bono nõ lapidamus te, ſed de blaſphemia: quia dùm hõ tu ſis facis teipſum deum. Tunc reſpondit illis Ieſus: Nõne ſcriptum eſt in lege ueſtra.* Aug. Hic lex recipit̃ pro toto ueteri teſtamento. *Ego dixi dijs eſtis,* q.d. Chriſtus: Non habetis me lapidare ſi deum me uocaui: quia ſcriptura ueſtra puros homines deos uocat. *Si ergo illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura,* i. dici q̃ contineat aliquid falſum. *Quem pater ſanctificauit,* i. ſanctum genuit, *& miſit in mundum,* quaſi diceret; Multò fortius deus poteſt ille uocari. *Et quare uos dicitis, quia blaſphemas, quia dixi: Filius dei ſum,* quaſi diceret; Irationabiliter hoc facitis qa ſcriptura hoc dicit. Sicut Hiere.23. Ecce dies ueniunt dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ. Et ſequitur; Et hoc eſt nomen quod uocabunt eum. Dominus iuſtus noſter. Et ubi nos habemus dñs ibi ponitur nomen domini, Tetragrammaton in Hebręo, quod nulli alicui attribuitur niſi ſoli deo. Item nota, blaſphemia eſt aliquod falſum dicere de deo, & quia Chriſtus tantùm hõ uidebatur eis, ideo dicunt eũ blaſphemare; quia dixit ſe & deum unum eſſe, & pœna blaſphemantium erat lapidatio in ueteri teſtamento. Sciendum q̃ deus dr̃ tribus modis, ſ. natura. Et hoc modo Xp̃s erat deus adoptione & gratia. Et hoc modo ſancti uiri dicuntur dij. Et falſa opinione & nuncupatione. Et hoc modo idola & dæmones dij appellantur. Sancti ergo uiri dicuntur dij non per naturã ſed per gratiam. Aug. Talis eſt unuſquiſque qualis eſt dilectio ſua; ſi deum diligis deus es; ſi terram diligis terra es. Diligamus ergo deum ut dij appellemur; contemnamus terrena ne terra uocemur. Sed poſſet aliquis dicere, uolo utrunquę facere & deum dili-

De eodem, *Oues meæ uocem meam audiunt. Io.10.* Enar. II.

SCiendum in hoc euangelio dñs noſter Ieſus Chriſtus qui eſt paſtor uerus ponit hic duas differentias ouiũ. Sunt.n.quædam oues quæ non ſunt ſuæ:ſed ſunt oues diaboli. De quibus dixit: *Sed uos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.* Aliæ ſunt oues, de quibus ſubdit: *Oues meę uocẽ meam audiunt.* Primæ oues, ſ. oues diaboli faciũt duos greges. Primus grex eſt in hoc mundo. Oues.n.diaboli qui ſunt in hoc mundo ſunt hypocritæ. De quibus dicit. Mat. 7. Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium; &c. Dicit tñ Chryſ. ſuper Mat. ꝙ lupus ſi tegatur pelle ouina, põt tñ cognoſci ꝙ ſit lupus per tria. Primo per actum, quia lupus dentibus mordet: ouis autẽ non habet dentes cum quibus mordeat. Secundo per ululatum, quia lupus uerſus cœlum ululat: ouis aũt uerſus terrã ſemper balat. Tertio per cibũ, quia lupus carnibus delectatur: ouis uerò herbis paſcitur. Eodem ẽt modo hypocritæ cognoſcuntur. Primo uidelicet per actũ, quia ſerui dei nõ mordent, i. non detrahunt nec de aliquo obloquuntur: hypocritæ autem mordent & detrahunt. De quibus dicitur Gal. 5. Si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem conſummamini. Ex hoc habetur ꝙ quidam mordent, quidam comedunt, quidã conſumunt. Ille uerò mordet qui partem accepit & partem relinquit: ſic detractor ſæpe in parte laudat & in parte uituperat. Ille uerò qui comedit cibum maſticat & ſibi incorporat. Sic ẽt multi contra aliorum uitia murmurant, & tunc eadem faciendo ſibi incorporant. Ille aũt qui conſumit nec de pelle, nec de carne, nec de oſſibus aliquid dimittit. Sic & multi ſunt qui condemnant uitam, uituperant famã, & iudicant conſcientiam. Secundo cognoſcuntur per uocem. Serui dei balant uerſus terram, & ſeipſos recognoſcũt eſſe terrã, & multos defectus habere. Hypocrite uerò uerſus cęlũ ululant: quia contra homines cœleſtes ſæpe loquũtur & ipſos infamãt. Pſalm. 72. Poſuerunt in cęlum os ſuum, id eſt in cęleſtes.

Iterum

Iterum:Ini quitatem in excelſo,i.contra uiros in excelſo, locuti ſunt.Tertio cognoſcuntur per cibum, quia oues,i. boni homines ueſcuntur herbis virentibus, i.cœleſtibus amęnitatibus.Ezec.34. Requieſcunt in herbis uirētibus. Mali aũt paſcuntur carnibus,i.carnalibus voluptatibus. Ro.8. Qui.n.ſcđm carnē ſunt, q̃ carnis ſũt ſapiũt. Qui ve rò ſcđ m ſpiritum, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Scđ's grex ouium diaboli eſt in inferno,quia dr̃ in Pſ.48.Sicut oues in inferno poſiti ſunt.Quod quidē uerbum quatuor modis exponitur.Primo ſic,quando oues ſimul ſunt, conſue uerunt ſtare compreſſæ, & una ſuper aliam iacere. Sic ēt damnati adinuicem in inferno ſic erũt compreſſi, ꝙ unus ſuper aliũ iacebit.Iſtud innuitur Mat.13.ubi dr̃: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum.Sicut.n.ligna in faſciculis ſunt compreſſa: ſic dãnati ad inuicē premuntur. Notabile.n.eſt ꝙ oues in magno calore ſtant compreſſæ, in magno autē frigore ſtant ſeparatæ,quia damnati ſtant in igne cōpreſſi ut adinuicē ſic magis cōburantur. Quando uerò ſunt in frigore ſtant ſeparati,ut quilibet per ſe fremat & dentibus ſtrideat. Secundo intelligitur ſic: Greges cōſueuerunt ab inuicē ſeparati:ſic in inferno erunt diuerſi greges,i.diuerſi dãnatorũ ordines.Nã ibi erit grex ſuperborũ, & grex auarorum, & grex luxurioſorũ.Hoc innuitur Zach.12.Planget terra.ſ. infernalis familiæ,& familiæ ſeorſum: quia per ſe plãget familia ſuperborum:per ſe plãget familia auarorum; per ſe plãget familia luxurioſorum. Tertio modo intelligit̃ ſic:Conſueuit paſtor oues tondere, & lanã ab eis auferre, & ſic attonſas ad paſcua eas tranſmittere. Sic ēt oues diaboli dimittunt hic lanam,i.res temporales, & attonſæ ad paſcua infernalia dirigũtur de bonis ſuis nihil inde ſecũ portãtes. Iob.27. Diues cùm dormierit nihil ſecum auferet.Quarto modo pōt ſic intelligi.Cōſueuerunt oues tanquam de uno prato ire ad paſcendum ad aliud pratũ. Sic in inferno ſunt duo prata,unum eſt pratum caloris: aliud pratum frigoris.Poſtquã igitur oues diaboli fuerunt adu ſtę tranſibunt ad pratum frigoris. Poſtquã in prato frigo-

ris

ris fuerunt congelatæ tranſibunt ad pratum caloris. Iob 28. Ad calorẽ nimium tranſiet ab aquis niuiũ. Secũdę sũt oues dei, & illæ cognoſcuntur per quatuor ſigna. Primo per opera bona quæ faciunt. Iſtud ſignũ dñs ponit ẽt de ſe qui eſt paſtor: cùm dicit Io. 5. Opera quæ facio perhibent teſtimoniũ de me. Eodẽ modo fideles in ſuis operibus cognoſcũtur. Notandũ ꝙ ſunt quædam opera quæ hominẽ ſanctũ oſtendunt, ſed nõ faciunt: ſicut ſunt opera miraculorũ, quę ẽt aliqñ mali uirtute fidei faciunt. Illi dicẽt in iudicio Mat. 7. Dñe domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo multas uirtutes fecimus? &c. Alia ſunt opera quæ faciunt ſanctum ſed non oſtendũt. ſicut ſimplicitas & humilitas ſanctorũ virorum, & cæteræ virtutes eorũ quę faciunt hominẽ ſanctum coram deo, ſed ſæpe reddunt eum deſpectabilẽ coram mũdo. De quibus dicit Io. 12. Deridetur iuſti ſimplicitas, lãpas contẽpta apud cogitationes diuitum. Vbi dicit Greg. ꝙ ſancti viri lãpas ſunt: quia in tenebris lucent interius ſunt cõtẽpta quæ exterius non lucent: lãpas ſunt quia interius virtutibus ſplendent: ſed cõtempta quę exterius irriſionibus patent, alia opera ſunt, quę hominẽ ſanctũ faciunt & oſtendunt: ſicut opera pietatis, quæ quidẽ hominem faciunt ſanctũ, & peccata omnia dimittunt. Eccl. 3. Ignẽ ardẽtẽ extinguit aqua: & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Hominem ẽt coram hominibus oſtẽdunt ſanctum. Eccl. 31. Eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. Scd̃m ſignum ꝙ aliqui ſunt oues Chriſti eſt quando uocem eius audiunt. Vnde ſubditur: *Oues meæ uocem meam audiunt.* Quatuor.n. ſunt uoces quas ille paſtor dat ouibus ſuis. Prima eſt exterior exhortatio. De qua dr̃ Pro. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat uocem ſuã. Secunda eſt interior inſpiratio. De qua dr̃ in Pſ. 84. Audiã quid loquatr̃ in me dñs deus. Iob. 32. Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Tertia eſt beneficiorum largitio. Iſa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quarta eſt carnalis flagellatio: per quẽ homines ſæpe ad eum currunt, Pſ. 15. Multiplicatæ ſunt infir-

& oua pauonum.Cùm aūt pulli creuerīt:ueri pulli matrē ſequuntur. Anetæ uero in aquam ſe mergunt,pauones de ſua pulchritudine gloriātes matrē relinquunt.Sic & deus tanquā paſtor & bona gallina congregat bonos & malos in una fide,& fouet eos ꝑ multa beneficia quæ eis cōfert. Sed tandem quidam eorū ſequuntur ipſum per imitationem bonorū operum: ſicut humiles & manſueti.Alii uerò ipſum deſerunt,& in aquis deliciarum ſe mergūt:ſicut ſunt uoluptuoſi.Alii de ſuis diuitiis & honoribus gloriātes Chriſtum deſerunt:ſicut ſuperbi & auari.Sed qui ueræ ſunt oues Chriſti & pulli ipſum ſequuntur.Et ideo dixit: *ſequuntur me,&c.*

Feria. V. Require plura in die Mariæ Magdalenæ.

Remittuntur tibi peccata multa. Luc.7. Enarratio. II.

NOta quòd ſunt quatuor genera hominū quibus peccata dimittuntur.Primo dimittūtur corde cōtritis, ſecundò ore confeſſis,tertio in pœnitentia ſatisfacientibus,quarto deū ueraciter diligētibus.Primo dimittuntur corde contritis & contribulatis. Tob.3. In tēpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocāt te Bern. dicit:Sic deus pius eſt,& iuſtus.ſicut.n.apis habet mellis dulcedinē & aculei punctionē: ſic deus habet pietatis dulcedinē ad pęnitentes:& aculei compunctionem ad peccantes.Secundo dimittuntur peccata ore confeſſis. 1.Ioan.1.ſi confiteamur peccata noſtra,fidelis & iuſtus eſt, ut remittat nobis peccata noſtra:imò priuſquam confiteātur,poſito q; quis habeat iam propoſitum confitendi, ſecundum q; dicitur in Pſ.31.Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino;& tu remiſiſti impietatē peccati mei. Aug.dicit quòd uerecundia eſt magna pęna.Ideo qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia.Vnde quāto plus quis cōfitetur ſub ſpe uenię turpitudinē criminis; tantò facilius conſequitur gratiam remiſſionis.Tertio remittuntur per

opera pœnitentiæ ſatisfacientibus.2.Paral.6.Si peccaue-rint ibi:neq;.n.eſt hõ q nõ peccet: & iratus fueris eis,&c. Et ſequitur. Et cõuerſi in corde ſuo in terrã ad quã capti qui ducti fuerant egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint,dicentes:Peccauimus,iniuſtè egimus & iniquitatem fecimus,&c.Et poſtea, ut exaudias de cęlo hoc eſt de firmo habitaculo tuo preces eorũ,& facias iudicũ,& dimittas populo peccata eius.De hac pęnitẽtia dicit Iſid.Pœnitẽtia eſt medicamẽtũ uulneris,ſpes ſalutis ꝑ quã peccatores ſaluantur,per quã dñs ad miſericordiam prouocatur, quę nõ penſatur in tempore proſperitatis & lætitiæ, ſed luctus & in lachrymarum profunditate. Quarto peccata dimittunť deũ ueraciter diligentibus. Lu.7.Dimittuntur ei peccata multa, qm̃ dilexit multum, quod dř de Maria Magdalena.Intellige ardor charitatis rubiginẽ in ea peccati cõſumpſit.A ſimili dico: ꝙ ſi qs ueraciter eſt in dilectione & charitate circa deũ,ut Maria Magdalena; certũ eſt ꝙ tunc pater cęleſtis oĩa peccata eius ſic (cũ diligentis diuina pietate quę & ipſa charitas eſt,q̃ & ante mundi cõſtitutionem elegit nos)tegit & delet. Ber. Prædeſtinatos ego aduerti & uidi:ꝙ mira dei diſpẽſatio ĩ exordiis ſuis quoſdam deſerens ſcaturentibus uitiis cadere ꝑ abrupta permittit.Plerunq; tñ eos tandẽ oculo miſericordię reſpiciens ad ſequendum de ſancti amoris ſic igne ſuccẽdit, ut ex nimia charitate purgentur eorum peccata, & operianť ſicut nunquam peccaſſent;& ſi quid deliquiſſe uidentur in tẽpore nõ apparet in æternitate. Quia charitas patris eorũ operit multitudinẽ peccatorũ. Operit inquam ne deus uideat ad puniẽdũ,hõ ad erubeſcendũ,& diabolus ad accuſandũ.Itẽ nota alia quatuor per quæ peccata dimittunť: uidelicet per uerã ad deũ cõterſionẽ, periniuriarũ dimiſſionẽ,per deuotã ſupplicationẽ, & per ſanguinis Chriſti effuſionẽ.Primo dimittuntur peccata per ueram ad deum cõuerſionem. Hinc eſt quod dñs dixit Paulo.Act.26.Mittam te aperire oculos eorum, ut conuertantur à tenebris ad lucem:& accipient remiſſionem peccatorum. Bern. O quanta & qualis eſt miſericordia domini dilecti mei Ieſu

Chriſti, qui nō minus cōuerſum peccatorē diligit, q̄ eum qui nunquā peccati maculā cōtraxit. Secūdo dimittuntur peccata per iniuriarum dimiſsionem. Mat. 6. Si dimiſeritis hominibus peccata eorū, dimittet uobis pater meus cœleſtis peccata ueſtra. Et hoc eſt qđ quotidie petimus, dicentes: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ueniā, ſ. petētibus. Propter quod dicit dominus. Luc. 6. Diligite inimicos ueſtros: benefacite his qui oderūt uos. De hac dilectione dicit Greg. Dilectio inimici tūc uerè cuſtoditur cū nō de ꝓſperitate eius affligimur, nec de eius ruina lætamur. Et qui hāc charitatē habet, nō ſolū meretur peccati remiſsionē: uerumetiam quod amplius eſt, deus manet in eo & ipſe in deo. Vnde Bern. Deus charitas eſt, & quid precioſius: & qui manet in charitate in deo manet, & quid ſecurius: & deus in eo, quid iucundius? Tertio dimittuntur peccata per deuotā orationem. Eccl. 21. Fili peccaſti: nō adiicias iterū, ſed de præteritis precare ut tibi dimittantur. Sic deuote & humiliter remiſsionē peccatorū petebat Manaſſes qui dicebat 2. Paral. ult. Flecto genua cordis mei deprecās à te bonitatē domine, peccaui & iniquitatē meā cognoſco: remitte mihi. Et ideo dicit Bern. O quā breue & ſalubre uerbum Peccaui. Nā tres ſyllabæ portas aperiunt paradiſi. Dauid enim dicēti ad Nathan. 2. Reg. 12. Peccaui, ſtatim propter hoc propheta qui à domino ut ultionē indiceret miſſus erat, intulit, Dominus trāſtulit peccatū tuum. Et ideo nō ſolum dimittitur peccatum per orationes, ſed ēt per deuotas ſanctorum interceſsiones, quod figuratur. Num. 14. quādo dicit Moyſes ad dominum: Dimitte domine deprecor peccata populi huius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ. Dixitque dominus ad Moyſen: Dimiſi eis ſecundum uerbum tuū. Leui. 12. Orabit pro eis ſacerdos & dimittet eis. Sed cor ꝓ alio deprecantis debet eſſe deuotū. Quarto dimittuntur peccata ꝑ ſanguinis Chriſti effuſionē. Mat. 26. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti q̄ pro multis effundetur in remiſsionē peccatorum, ad Eph. 1. Apoſt. de Chriſto inquit: In quo habemus remiſsionē peccatorum in ſanguine ipſius. Vnde Greg. Oblatio abſoluit

uiuos a peccatis. Eſt.n.cautela & cuſtodia turorũ & miti gatio tẽtationũ.De his duobus dicit Bern. Sacramẽtũ do minici corporis duo operatur in nobis,ut ſenſũ noſtrũ & aĩum a noxiis muniat,& in grauioribus peccatis cõſenſũ malũ,oĩno tollat.Eſt ẽt ad repreſsionẽ dęmonum Chryſ. Hic ſanguis abigit dæmones & à longe ire facit, &c.

FERIA VI.

Expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo.

*Ioan.*11. Enarratio I.

VBi aliquis rector ciuitatis audit aliquod negotiũ gra ue & periculoſum,cõuocat cõcilium & proponit ne gotium,& audit conſiliatores. Et tunc illa ſententia approbatur in quã plures conſentiunt. Spiritualiter. Sic pontifices & phariſæi fecerunt. Audierunt.n.de reſuſcita tione Lazari & qũo oẽs in Chriſtum credere uidebantur; unde timuerunt eis euenire periculum quod tamen omnibus fuiſſet in ſalutẽ: & collegerunt concilium. De quo Spiritus S. dixerat per Pſal.30. Accipere aĩam meã conſi liati ſunt. Vnde figuratur hoc concilium.2.Reg.17. Abſa lon iniuit conſilium qũo patrẽ expellere & interficeret, quod conſilium dederat Achitofel:unde idcirco ſe ſuſpen dit. Spiritualiter: Abſalon, i. cõitas phariſæorum iniuit conſilium ſuper patrem,i. Chriſtum qui eſt pater noſter ſcd̃m diuinitatem.Sed Achitofel,i.Caiphasdedit conſiliũ iudæis ut interficerent Chriſtum.Pſ.105.Ipſi exacerbaue runt eum in conſilio ſuo.Et Pſal.21. Conſilium malignã tium abſcedit me.ſ. *Expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo,&c.* Aliud thema. Philoſophus in libro Meteororũ dicit: Aurum in fundo cyphi potũ reddit dulciorem. Ratio, quia aurum in ſe eſt dulciſsimæ qualitatis, probant hoc aquæ quarum fundus eſt aureus:quia tales dulciores ſunt. Spiritualiter. Sic aurum paſsionis Chriſti dum in cypho cordis reconditur, facit dulceſcere aquas tribulationis.Ber. Nil dulcius in tribulatione q̃ meditari Chriſti paſsionem.Figuratur Exo.25.cap. ubi aquæ Marath dulcoratæ ſunt per lignum.Et ſic per lignum crucis & per mi ſericordiam in cruce acquiſitã omnes noſtræ tribulatio-

nes

nes dulcoratur.Vnde in introitu miſſe dicit.Miſerere mei domine qm̃ tribulor: libera me & eripe me de manibus inimicorum meorum:& à perſequentibus me nõ confundar, qm̃ inuocaui te.Vnde Pſ.In te domine ſperaui, non confundar, &c. In collecta: Cordibus noſtris quæſumus domine gratiã tuã benignus infunde: ut peccata noſtra caſtigatione uoluntaria cohibentes temporaliter potius maceremur,q̃ ſuppliciis deputemur æternis. Nã oẽs carẽtes auro paſsionis cõfundentur in ęterna egeſtate. Vnde in epiſtola Hier.17. dixit Hiere. Domine deus oẽs qui te derelinquunt confundentur:recedentes a te in terra ſcribentur,quaſi dicat,Et non in cœlo.Itẽ aurũ cõfortat cor infirmorũ,& ſic Chriſtus.Ideo ſubdit ĩ lectione.Sana me domine & ſanabor:ſaluũ me fac & ſaluus ero.Richar.Nulla ſalus corporis & animæ niſi in feliciſsima Chriſti paſſione.De quo thema.*Expedit uobis ut unus moriatur,&c.* In sũma euãgelii tria innuuntur. Primo ſaturitas inanis cõſilii:ibi *Collegerunt,&c.*Scd̃o utilitas mortis Chriſti, ibi: *Expedit uobis ut unus,&c.* Vel ſic, in ſumma euangelii tria innuuntur.Primo ponitur concilii congregatio,ibi: *Collegerunt.*Secundo unius de cõſiliariis prælocutio, ibi: *Vnus aũt ex ipſis,&c.* Tertio ipſius ſnĩæ ab oĩbus confirmatio, ibi:*Ab illo ergo die,&c.*De primo dicitur,in illo tp̃e,ſ.poſt reſuſcitationem Lazari:cùm aliqui de ipſis iudæis credebant in Ieſum: tunc pontifices & phariſæi moti ſunt ex inuidia & ira ad tractandum de morte Chriſti: Et igitur tunc collegerunt concilium.Nota illud conciliũ fuit improuide congregatum ex tribus:quia,ſ. cùm feſtinatione & ira & inuidia & inſipientia.Nã dicit Socrates: Cõſiliũ debet fieri cũ deliberatione,& maturitate. Vnde poeta.

Quicquid agis prudenter agas & reſpice finem,

Ipſi aũt ſtatim poſt reſuſcitationem Lazari non conſiderãtes quid magis expediret,inierunt conſilium, Prou.19. Qui feſtinus eſt pedibus offendet.Et ſic ipſi.Socrates: Velox cõſiliũ ſequitur pnĩa. Varro philoſophus. Imperitiæ ſignum eſt, cito fieri quod difficilimum eſt.Vnde legitur de Auguſto Cæſare dixiſſe: Feſtinatio & temeritas male coueniunt duci. Satis celeriter fit,quicquid bene fit.Secũ

do cum ira:quia audiuerũt ꝙ populus iret poſt illũ. Vnde Boetius:Omnis.n.ſubita mutatio rerum nõ ſine cõflictu contingit animorum. De conſilio tali dicitur Gen.48. Simeõ & Leui fratres uaſa iniquitatis bellãtia, in conciliũ eorũ nõ ueniet anima mea. Hiero. De Simeone phariſæi, de Leui pontifices orti ſunt. O q̃ periculoſum fuit concilium cum feruore & ira celebratum. Greg. Ira ſi ſemel mẽtem poſſederit, putat iuſtè fieri quod crudeliter fit. Item Gen.4.cap. Iratus Cain uehemẽter contra Abel interficit eum. Nota hiſtoriam. Chryſ. Nõ põt pacificè loqui qui habet cor turbatum: nec ſeipſum cognoſcere põt: quod patet in aqua turbida. Cato: Ita impedit animum, ne poſsit cernere uerum. Tertio cum inſpicientia:quia ſapiẽs attendit principium, medium, & finẽ: ut,ſ. ſapienter incipiat & conſtanter proſequatur, & utiliter finiat. Inceperunt phariſæi cum fatuitate mandãteſ ꝙ Chriſtus caperetur. Vnde dicitur paulò infra: Dederant autẽ pontifices mandatũ, ut ſi quis cognouerit ubi ſit indicet:utapprehendãt eum. Perſecuti ſunt eum cum crudelitate:quia ſententiã firmauerunt, & quærẽtes cõſilium apertè de morte eius tractauerunt. Vnde dicitur: Ab illo ergo die cogitauerunt interficere. Finierunt aũt cum ſua deſtructione: quia illud qđ timebant,ſ. ne perderẽt locum & gentem, eis euenit: quia quod timet impius ſuper eum euenit: ut dicitur Iob 3.c. Tunc ponitur negotium ſuper quo debet haberi diligens inquiſitio, cùm dicunt: Quid facimus,i. cur cunctamur, cur nobis nõ prouidemus, quia hic homo multa ſigna facit. Cui iudęi credere debuiſſent plus quàm Moyſi, qui nõ tot ſigna fecit ſed pauciora: ut patet Exo.4. Et plus q̃ Ioãni, ad quem miſerunt ſacerdotes & Leuitas ut interrogarent eum an eſſet ipſe Chriſtus. Ioan.1. Sed tamẽ ipſi indurati dixerunt. *Si dimittamus eum ſic*,ſ.uiuentẽ & ſigna talia facientẽ: *Omnes credent in eum & uenient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem*. Romani.n. & multi alii principes gentium in magna reuerentia dei templum habebant. Vnde ẽt Alexander cùm Hieroſolymã feſtinaret, & iudæi impetum eius timerent, pontifex indutis pontificalibus, & in capite ſuo habens cidarim in qua ſcriptũ erat

nomen

nomen dei tettagramaton,i.quatuor literarum quod dici tur leue,obuiā ſibi proceſsit. Statimq. Alexāder de equo deſcendens nomen dei adorauit, & pontificem ueneratus fuit.Et cùm ſuper hoc à ſuis militibus argueretur reſpon dit:Non iſtū ſed deo in ipſo adoraui:deus.n. cœli in iſto habitu mihi apparuit:& principatū mihi promiſit Perſarum.Romani igitur & principes gentium in magna reuerentia habebant tēplum Chriſtus autē prædicabat contra Iudaica,& cæremonialia iſta eſſe delenda.Et ſic cogitauerunt iudęi:ſi Romani iſta audierint tēplum contemnēt, opes templi auferent,& nos & noſtrum locum tollēt.Vel aliter ſecundum Aug.iudæi intendebant Romanis rebellare,& tributa eis non ſoluere: Chriſtus autē prædicabat non eſſe alicui reſiſtendum, dicens Matth.5. Ego autem dico uobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in unā maxillā,præbe ei & alterā,&c. Ideo timebant ne uenientibus cōtra ſe Romanis,nullus remaneret, qui ciuitatē uel tēplū defenderet:uel aliter ſecundū Chryſ. Romani ordinauerūt nullus rex cōſtitueretur & rex deberet nominari,niſi ipſi mādarent:multa aūt turba Chriſtū ſequebatur quæ ēt regē & Chriſtum ipſum cōfitebatur.Et ideo timuerunt ꝙ ſi Romani audirent ꝙ turba eum ſequeretur & crederent,& uellent eis rebellare: & ſi audierēt ꝙ eum regem confiterentur,crederent ꝙ uellent ipſum regem facere,& ſic uenirent ut locum & gentem tollerent.Iſta autem ſi cum dicit Chryſ.phariſæi quantum ad ueritatē non credebant,cùm turba quæ Chriſtū ſequebatur non eſſent milites armati nec armigeri ſed inermes,ſed tātùm ut populum excitarent contra Chriſtum . Dixi ſecundo ponitur unius conſiliarii præ locutio malitioſa,cùm dicitur: Vnus autē ex eis Caiphas nomine cùm eſſet pōtifex anni illius.Sed diceres,quare dicitur anni illius:cū tamē dominus cōſtituit unū ſummum ſacerdotē, quo mortuo alter ſuccederet. Reſpōdetur ſcd̄m Aug.per ambitiones & contētiones conſtituerunt per ſe plures eſſe, & per ſingulos annos ſuis uicibus miniſtrare.*Expedit.*Theoph. Praua locutus eſt intētione,ſed ſpiritus ſancti gratia uſa eſt eius ore ad futurū prēſagiū.Greg. ſuper Ezechielem: Quibuſdam

datur ſpiritus S. in corde tantùm ut contemplatiuis. 2. ad Cor. 12. Audiui arcana uerba quæ nō licet hoībus loqui. Quibuſdam in ore tantum ut aſinæ Balaam Num. 22. Et Caiphæ. Et ſic damnātur quibuſdam bona uerba ad deuotionē aliorum. Quibuſdā uerò corde & ore, ut Iſa. & Hier. & aliis prophetis. *Vos neſcitis quicquam neque cogitatis: quia expedit in his ut unus moriatur homo pro populo, ut nō tota gens pereat.* In hoc. n. uerbo aliā intentionē habuit Caiphas, & aliā ſpiritus S. Intendebat autem Caiphas ꝙ expediret ꝙ Chriſtus occideretur priuſquā ipſi a Romanis captiuarentur. Spiritus autem ſanctus qui per os ſuum prophetauit intellexit, ꝙ Chriſtus pro humano genere moreretur. Vbi dicit Aug. Hic etiam docemur homines malos ſpiritu prophetiæ futura prædicere, quod tamen euāgeliſta diuino tribuit ſacramento, i. uirtuti ipſius ſacramēti, ſ. ſummi ſacerdotii: cum. ſ. ipſe Caiphas pontifex erat. Quāuis aūt prophetauit, ipſe tamē propheta nō fuit. Nā ſicut dicit Aug. ſuper Geneſ. ad literam: Tria ſunt quę faciūt aliquem perfectum prophetam. Vnum eſt qđ ipſe aliquas uiſiones habeat. Scđm ꝙ ipſe iſtas uiſiones & reuelationes intelligat. Tertium eſt ꝙ ēt ipſa uiſiones alii manifeſtare ſciat. Primū habuit Nabuchodonoſor, quia ſtatuam uidit: duo uerò ſequentia nō habuit, quia nec ſignificationē intellexit nec uiſionem Danieli narrare ſciuit, & ideo propheta non fuit. Duo autem ex his habuit Pharao: habuit. n. uiſionē, quādo ſeptē boues pingues & ſeptem macilentos uidit, & ipſam etiā uiſionem Ioſeph narrare ſciuit: ſed nō habuit ſecundum, quia eius ſignificationē non intellexit, ideo propheta non fuit: unum autem ex his habuit Caiphas. Ipſe. n. de morte Chriſti nullā reuelationē habuit: ipſe. n. intellectū quem habuit ſpiritus S. nō intellexit habuit tamen unum, quia mortem Chriſti neceſſariā forte denuntiauit, & ideo ſimiliter propheta nō fuit. Sed ſpiritus S. qui os aſinæ aperuit, per iſtum etiam modum iſtam prophetiam prædixit, ꝙ Ieſus erat moriturus quando dixit: *Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, &c.* Dixit tertio ponitur ipſius ſententiæ ab omnibus confirmatio & approbatio, cum dicitur: Ab illo ergo die cogitauerunt

tauerunt interficere eum. Prius quidem ipſum interficere cogitauerunt, ſed modo diffinitiuam ſnīam protulerunt. Iſta autem ſententia fuit iniqua & iniuſta ex animo, ex cauſa, ex ordine. Tūc ſnīa eſt iniuſta ex animo, quando ex ira uel inuida profertur. Tūc eſt iniuſta ex cauſa, quando ſufficiens cauſa nō ſuffragatur. Tūc eſt iniuſta ex ordine, quādo ordo iuris cōmittitur. Sententia igitur quā princi pes & phariſæi ſuper mortē Chriſti protulerunt fuit iniu ſta ex animo: quia: ex inuidia ipſum tradiderunt. Vnde di citur Matth. 27. Sciebat. n ſ. Pilatus ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum. Item Mar. 5. Sciebat. n. ꝙ per inuidiā tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Secundo fuit iniuſta ex cauſa: quia nulla cauſa ſuberat mortis ſuę. Vnde dicitur Luc. 23. Nihil inuenio cauſæ in hoc hoīe. Et infra. Ecce ego co rā uobis interrogās nullā cām inuenio in hoīe iſto ex his in quibus eum accuſatis, ſed neq; Herodes, Vnde dicitur Iob 36. Cauſa tua quaſi impii iudicata eſt: cauſam iudiciumq; recipies. Et illud pōt eſſe uerbum patris ad filium: quia eius cauſa impie iudicata fuit. Ipſe. n. cām & iudicium à deo patre accepit. Ioā. 5. Neq; . n. pater iudicat quē quam: ſed omne iudiciū dedit filio. Tertio fuit iniuſta ex ordine: quia nō fuit ſeruatus debitus ordo iuris: quia ipſum cōdemnauerunt, nec ſponte confeſſum, nec teſtibus conuictum. Vnde dicitur Mar. 14. Multi. n. teſtimoniū fal ſum dicebant aduerſus eum. Et conuenientia teſtimonia nō erant. Quia igitur iſta ſentētia qua iudicatus eſt Chriſtus ſic, fuit iniuſta ex animo, ex cauſa, ex ordine: ergo ipſe iuſtus iudex cōtra eos proferet ſnīam iuſtā cùm dicet Mat. 25. Diſcedite à me maledicti, &c. Illa. n. ſentētia erit iuſta ex animo: quia non ex ira per uitium, ſed ex ira per zelum proferetur. Sap. 5. Accipiet armaturā zelus iſtius, & armabit creaturā ad ultionem inimicorum. Erit iuſta ex cauſa, quia opera miſericordiæ nō habuerunt. Vnde di cet: Eſuriui & nō dediſtis mihi manducare, &c. Erit iuſta ex iuris ordine: quia non proferetur niſi contra ſponte cō feſſos & teſtibus conuictos. Ipſi. n. peccata ſua ſponte cō fitebuntur. Sap. 5. Ergo errauimus à uia ueritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, &c. Conſcientia eorum cōtra

ipſos teſtificabitur. Ad Ro.2.Teſtimonium illic reddente cõſcientia ipſorũ.& inter ſeinuicem cogitationũ accuſantium aut etiam defendentium in die cùm iudicabit dominus occulta hoĩum. Tunc ſubdit: *Ieſus iam non palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.* Hoc fecit nõ pp defectum potentiæ, ſed ut aliis exemplum demonſtraret. In quo nõ apparet eſſe peccatum ſi fideles oculis perſequentium ſe ſubtraherent, & furorem ſceleratorum latitando potius euitarent, quàm ſe oſtendendo magis accenderent. Mat. 10. Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate fugite in aliã, &c. Dicit Orig. ꝙ nullus debet ſe periculis ingerere, tum pp in experientiã propriȩ uirtutis quȩ quandoq; fragilis inuenitur. Tum etiam pp futuri euentus incertitudinem. 1. Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare uideat ne cadat. Tum etiã ne nos ingerentes perſecutoribus occaſionem præſtemus eis, ut magis impii & noxii fiant. 1. ad Cor. 10. Sine offenſione eſtote Iudȩis & gentibus & eccleſiȩ dei, &c. Attamẽ ualde & laudabile & honeſtum eſt imminente iam periculo & agone confitendi Ieſum nequaquam confeſsionem euitare, nec recuſare ſubire mortem gratia ueritatis.

De eodem. *Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, &c. Ioan.* 11. Enarratio II.

VErba propoſita loquebatur ſpiritus ſanctus, ſ. per os Caiphȩ. In quibus uerbis exprimitur utilitas paſsionis & mortis Chriſti. Et nota ꝙ mors Chriſti expediens ſine utilis fuit angelis in cȩlo: quia per Chriſti mortem angelorum ruina reparata eſt. Ephe. 1. Propoſuit deus in diſpenſatione plenitudinis temporũ inſtaurare in Chriſto, i. per Chriſtum quȩ in cœlis ſunt. Glo i. numerum angelorum adimplere. Et hoc tãgit dominus in illa parabola. Luc. 15. Quis ex uobis homo qui habet centũ oues, & ſi perdiderit unã ex eis, nõne dimittit nonaginta nouem in deſerto. & uadit ad illam quæ perierat & quęrit donec inueniat? Cum aũt inuenerit ponit ſuper humeros ſuos, & ueniens domũ cõuocat amicos & uicinos, dicens illis:

Congra-

Congratulamini mihi oēs, quia inueni ouem meam quæ perierat. Homo iſte eſt deus qui pro nobis homo fieri uoluit. qui habuit cētum oues, i. nouem choros angelorum: & ex iſtis ouibus una perdita fuit, i. homo qui peccauit. Ideo dimiſit nonaginta nouem, i. nouem choros angelorum in deſerto, i. in caelo: quod ideo deſertum dicebatur: quia homo in eo nō erat. Et uenit in hunc mundū quærere ouem perditā, i. hominem, quem pluſquam trigintatribus annis quæſiuit cum magno labore, & cum inueniſſet eā poſuit ſuper humēros eius, quando crucem ſuam accepit, & ad locū paſsionis portauit: ubi pro peccatis noſtris mortem ſuſtinuit. Et in die aſcēſionis cum lętitia magna ouem ſuam, i. hoīem in domum ſuam reportauit, i. in coelum. Et tūc ait ad angelos. Congratulamini mihi, inueni ouem meā quę perierat. Et factum eſt tunc gaudium magnum angelis. quia reſtaurata eſt eorum ruina. Secundo expediēs fuit patribus in limbo: quia ꝓ eius mortē de captiuitate inferni ſunt liberati Zach. 9. Tu aūt domine in ſanguine teſtamenti tui, i. per ſanguinē filii eduxiſti uinctos de lacu in quo nō erat aqua, i. gratia. Iſtud figuratū eſt Ioſue 20. ubi dicitur ꝙ poſt mortem ſummi pontificis homicida, qui expulſus erat de terra ſua reuertebatur in terrā ſuam. Ita Adam homicida fuit: quia per peccatum occidit ſeipſum, & totum genus humanum: & expulſus fuit de terra. ſ. uiuentium, in exilium huius mundi. Et poſtea cum poſteritate ſua deſcēdit in limbum, & per nullū poterat eripi inde: & in terram ſuam reuerti niſi per mortem ſummi pontificis. Item officiū pontificis in ueteri lege fuit orare ꝓ peccatis populi. & hoc fecit Chriſtus. Lucę 23. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Et ꝙ fideliter orauit, oſtendit apoſtolus, dicens ad Heb. 5. Cū clamore ualido & lachrymis offerēs exauditus eſt ꝓ ſua reuerentia. Item officiū epiſcopi fuit uictimas pro peccatis populi offerre: & hoc fecit pontifex noſter qui ſe pro peccato noſtro obtulit. Hebr. 9. filius dei ingrediens mundum dicit: Holocauſtomata pro peccato tibi non placuerūt, tūc dixi, ecce uenio. Glo. Omnia holocauſta antiquorum patrum quę obtulit ſummus pōtifex pro peccato pri

mi hominis deo non placuerũt. Tunc filius Dei miſertus noſtri patri ait. Ecce ego uenio ad me ipſum offerendum pro peccato hominis. Per mortem ergo huius ſummi põtificis liberati fuerunt ſancti patres in limbo. Expediens ergo fuit eis Chriſti paſsio. Tertio mors Chriſti expediẽs fuit hominibus in mundo, & hoc in multis. Primo ut chirographum contra hoĩem diabolo datum per ſanguinem Chriſti deleretur. Coloſ. 2. Delẽs quod aduerſum nos erat chirographũ decreti, quod erat aduerſarium nobis. Augu. Eua a Diabolo peccatũ mutauit, chirographum ſcripſit, dedit fideiuſſorẽ: & uſq; ad poſteriorem creuit. Tunc.n. a diabolo peccatum mutauit, quãdo cõtra præceptum dei ſuæ prauæ ſuggeſtioni conſenſit. Chirographum ſcripſit, quãdo manũ ad pomũ porrexit: fideiuſſorẽ dedit, quando Adã peccato cõſentire fecit. Et ſic uſq; ad poſteritatẽ creuit: quia tota poſteritas poteſtati diaboli eſt ſubdita. Et meritò. Nã parẽtes noſtri Adã & Eua fecerunt emptionẽ cũ diabolo, & uẽdiderunt totum genus humanum ꝑ uno pomo quaſi pro nihilo. Quod conqueritur propheta Iſa. 52. c. Gratis uenundati eſtis, & ſine argẽto redimemini. Similiter huiuſmodi emptioni erat ſcriptum chirographũ, & priuilegium æternæ damnationis: & nõ poterat deleri, niſi per ſanguinem Ieſu Chriſti. Vnde miſertus damnationis noſtræ uenit in hunc mundũ delẽs chirographũ, quod aduerſum nos erat: ſicut dicitur ad Coloſ. 2. Gloſ. Peccatũ Adæ, quod diabolus tenebat quaſi cautionẽ decreti mortis æternę, deletũ eſt ſanguine Xp̃i fuſo in cruce. Iſa. 43. Ego ſum, ꝗ deleo iniquitates tuas ꝓꝑ me, & peccatorum tuorum non recordabor. Bern. Agnoſce homo, q̃ grauia ſunt, & fuerunt aĩæ tuæ uulnera, pro quibus neceſſe fuit Xp̃m dominũ mori, & uulnerari. Si hoc nõ fuiſſet ad mortẽ ſempiternã, nunq̃ pro eorum remedio moretur. Sic ergo patet, quomodo per ſanguinẽ Chriſti deletum eſt chirographum. Cum ergo deletum eſt ꝑ ſanguinem Xp̃i, eſt ſcriptum aliud chirographum, ſ. noſtrę redẽptionis. Eſt autem ſcriptum chirographum noſtræ ſaluationis in ouino ꝑgameno, & cum ferreis pennis, & cum rubeo incauſto. Ouina pellis fuit corpus Xp̃i, q̃ ouis uendita fuit pro triginta

ginta denarijs à Iuda traditore,& ad mortē ducta fuit, ut inde ꝑgamenum haberet. De cuius ductu dicitur Iſa. 54. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt:& ſicut agnus coram tōdēte ſe obmutuit,& nō aperuit os ſuum.Io.18. Cohors autem,& tribunus,& miniſtri Iudęorum apphēderunt Ieſum,& ligauerunt eum:& adduxerunt eum ad Annā primùm,i.primò: ubi eſt data ſnīa, & alapa : deinde ductus eſt ligatus ad Caiphā.Vbi ſicut dicitur Luc.22.Velauerūt faciē eius,& ꝑcutiebant eum,dicentes: Prophetiza q̧s eſt qui te ꝑcuſsit,& expuerunt in faciem eius.Deinde ductus eſt ad Pilatum ubi accuſatus eſt in multis criminib.quorum erat innocens.Deinde ductus eſt ad Herodem q ſpreuit eum & induit eum alba ueſte : & illuſit eum tanq̄ fatuum.Deinde iterum ductus eſt ad mortem.Sic patet,qūo ouis illa ducta eſt ad mortem, ut ꝑgamenū deinde fieret. Poſtea ſolet ouis excoriari . Sic Xp̄s excoriatus eſt,quādo Pilatus ueſtibus exui eum fecit, & nudum ad ſtatuam ligari : & ita uirgis & flagellis uerberari, ꝙ à planta pedis uſq; ad uerticem nō erat ī eo ſanitas:ſicut dicit Propheta Iſa.1.c.Et Bern.etiam dicit:Volue,& reuolue pellem corporis Ieſu à planta pedis uſq; ad uerticem capitis, & nihil inuenies niſi dolorem, nihil niſi mœrore. Et ne caput eius remaneret inexcoriatum,īpoſuerunt ſibi ſpineam coronā, quā arundine incuſſerunt capiti eius : in tantum ꝙ ſpinarum aculei benedictum caput eius penetrauerant:ut ſanguis in faciē eius decurreret. Sic patet quomodo ouis iſta eſt excoriata.Poſtea ſolet pellis extendi, q̄tum.ſ.extendi pōt ſuper lignum.Sic iſta benedicta pellis Ieſu Xp̄i, i.corpus eius extenſum fuit ſuper ligno crucis.De quo poteſt exponi illud Pſal.103.Extendens cęlum ſicut pellem. Cœlum,i.corpus cęleſte Ieſu Chriſti.Certè bene ſicut pellem:quia intantum extenſum fuit,ꝙ oīa oſſa eius numerari poterant.Aug.dicit,ꝙ foramina manuum & pedum adeo nimis diſtabant,ita ꝙ affixa una manu alia non poterat attingere foramen . Vnde cum funiculis intantum diſtenderunt, quòd iuncturæ membrorum manifeſte apparuerunt.Hoc eſt quod dicit dominus in Pſal.121.Dinumerauerunt omnia oſſa mea.q.d. Intantum extenderunt

me

me q; omnia oſſa mea numerari poterunt. Sic patet quomodo cutis iſta eſt extenſa.Poſtea ſolet erigi in aerem, & ad ſolē:ut ſic detractis humoribus exiccetur.Sic cutis huius ouis,i caro Chriſti cū cruce erecta fuit in mōte Caluario contra ſolē : & intantum extractis humoribus exiccatus,quod de ſe ipſo dicat in Pſal.101. Omnia oſſa mea ſicut cremiū aruerūt.Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meū.Ideo ex magna ſiccitate potū petebat,dicēs:Sitio.Et non potuit habere guttam aquæ, ſed dabāt ei acetum bibere felle mixtū & myrrhatū,quod cū guſtaſſet,noluit bibere:quia præ amaritudine non potuit. Et cùm homines non compaterentur eius ſiccitati aquam ſibi miniſtrādo, ſol ſibi cōpatiebatur radios ſuos ſubtrahendo.Bernar.Dū ſol cœleſtis moreretur in terris, ſol terrenus horrebat in cœlis.Sic patet quomodo exiccata eſt pellis: ita ut pergamenū fieret, in quo chirographum noſtræ ſaluationis ſcriberetur.Facto autē pergameno ſcriptū eſt chirographum. Sed qūo? certè penna ferrea.Sicut Iob 19.prædixerat, dicēs:Quis mihi det ut exarētur,i.ſcribātur in libro ſtilo ferreo?Ferreus ſtilus fuit lācea,quæ latus eius penetrauit. Et claui ferrei qui manus eius,& pedes trāsfixerunt. Et tam groſſæ fuerunt literæ iſtius ſcripturæ, quod in latere eius manus poni poterat. Vnde bene dicit dominus Thomæ,Ioan.20.oſtēdēs ei uulnera ſua in manib.Infer digitū tuū huc,& uide manus meas,& affer manū tuā,& mitte in latus meū.O q̃ magna erat hęc ſcriptura,quā ideo magnā eſſe uoluit:ne ꝑ obliuionē de cordibus hoīum deleretur. Malac.3.Scriptus eſt liber monimēti,i.litera, uel chirographū æternæ recordationis corā eo timētibus dominū, & cogitātibus nomē eius.Ideo in eccleſijs ante oculos noſtros crux Chriſti depingitur ne obliuiſcamur eius Deute. 28.Erit uita tua quaſi pēdens ante te,ut legas in eo hodie & in omni tēpore.Et quid debemus ī eo legere? certe tria quæ erāt in eo ſcripta.De quibus Ezec.2 Expandit librum corā me,qui erat ſcriptus intus,& extra. Et erāt in eo ſcriptæ lamētationes carmen & Væ. Liber expāſus eſt corpus Chriſti expāſum ī cruce,qui liber ſcriptus erat intus & foris.Quia nō ſolum habuit dolorē exterius in corpore, ſed

etiam

etiam in anima ex cōpaſsione matris dulciſsimæ, quā tur batiſsimā uidit circa crucē ſtātē. Bern. O bone Ieſu, q̃ grauiter fœderis extra, ſed multo grauius fęderis intra ex cō paſsione matris tecū omnia participantis. Et erant in eo ſcriptæ lamētationes quas faciebat in cruce pro peccatis noſtris, & pro redēptione noſtra, quando cū lachrymis & clamore ualido orauit patrē ꝓ nobis. Sicus ſcribitur Heb. 5. Cū clamore ualido, & lachrymis offerens, ſupple preces ad patrem pro nobis, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Lamentabatur ēt propter hoc ꝙ ſua amara paſsio in multis peccatoribus eſſet perdita: qui nollent eā ſibi facere utile & fructuoſam. Bern. Fleuit Chriſtus in cruce, eo ꝙ paſsio ſua ſufficeret ad redemptionem cunctorum: cum tamen profuit ad ſalutem paucorum. Secundo erat in eo ſcriptū carmen. i. canticum lætitiæ oīum eorum, qui per eius paſſionem ſalui facti ſunt. Luc. 10. Gaudete, & exultate: quoniā noīa ueſtra ſcripta ſunt in libro uitæ. Item gaudium oīum peccatorum erat ſcriptum in eo, quod ſumi pōt ex hoc ꝙ pro crucifixoribus exorauit, & ꝙ latronem ſero pœnitentem ſine pœna ſecum ad paradiſum introduxit Hoc poteſt eſſe magnum ſolatium oībus peccatoribus hic pœnitentiā agentibus. Bern. O bone Ieſu non abhorruiſti latronem, non lachrymātem peccatricem, non diſcipulum negātem, nec ipſos crucifixores ſuos ſpreuiſti. Tertio erat ſcriptum in eo Væ æternæ dānationis omnibus illis, qui propter peccata ſua de libro iſto delebuntur, qui, ſ. ſanguine Chriſti ſunt redempti, & iterum diabolo peccando ſe ſubdiderunt. De quibus dicitur Pſal. 8. Deleantur de libro uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Et de talibus dicitur Apo. 20. ꝙ Ioānes uidit dominum ſedentem in throno, & iudicantem magnos, & puſillos, & apertus eſt liber uitæ: & qui non eſt inuentus in libro uitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. Hoc erit in die iudicij, quando mali mittentur profundū inferni: tunc erit eis æternaliter Væ. Vnde dicit anima damnata illud Hier. 15. Væ mihi mater mea, quare me genuiſti, &c. Et Hierem. 45. Væ mihi miſero: quia addidit dominus dolorem dolori meo: laboraui ī gemitu meo, & requiē nō inueni. Hoc merito dicent peccatores:

catores: q̄a hi ĩ peccatis laborãt & dolorē cõſciẽtię in iſta uita habẽt, & poſt hanc uitã dolorem habebunt ęternum.

Sabbatho, *Subleuatis oculis in cœlum dixit, &c. Ioan.17.* Enarratio I.

VIdemus quando aliquis receſſurus eſt ab amicis ſuis quos ueraciter dilexit, ſi conſiderat eos aliquibus re bus indigere, ſine dilatione dat eis quas abſque ſuo incõmodo dare põt. Et nõ petit ab alio uel ab aliis quod ſuis amicis neceſſariũ fore cõſpicit. Et cõfortat eos cõſo lãdo ſi uiderit eis aliquid aduerſitatis obuiare: quia iacu lã quę pręuidẽtur minus lędunt. Sic Chriſtus Ieſus receſſurus per paſsionẽ ſuã de hoc mundo, & relinquens poſt ſe amicos uidelicet dilectos diſcipulos ſuos, ſciuit eos indigere multis. Ideo donauit eis corpus ſuũ in cibũ & ſanguinẽ in potũ. Itẽ docuit eos dilectionẽ & humilitatẽ habere adinuicẽ, & confortauit eos exẽplo, exhortatione & oratione. Vnde orauit pro ſeipſo ꝓ diſcipulis. & pro omnibus fidelibus, ſicut patet in hodierno euãgelio. Vbi tria tãgi uidentur. Primũ eſt Chriſti pro ſe ipſo oratio, qđ poſtulatio probat clarificandi, ibi: *Subleuatis oculis in cœlũ dixit: Pater uenit hora clarifica filiũ tuũ: ut filius tuus clarificet te.* Chriſtus.n. orauit nõ tantũ ad aliquid impetrandum, ſed ẽt ad dandum orandi nobis exẽplum. Ideo ſua oratio deſcribitur hic optimis circunſtantiis diſpoſita. Primo. ſ. ꝙ uerbum prędicationis initietur orationis ſuffragio: ergo terminari debet ad orationẽ ſicut incipitur ab oratione. Ad Coloſ.4. Orantes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtium ſermonis. Eccleſ.43. Conſummatio ſermonum ipſe eſt, Conſummatio hæc innuitur hic: quia cũ locutus fuiſſet poſt hoc orauit. Secundo, ſicut nos oculos in oratione ad cœlum ſubleuamus, ſubleuauit & ipſe oculos. Pſ.122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Diſpoſitio.n. cordis maximè relucet in oculis. In oratione aũt mens debet leuari ad deum ſecundum Damaſcenum. Oratio eſt eleuatio mẽtis in deũ. Ad qđ ſignificã dum eleuantur oculi. Et cum hoc ſunt operationes in deũ referen-

referēdæ. Thren.3 Leuemus corda noſtra cū manibus ad dominum in cœlos. Per manus.n.deſignantur operationes. Tertio ut ex filiali dilectione &. affectu oretur: ideo ait pater Hier.3. Patrē uocabis me. Quarto ut in tpe tribulationis per orationē homo recurrat ad deū, ſicut dominus noſter hic ait: Venit hora.ſ.paſsionis,&c. Pſal 119. Ad dominum cum tribularer clamaui. Et 2. Paralip. 20. Cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui ut oculos noſtros dirigamus ad te. Quinto ut oretur pro utili, ſicut dominus qui dixit clarifica filiū tuum, ſcilicet per miracula in paſsione, oſtendendo ꝙ ſim filius tuus. Vnde Centurio uiſis miraculis multis ait: Verè filius dei erat iſte. Item in reſurrectione incepit habere gloriā corporis cum anima. A principio.n.ſuæ conceptionis ex dei coniunctione & uiſione habuit gloriæ claritatem. Ioan.1. Vidimus gloriam eius,&c. Fructus huius clarificationis eſt ut filius econuerſo clarificet patrem in notitia hominum. Vnde gloria eſt clara notitia cum laude. Notitia autē patris erat clara apud Iudæos. Pſ.85. Notus in iudæa deus. Sed poſtea notus factus eſt per filium toti mundo, ut boni uiri per bona opera notitiā dei clarificarent. Matth.5. Sic luceat lux ueſtra corā hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrē ueſtrum qui in cœlis eſt. *Sicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis: ut omne quod dediſti ei det eis uitā æternā.* Vbi ponitur petitionis fructus. Pro quo ſciendum qnod agentis cuiuslibet quod agit ab aliquo intentio eſt reducere ſuum effectum in cauſæ manifeſtationē. Nam ex actione principii quod eſt de principio manifeſtatur ipſum principium: ſic filius quicquid habet à patre habet: ideo oportet quod per ea patrem manifeſtet. Et ergo ſicut dediſti filio poteſtatem ſuper oēm carnem, i. ſuper omnes hoīes, neceſſarium eſt ut per hanc ducas eos ad tui cognitionem quæ eſt uita æterna. Dediſti inquit ſcd̄m Hylarium, dando ei per æternā generationem naturam diuinam per quam habet poteſtatem omnia continendi. Matt.11. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo,&c. Vel dediſti ei Chriſto homini propter conſortium perſonale ad filium tuum: ut ſic caro haberet pote-

ſtatem ſuper carnem. Matt. ult. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Daniel. 7. Dedit ei poteſtatem, & honorē, & regnum, & omnes populi tribus: & linguæ ipſi ſeruient. Ad hoc inquit, dediſti, ut ſicut tu habes poteſtatem nō ut ab homine aliquid accipias, ſed ut te ipſum eis cōferas. Ita & Chriſto homini: ut omne quod dediſti ei per æternam prædeſtinationem det eis uitam æternam. Ioā. 10. Oues meę uocem meam audiunt: & ego uitam æternā do eis, &c. Etiam hæc uita æterna pertinet ad gloriam patris. Ideo ſubdit: *Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum.* Poſſet.n. aliquis credere, quod iſta uita ęterna per eum fidelibus danda cōſiſteret in carnalibus bonis. Et ſicut dicunt Saraceni, qui expectant in alia uita, in uoluptatibus carnalibus, & diuitis & cōſimilibus pręmiari, ſecūdum quod dicuntur Machumeti. Quæ tamen uita ſecundum Philoſo. dicitur uita pecudum, primo Ethicorum: Propter quod ipſe Auicenna hæc conſiderans dixit, quod propheta quem uocabant Machumetum, promittit eis fœlicitatem in præmium, quem multi ſapientes non attenderunt. Similiter Iudæi reſurrectionem futurā expectantes ad uitam carnalem. Et ideo fœlicitatem uitæ futuræ credunt conſiſtere in bonorum temporalium plenitudine, & honore, & bonorum pacis tranquillitate. Hoc autem remouet Saluator, dicens: *Hæc eſt uita æterna, etc.* Vita.n. æterna conſiſtit eſſentialiter in conſpectu claro ipſius diuinitatis. Attamen habet coniunctam fruitionem, quę eſt completiua felicitatis. Ex cōſequenti uero conſiſtit in conſpectu humanitatis Chriſti, quę eſt inſtumentum nos inducens ad beatitudinem principalem. Beatitudo.n. hominis nō cōſiſtit in coniunctione ad aliquod bonum temporale, uel corporale: ut dicunt rudes Saraceni, ſed conſiſtit in cognitione ipſius primi & ſummi boni per apertā uiſionem, & fruitionem. Pro quo ulterius ſciēdum quod uiuere propriè dicimus illa, quæ ſeipſa mouent ad operandum. Quæcunq; autem nō niſi ab alijs mouentur: non dicantur uiuentia, ſed mortua. Et ideo omnes operationes ad quas operās mouet ſe, dicuntur opera uitę: ſicut uelle, intelligere, ſentire, moueri, augeri. Dicitur autem aliquid

duplici-

dupliciter uiuere. Aut quia habet opera uitæ in potētia. & ſic dormiens dicitur uiuere: quia habet poteſtatē mo uendi ſe, licet actu nō moueatur. Aut qui iā exercet ope ra uitæ in actu, & tunc perfecte dicitur aliquid uiuere: unde ſomnus dicitur uitæ dimidiū. Inter opera aūt uitæ ulterius eſt opus intelligere. Et ideo operatio intellectus maxime eſt uita. Sicut autē idem eſt ſenſus in actu & ſen ſibile in tactu: ita intelligēs, & res intellecta in actu. Cū ergo intelligentia ſit uita, & intelligere ſit uiuere, ſequi- tur ꝙ intelligere per eſſentiam æternam ſit uita æterna. Deus aūt ſic eſt æternus. Intelligere ergo, & uiuere æter naliter eſt uita æterna. Et ideo dominus dicit ꝙ in uiſio ne cōſiſtit uita æterna, ſ. principaliter ſecundū totā ſuā ſubſtantiam. Amor autem eſt mouens ad hanc, & quodā- modo eſt eius complemētum. Nam ex dilectioue quę eſt ex diuina fruitione, quam facit charitas: eſt complemen tū & decor beatitudinis. Sed eius ſcientia in uiſione cō- ſiſtit æterna. 1. Ioan. 3. Videbimus eum ſicuti eſt. Eſt cōſi derandum ulterius ꝙ cum dicitur: *Hæc eſt uita æterna ut cognoſcant te ſolum, &c.* per hoc nō dicitur ꝙ ſolus pater ſit deus, & filius ſit creatura: ut dicebat Arrius: quia hæc dictio excluſiua ſolum non determinat ly te: ut ſenſus quòd ſolus pater ſit deus, & filius ſit creatura: ſed deter- minat ly deū. Et eſt ſenſus: ꝙ illa eſt ſola diuinitas uera, q̄ eſt in patre, & ſic nō excluditur filius a diuinitate, ſed magis includitur ſic, quòd una ſit diuinitas in utroque. Sed excluditur uera diuinitas ab aliis dijs q a gentilibus colebantur: ſicut a Ioue, Saturno, & alijs. Subdit: *Ego cla rificaui te ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi ut faciā, & nunc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quam habui antequam mundus fieret apud te.* Hic ponitur ra- tio, quare ſua oratio debeat exaudiri: qa uidelicet ueritā- tē fidei docuit inter hoīes. Ideo ait: *Ego clarificaui te ſuper terram,* ſ. te in fide, & in innocētia hominibus manifeſtā- do. Iſaiæ 24. In doctrinis clarifica te dominū. Itē quia ꝑ- fectè obediuit patri carnem aſſumendo, uel mortē patiē do, ideo ait: Opus cōſumaui, & non conſumabo: quia iam factum prædeſtinatione, & pro iam facto eſt haben-

dum quòd certiſsimè eſt futurum. Et dicit notāter, quod dediſti, & non miſiſti: quia nō ſufficit deo & nobis, ꝙ aliquid mandetur, niſi iubeamur diuinitùs: quia quicquid fecit ſecundum quod homo, accepit à deo patre: & ſic nos nihil boni facere poſſumus niſi ex dono dei. Sapien. 8. Nō poſſum eſſe cōtinens, niſi deus dederit mihi. Et quia Chriſtus ſic clarificauit docendo, & cōſumàuit moriēdo: ideo poſtulauit præmiū, di. *Et nunc clarifica*, i. clarū fac me cōſedere ad dexterā tuā: claritate quā habui priuſquā mundus fieret apud te, i. in tua prædeſtinatione. Marc. ult. Dominus quidē Ieſus poſtquā locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei. Vel aliter: *Nunc clarifica*, i. illius gloriæ, quā habeo æternaliter tecum ſecundum diuinitatem fac participem naturam mortalem, quā aſſumpſi propter humanam ſalutē. Conſequenter pro ſecundo principali tāgitur pro diſcipulorum collegio deprecatio, quod optatio probat conſeruandi, cùm dicit: *Manifeſtaui nomē tuū hominibus, quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti.* Vbi uolens ſaluator orare pro diſcipulis ponit rationes quare ſit pro eis orādum, di. *Manifeſtaui*, q. d. ſecundum Augu. ut filius tuus clarificet te. Quæ quidem clarificatio iam in tēpore impleta eſt, *quia manifeſtaui nomen tuum, &c.* Vel ſecundum Chryſoſt. dico, ꝙ conſumaui opus quod dediſti mihi, ut facerem. Quale autē opus ſit reſpondet cùm dicit: *Manifeſtaui nomen tuum, &c.* quod eſt proprium opus filij dei, qui eſt uerbum, cui eſt proprium manifeſtare. Mat. 11. Neque patrem quis nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et ſciendum quòd deus pater tripliciter conſideratur. Primo inquantum creator, & ſic notus erat gentibus Ro. 1. Inuiſibilia dei ipſius à creatura mūdi per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Secundo inquantum ei ſoli debetur cultus latriæ. Sic non erat notus gentibus, qui etiam alijs dijs cultū latriæ exhibebant. Tertio inquantum eſt pater unigeniti filij: ſic erat ignotus Iudæis, & aliis, ſed innotuit per filiū, quādo apoſtoli crediderunt eum eſſe filium dei. Secūda ratio ex parte Chriſti ſumitur: quia erat magiſter diſcipulorū, & ipſi eius diſcipuli. Bonus autem magiſter debet zelare ꝓ ſuis

diſcipulis

diſcipulis,& eos dirigere: & quantum ad hoc dicit: Hominibus quos dediſti mihi,ſ.homini ad obediendum: quia apoſtoli fuerunt ſpiritualiter coniuncti ipſi Chriſto.Io.6. Nemo poteſt uenire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum.Et hoc eſt ex dono,& gratia dei, quod quis uenit ad Chriſtum.Ephe.2.Gratia dei ſaluati eſtis per fidem, & hoc nõ ex uobis: dei.n.donum eſt,non ex operibus,ut ne quis glorietur.Dediſti,inquit,de mũdo,i.amãdo electos. Io.15.quia de mundo non eſtis, ſed elegi uos de mundo, ſ.ad obediendum Deo. Boni autem datoris eſt, quia tui erant ſecundum diuinitatem: ut prædeſtinati ab æterno per gratiam ad futuram gloriam peruenirent. Epheſ. 1. Elegit nos ante mundi cõſtitutionem,&c. *Et mihi eos dediſti*,quaſi diceret: Quod antea de eis mecum præordinaſti,hoc opere faciendi impleſti,ut mihi adhærerent. *Et ſermonẽ meũ ſeruauerunt*,quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt: quia uerba q̃ dediſti mihi dedi eis. Vbi ponitur tertia ratio, quæ eſt deuotio diſcipulorum ad patrem, quia ſermonem meum ſeruauerunt in corde per fidem,in opere per impletionem.Prou.7.Serua mandata mea,ut uiuas, Io.15.Si ſeruaueritis mandata mea,manebitis in dilectione mea.Sicut & ego patris mei præcepta ſeruaui. Sed hoc quod hic ſeruauerunt, uidelicet ſermonem tuum, redundat ad gloriam tuam pater. Nam hic ſermo meus, & ꝙ omnia quæcumque habeo à te habeo, & ipſi *nunc cognouerunt,quia oĩa quæ dediſti mihi*, ſ.homini filio, *abs te ſunt*. Io.1.Vidimus gloriam eius quaſi unigeniti à patre plenũ gratia,& ueritate. Vidimus eum quaſi omnia à patre habentem. Et per hoc cognouerunt, quia acceperunt, & clarificatur in mẽte ipſorũ.Ratio autẽ huius clarificationis,quòd ſ. obedientia diſcipulorum redundat ad gloriã patris, ponitur cùm addebatur: *Verba quæ dediſti mihi*, i. plenam cognitionem ueritatis quam habuit anima mea ab inſtanti conceptionis.Ioã.1.Plenum gratia & ueritate, id eſt cognitione. Dedi eis interius & exterius docendo. Ioanis 6. Omnia quæcumque audiui à patre meo loquor in mundo. *Et ipſi acceperunt, & cognouerunt uere, quia a te exiui. Et crediderunt, quia tu me miſiſti*. Accepe-

runt inquam doctrinam meā non exiſtentes rebelles mihi. Iſa.50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem nō cōtradico, retrorſum non abij. Et accipiētes cognouerūt quia a te exiui, hoc.n. cognouerunt per doctrinā Chriſti & per eius miracula. Cognouerunt aūt non cognitione patriæ, de qua 1.Cor.14. Tunc autē faciē. Sed cognitione uitæ, & imperfectè, de qua ibidē: Videmus nūc ꝑ ſpeculū in ænigmate. Ideo addidit: *Et crediderūt*, ſ. firmè & ſtabiliter. Quia tu me miſiſti. Gal.4. Miſit deus filiū ſuū factum ex muliere, factū ſub lege, &c. Et ſecundū Augu. idē eſt, a te exiui, & tu me miſiſti. Sed ſecundū Hylariū aliud eſt, quia ſcd̄m eum exire ꝑtinet ad æternā generationem: mittere uero ad incarnationem. Sed dicendum, ſi loquimur ſcd̄m diuinitatē, ſic aliud eſt exire, & aliud mitti: Si uero ſcd̄m humanitatem, ſic idem eſt ſecūdum Aug. *Ego pro eis rogo, nō pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt, et omnia mea tua ſunt, & tua mea sūt. Et clarificatus ſum in his*. Vbi ponitur quarta ratio ex parte cuſtodiæ Chriſti, cui erant apoſtoli ſpecialiter cōmiſſi, ideo ait: *Ego pro eis rogo, nō pro mūdo, i. pro mūdi.* dilectoribus. *Sed pro his, quos dediſti mihi*, ut diſcipulos & obediētes ſpecialiter, q̄uis oīa ſunt in mea poteſtate. Pſal.2. Poſtula a me, & dabo tibi gentes, &c. Sed diceres, quare non pro oībus rogat, cū dicitur. 1.Ioā.2. Aduocatū habemus apud patrem Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Et nō pro noſtris tātū, ſed etiā pro totius mundi. Et 1.Timo.2. Qui uult oēs hoīes ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Dicendū ꝙ q̄tū eſt de ſe iſta oratio efficax eſt ut ualeat toti mundo, ſed tamen nō in oībus ſortitur effectū, niſi in ſanctis, & electis, & hoc ꝑꝑ impedimentum mundanorū. Tui ſunt ꝑ æternā p̄deſtinationem: ſed nō erāt ita ſui ut filius eos nō haberet: nec ita dantur filio, ut auferantur patri. Ideo ait. *Et oīa mea tua ſunt*, quia ꝑꝑ inſeparabilitatem unionis, humanitatis, & deitatis in Xp̄o fit idearum cōicatio, attribuendo ea q̄ ſunt hoīs ipſi deo, & ecōuerſo. Sicut.n. demōſtrato Chriſto hæc eſt ꝓpoſitio uera: Iſte homo creauit ſtellas, ita hęc eſt uera: Deus mortuus eſt. Sed notādū

ꝙ pater

ꝙ pater primo q̃dã habet, q̃ pertinent ad eſſentiã ſuam, ſicut eſt ſapientia bonitatis, & hm̃oi, nihil aliud ſunt, q̃ ſua eſſentia, & hæc ꝓteſtatur filius ſe habere. Io. 16. ubi loquens de ꝓceſsione ſpiritus ſancti dicit: De meo accipiet, & annũciabit uobis. Et hic: Quęcunq; habet pater. mea ſunt. Vt dicit *omnia*, q̃ licet unũ ſint, referuntur tamen multa rõne. Scd̃o habet q̃dã q̃ pertinent ad poſſeſſionem ſanctitatis, q̃ ſunt cõſecrata ꝑ fidem, ſicut omnes ſcti, & electi, de q̃bus ſupra dicit:, *Tui erãt, & mihi eos dediſti*. Et etiam iſta ꝓteſtatur ſe filius habere: cùm dicit de eis loquens. *Et tua mea ſunt*. Tertio habet q̃dam pater per modum poſſeſsionis, ſicut omnes res creatas. Pſ. 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuerſi qui habitant ĩ eo. Et hæc oĩa ſunt filii. Vnde in parabola de filio ꝓdigo. Luc. 15. dicit pater filio ſeniori: Oĩa mea tua ſunt. Dicit etiã notanter: *clarificatus ſum in eis*, quia apoſtoli eius gloriam partim cognoſcebant, & ĩ ꝓpinquo plus cogrituri erant. 2. Pet. 1. Nõ indoctas fabulas ſecuti notã fecimus uobis domini noſtri Ieſu Chriſti uirtutem, & p̃ſentiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. *Et iã nõ ſum ĩ mũdo, & hi in mũdo ſunt: & ego ad te uenio*. Vbi ponitur quinta rõ q̃ ſumitur ex neceſsitate ĩminente apoſtolis, quia Chriſtus receſſurus erat ab eis, cuius p̃ſentia corporali erant cõfortati, & ideo tunc indigebant de eo patri ſpecialiter cõmendari, & ideo dicit: Iã nõ ſum ĩ mundo, i. in propinquo receſſurus ſum ab eis, uel non ſum ĩ mundo adhęrendo ꝑ affectum. Sed ĩ mundo ſunt, ſ. remanentes ĩ tribulationibus mundanis. Et ego ad te uenio, ſcd̃m ꝙ hõ ad dexteram tuam. Et ideo iuſtũ eſt, ut pro eis orem, a quib. corporaliter receſſurus ſum. *Pater ſancte ſerua eos in noĩe tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unũ ſicut & nos unũ ſumus*. Pręmiſsis rationibus quib. debet ꝓ eis rogare, iam conſequenter petit ꝓ eis. Primò conſeruationem a malo dicens: Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, i. in fide ac confeſsione, ueritate ac uirtute nominis tui, ab oĩ malo. Pſ. 126. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ. &c. Quia bonũ noſtrum nõ eſt ſolum in hoc ꝙ hẽmus eſſe à deo, ſed oportet ut cõſeruemur ab ipſo: q̃a

ut dicit Gregor. Omnia in nihilũ redigerẽt, niſi ea manus oĩpotentis contineret. Heb. 1. Portans omnia uerbo uirtutĩs ſuæ, *& conſerua eos ſic ut ſint unum ſicut & nos*, quia quęlibet res conſeruatur in eſſe quamdiu eſt una, ſed deſinit eſſe per diuiſionem. Mat. 12. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Vel conſerua eos ad hoc ut ſint unum. Nã in unitate ſpiritus conſiſtit noſtra tota perfectio. Eph. 4. Sol liciti eſtote ſeruare unitatẽ ſpiritus in uinculo pacis. Pſ. 132. Ecce quã bonum & q̃ iucundum habitare fratres in unum. Addit autem: *Sicut et nos unum ſumus*. Sed cõtra. Ipſi unũ ſunt ꝑ eſſentiã, ergo & nos, qđ eſt falſum, igitur &c. Dicendum quòd duplex eſt unitas in diuinis ꝑſonis, ſ. unitas naturæ. Io. x. Ego & pater unũ ſumus. Et unitas amorĩs in patre, & filio, quæ eſt unitas ſpiritus, & utraque eſt ĩ nobis non æqualis per æquiparentiam, ſed per ſimilitudinem, & imitationem longinquam. Pater. n. & filius ſunt eiuſdẽ naturæ numero. Nos aũt ſumus unũ ĩ natura ſcđm ſpeciem. Itẽ ipſi ſunt unum per amorẽ non participatũ ex dono alicuius: ſed ex eis procedentem. Nã pater & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto, nos autem per amorem participatum ex aliquo ſuperiori. Subdit: *Cum eſſem cum eis ſeruabam eos in nomine tuo, quos dediſti mihi cuſtodiui: & nullus ex eis periit, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleretur. Nunc autem ad te uenio*, ubi ponitur neceſsitas conſeruationis diuinæ: quia cũ eſſet cum eis pręſentia corporali, de qua Baruch. 4. Poſt hęc in terris uiſus eſt: & cum hominibus conuerſatus eſt, *ſeruabam eis*, i. cuſtodiebam a malo, & peccato nõ uirtute humana, ſed diuina, ideo dico, in nomine tuo. Bene ergo cùm negaſſet ſe dominus dæmonium habere, non negauit ſe cuſtodem ſiue Samaritanum eſſe, ut dicit Io. 8. quia ipſe cuſtos eſt. Eſa. 21. Cuſtos qui de nocte, &c. Debitum aũt cõſeruationis eſt, quia dedit ſibi ipſos. Vnde ait: *Quos dediſti mihi*. Quiuis. n. tenetur cuſtodire ſibi deputatos. 3. Reg. 20. Cuſtodi uirũ iſtũ: qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Et Abac. 2. Super cuſtodiã meã ſtabo, & figã gradũ ſuꝑ munitionẽ. Sic ſtare debet prælatus ſuper ſibi cõmiſſo grege. Luc. 2. Paſtores erãt in regione eadẽ uigilãtes, & cuſtodiẽtes uigilias noctis ſuper gregem

gem ſuũ. Cuſtodia aũt Chriſti tã efficax fuit, quòd nemo ex eis perijt, niſi filius ꝑditionis, ſ. Iudas, qui ad perpetuã perditionẽ erat prædeſtinatus, & a patre præordinatus. Sic.n. aliqui deputati ad mortẽ dicũtur filij mortis. j. Reg. 26. Viuit dominus: filij mortis eſtis uos. Et Mat. 23. Væ uobis ſcribæ, & phariſęi hypocritę, qui circuitis mare, & aridã, ut faciatis unũ proſelitũ: & cùm fuerit factus, facitis eũ filium mortis duplo q̃ uos. Vt ſcriptura (quã ſ. ꝑdixit Dauid in Pſ. 10. Deus laudẽ meã ne tacueris, ſ. ꝙ eſſet ꝑditurus me:) impleatur. Et tenetur ly, ut conſecutiuè, & nõ cauſatiuè. Sed iterum ait: *Nunc ad te uenio per mortem meam.* Ioan. 16. Iterum relinquo mundum, & uado ad patrẽ. Et hæc loquor in mundo, ut habeãt gaudium meũ impletum ĩ ſemetipſis. Vbi ſciẽdum, cũ ſupra dixit: Nunc ad te uenio, poſſet aliquis ſuſpicari quòd non poſſet eos ſeruare ab eis recedẽs: uel quòd pater eos ante nõ ſeruaſſet. Vnde dicitur. Ego ſeruabã eos ĩ noĩe tuo. Ideo rõnẽ dictorum aſsignat hic dicens: *Hæc loquor in mundo,* q.d. locutus ſum ſicut homo orans: ſed hæc loquor ꝑꝑ cõſolationem diſcipulorum exiſtimantium me eſſe hoĩem purum, ut ſaltem conſolentur in hoc quòd eos tibi patri quẽ maiorem credunt, recõmendo gaudentes ſe eſſe in protectione patris, ſcd̃m Chryſo. Vel aliter ſcd̃m Aug. ut referantur hęc uerba ad hoc quod ſupra dixit, ut ſint unum ſicut & nos. Et ſic ponitur ut fructus unitatis; q.d. *Hæc loquor in mundo,* ſ. ut ſint unum: *ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.* Quod quidem conſequitur ad unitatem ſpiritus per quam peruenerunt ad gaudium uitæ æternæ, quod eſt plenũ. Illud aũt gaudiũ ad unitatẽ ſequitur: quia unitas & pax faciunt perfectè gaudere. Prou. 12. Qui ineunt pacis cõſilia ſequitur eos gaudium. Et ſubdit: *Ego dedi eis ſermonẽ tuũ: & mũdus eos odio habuit, quia nõ ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo.* Vbi ponit aliã rationẽ, quare apoſtoli indigebant à deo ſpecialiter conſeruari: quia erant iudæis odioſi ꝑꝑ doctrinam Chriſti. Et hoc allegat ſaluator dicens: *Ego dedi eis ſermonem tuum cuſtodiendũ; & prædicandũ.* Quod quidem eſt donum maximum, & beneficium. Prouerb. 4. Donum bonum tribuam uobis: legem

meam ne derelinquaris. Sed ex hoc mundus eos odio habuit. Luc. 6. Beati eritis cũ uos oderint hoĩes, etc. 1. Io. 3. Nolite mirari ſi odit uos mundus. Cauſam huius addit: quia non ſunt de mundo, quia ſpiritus facit hominem de mundo recedere, non. ſ. adhærendo ei per affectũ, licet ſit in eo corporaliter. Sermo. n. dei hominem deo coniungit; cui nullus coniungi poteſt niſi à mundo recedat. Qui. n. diligit mundũ nõ eſt perfecta charitas dei in eo, qa ſicut omne ſimile diligit ſibi ſimile, ita odit diſsimile. Sap. 2. Grauis eſt nobis ad uidendum, qm̃ diſsimilis eſt aliis uita illius, et immutatę ſunt uię eius. Exemplũ addidit cùm dicebat: Sicut et ego nõ ſum de mundo, hoc uerũ eſt quantum ad affectũ et originẽ, qa iſti habuerũt originẽ de mũdo. Chriſtus aut non, quia de ſpiritu ſancto conceptus eſt. Mat. 1. *Non rogo, ut tollas eos de mundo*, per corporalẽ præſentiam ꝑꝑ utilitatem fidelium qui per eos crediturí erunt. Mar. ult Euntes in mundũ uniuerſum prædicate euangeliũ omni creaturæ. *Peto aũt ut cõſeruentur a malo*, ſ. mundi. Graue n. eſt ut homo inter malos immunis a peccato exiſtat, cũ totus mundus in maligno poſitus ſit. Iſa. 43. Cum trãſieris per aquas tecũ ero, flumina nõ operient te. Cùm ambulaueris in igne flamma non ardebit in te. Ratio aũt huius petitionis additur, de mũdo nõ ſunt. Sed diceres, cũ hoc ſupra dictũ eſt quare hic repetit, uidetur ꝙ ſit inutilis repetitio. Dicendum quod ſtatim ſupra eadem uerba dixit, ad oſtendendũ cãm quare habeantur odio in mundo. hic uerò dicuntur ad aſsignandum rõnem quare debeant ſeruari à malo à deo. Ex quo datur intelligi ꝙ idem eſt propter quod odiuntur à mundo et diliguntur a deo, ſ. cõtemptus mundi, Iacob 2. Nonne elegit deus pauperes in hoc mundo, diuites in fide et hæredes regni, etc.

De eodem, *Sermonem meum ſeruauerunt.* *Ioan.* 17.
Enarratio II.

IN iſtis uerbis cõmendat ipſa ueritas, ſ. filius dei diſcipulos ſuos de hoc quòd ſermonem ſuum ſeruauerint. Horum autem diſcipulorum imitatores eſſe debemus,

ut domini ſermonem & ea quæ nobis expediunt diligenter ſeruemus. Et ad præſens inter alia quatuor ſunt ſeruãda. Seruare nanq; debemus aĩam a peccati ſorde: deum cùm ad nos uenerit: mandatum dominicum & pacẽ. Primo nanq; ſeruanda eſt aĩa à peccati ſorde. Nota ſi aliquis uinum habet in dolio diligenter cuſtodit ipſum ne corrũpatur. Multò fortius & diligentius cuſtodienda eſt aĩa ne ꝑ peccatum inficiatur. Pro. 4. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: quia ab ipſo procedit uita tua. Deut. 4. Cuſtodi temetipſum et aĩam tuam ſollicitè. Sic mundam ſeruauerat aĩam ſuam illa quæ dicebat Thob. 3. Tu ſcis domine quia mundam ſeruaui aĩam meam ab omni concupiſcentia. Quod aũt quilibet homo aĩam ſuam cuſtodire debeat beatus Bern. oſtendit dicens: Si tempore paſsionis Chriſti in uaſe uitreo haberem de ſanguine Chriſti parum: diligenter cuſtodire ne uas frangeretur & ne ſanguinẽ amitterem. Fortius debet quilibet aĩam ſuam propriam cuſtodire pretioſo ſanguine Chriſti redemptam in fragili corpore poſitam. Secundo debemus diligenter ſeruare deum in corde: ſicut homo hoſpitem magnum quem hoſpitio ſuo ſuſcepit diligenter ſeruat et honorificè cuſtodit, quia magnus hoſpes non recipitur niſi in magno commodo, ſic quilibet Chriſtum in paſcha ſuſcipiens diligenter ſeruare debet. Prou. 27. Qui ſeruat ficum comedet fructum eius, et qui cuſtos eſt domini ſui glorificabitur. Propter quod dicit Bern. Nobilem hoſpitem habes ò caro, nobilis eſt ualde, tota. n. ſalus tua in eius ſalute eſt. Da igitur honorem hoſpiti tuo tanto, quia ſi quid honoris eſt in te, hoſpitis beneficio tibi eueniſſe cognoſcas, diſceſſus enim eius probat quid præſentia eius conferat. Tertio diligenter ſeruare debemus mandatum dominicum. Nam dicitur Io. 14. Qui habet mandata mea et ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Et Mat. 19. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata dei, et 1. Ioan. 3. Qui ſeruat mandata eius in illo manet et ipſe in eo. Deinde Eccl. 25. Si uolueris mandata ſeruare conſeruabunt te. Hiero. Aeternam uitam nõ niſi per diuinorum præceptorum cuſtodiã promereri poſſumus, quia qui uitam non habuerit regni cœleſtis non põt eſſe

ſuſce-

ſuſceptor uitæ, in quo non mortui, ſed uiui requieſcunt.
Itē non pōt a domino mereri quod petit, qui nō uult au-
dire quod iuſsit. Quarto debemus ſeruare pacem, de quá
Apoſt. ad Ephe. 4. Solliciti ſitis ſeruare unitatē ſpiritus in
uinculo pacis. Glo. ſolliciti, i. ſtudioſi, cauti, & attenti ſer-
uare. Hæc pax eſt, ſi bona noſtra inuicē diligamus: ſi pec-
cata quæ ſine dāno tritici, aut cū ſpe ſalutis corrigendo-
rum eradicari non poſſunt uſq; ad meſſem ultimā tolera-
mus. Diligenter aūt mādata huius pacis ſeruanda ſunt.
Sed qualiter ſeruari debeant. Iſid. oſtēdit, dicens: Pax cum
bonis ſemper eſt habēda, & bellum cum uitijs. Mala ſiqui
dē impiorum odienda ſunt. Itē nota alia quatuor, quæ di
ligēter ſeruare debemus, uidelicet patiētiā in aduerſis ne
frangamur: timorē domini in proſperis, ne extollamur:
uerbū dei ut inflāmemur & illuminemur: fidem catholi-
cam ut coronemur. Primo ergo ſeruāda eſt patiētia in ad
uerſis ne frāgamur. Apoc. 3. Quoniā ſeruaſti uerbū patiē
tiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis. Ideo dicit
Aug. Qui fuerit patiētior ad iniuriā tolerandā, p̄ſtantior
cōſtituetur in regno dei: ſed qui perdit patientiam, perdet
coronā. Secundo ſeruare debemus domini timorem, ne in
proſperis eleuemur. Eccl. 2. Serua timorē illius, & in illo
ueteraſce. Sed quid timor domini in anima operetur. Ber.
declarat, di. Timore aīa cōcutitur, cōſciētia diſcutitur, ſol
licitudo incutitur, amor dei cuſtoditur. Qui habet hanc
gratiā, oēm odit iniquitatē. Sine hac gratia gratiarū pri-
mo nullū bonū pullulat, uel manere pōt uirtutū ædificiū:
ſed illico uertitur ī p̄cipitium, ſi huius amiſeris p̄ſidium.
Tertio ſeruare debemus uerbum diuinum, ut inflāmemur
& illuminemur. Vtrūq; .n. uerbum diuinū parat, & idcir-
co ſeruandū: p̄p primū dicitur. Pſal. 118. Lucerna pedibus
meis uerbū tuū: & lumē ſemitis meis. De ſecundo ibidē:
Eloquiū domini inflāmauit me. Et de his duob. Hiere. 20.
Factus eſt ſermo tuus ī corde meo, quaſi ignis exæſtuans
clauſusq; ī oſsibus meis. Quod aūt uerbū domini hoīem
beatum faciat, teſtatur dominus Io. 8. dicens. Si qs ſermo
nē meū ſeruauerit, mortē nō guſtabit in æternū. Sed qui
uerbū dei nō libēter audiunt, nec de ipſo curāt, ī die iudi-

cij horribilẽ uocẽ audiẽnt. Quia dicit Bern. Si durũ uobis uidetur audire, Agite pęnitẽtiã: erratis, quia audituri eſtis ſermonẽ duriſsimum: Ite maledicti in ignẽ ęternum. Quã bonum autẽ ſit audire uerbum dei, dicitur Apoca. 3. Ecce dedi corã te oſtium apertum, qđ nemo põt claudere: quia modicam habes uirtutẽ, & ſeruaſti uerbum meum, & non negaſti nomẽ meum. 1. Io. 2. Qui ſeruat uerbum eius, uerè charitas dei perfecta eſt in illo. Bern. Serua ſermonem dei, quoniã dulcia ſunt faucibus tuis eloquia dei. Et cor uiuificant. Pſ. 118. Eloquium tuum uiuificabit me. Quarto ſeruare debemus fidẽ catholicã ut coronemur. 2. Tim. 4. dicit apoſtolus, Fidẽ ſeruaui de reliquo, i. de futuro repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Quantę autẽ poteſtatis & uirtutis ſit fides oſtendit Ber. ſuper Cant. dicens: Fides inacceſsibilia attingit, deprehendit ignota, comprehendit immenſa, apprehendit nouiſsima. Ipſaq; deum in æternitate in ſuo latiſsimo ſinu concludit, &c.

De eodem, *Pro eis rogo, non pro mundo.* Ioan. 17.
Enarratio III.

BOnus & mitis rex ſolet habere aduocatos, & milites mites: ſed nõ rebelles. Spiritualiter, & ſic rex gloriæ exaudit obediẽtes & fideles. Ergo clamat eccleſia in ĩtroitu: Miſerere mihi domine quoniã tribulor: libera me & eripe me de manib. inimicorũ meorũ: & a ꝑſequẽtibus me domine nõ cõfundar: quoniã inuocaui te. Sed nõ rebelles, ut patet in epiſto. Hiere. 18. Dixerunt impij Iudæi ad inuicẽ: Venite cogitemus cõtra iuſtum, ꝑcutiamus eũ lingua, & nõ attẽdamus ad uniuerſos ſermones eius. Attẽde domine ad me, & exaudi uoces aduerſariorũ meorũ, nunquid reddetur ꝓ bono malum: quia foderunt foueã aĩæ meæ. Recordare, ꝙ ſteterim ĩ cõſpectu tuo ut loquerer ꝓ eis bonum, & auerterẽ indignationẽ tuã ab eis, ꝓpterea da filios eorum infamẽ, & deduc eos in manus gladij. Fiãt uxores eorum abſq; liberis: & uiduæ & uiri earũ interficiantur morte. Iuuenes eorum cõfodiantur gladio in ꝑlio. Audiatur clamor de domibus eorum, i. peccatum. Adduces eos ſuper latrones repente, &c. Ne propicieris

iniqui-

iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur. Et ſic Chriſtus rogauit pro obedientibus & non pro malis, dicens: *Pro eis rogo nō pro mundo*. In ſumma euā gelii duo innuuntur. Primo petit pro ſe, ibi: *Pater clarifica filium tuum*, ſecundo petit pro fideli collegio. ibi: *Pater pro eis rogo, &c*. De primo dicit, In illo tempore, ſ. poſt dominicā cœnam, ſ. feria quinta cum Iudas abiiſſet ad principes ſacerdotum. Tunc ait Ieſus: Surgite eamus hinc, &c. Et docuit eos multa inter cætera. Et ait ſtando hæc quæ ſequuntur: *Subleuatis oculis in cœlum*, ſ. cum Chriſtus orare uoluit. Nota differentiam inter orationem Chriſti & noſtram orationē. Oratio noſtra eſt ad neceſsitatē. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepiſti. Et 2. ad Cor. 3. Sufficientia noſtra ex deo eſt. Sed oratio Chriſti eſt ad noſtrā inſtructionē. Greg. Oīs Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. O ſi uoluerimus exaudiri debemus leuare quatuor. Primo oculos, ad cœleſtia contemplando. Pſ. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Commune eſt prouerbium: Vbi amor, ibi oculus. Et nihil amare debemus niſi cœleſtia, ergo ibi eleuemus oculos contemplationis. Phil. 3. Noſtra cōuerſatio in cœlis eſt. Item Matth. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Et ſic in cœlo. 1. Corint. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ pręparauit deus his qui diligunt illum. Vnde Aug. Quod deus præparauit diligentibus ſe: fide non capitur, ſpe non attingitur, charitate non comprehenditur, deſideria & uota tranſgreditur: acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. Secundo ſi uolumus exaudiri, debemus leuare uocem, ſcilicet in oratione. Lucæ 17. Decem uiri leproſi leuauerunt uocem ſuam, dicentes: Ieſu præceptor miſereri noſtri. Et ſic nos peccatores. Et ſic Suſanna. Daniel. 13. flens ſuſpexit in cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et ſic Pſal. 3. Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Tertio leuare debemus manus ad cœlum, i. opera cœleſtia agendo. Pſal. 62. In nomine tuo leuabo manus meas. Ille leuat manus in nomine domini qui agit opera deifica. Et talis exauditur. Exod. 17. Cumque leuaret Moy

ſes

ſes manus uincebat Iſrael.Si autem paululum remiſiſſet, uincebat Amalech.Et ſic quilibet fidelis debet leuare manus ad deum.Et ſic Pſal.118.Leuaui manus meas ad mandata tua quę dilexi:& exercebor in iuſtificationibus tuis. Quarto debemus leuare caput ſpei.Lucæ 21.Leuate capita ueſtra,i.ſpem exauditionis.Pſal.36.Spera in domino & fac bonitatem:& dabit petitiones cordis tui. Et propheta:Quis ſperauit in domino & derelictus eſt? quaſi dicat nullus.Thren.3.Bonus eſt dominus ſperantibus in eum. Iacobi 1.Si quis indiget poſtulat à deo in fide nihil hæſitans.Sequitur,& ait:Pater uenit hora, non dicit tempus nec dies:quia ſtatim capiendus erat:non hora fatalis,ſed ſuæ ordinatiōis & beneplaciti.Clarifica filium tuū,quaſi dicat:Venit hora paſsionis & ſeminandæ humilitatis:ergo non differas fructum claritatis, clarifica filium tuum. Sed diceres,tamen filius eſt ſapientia, & dicitur ſapientia patris,& cum maximam claritatem habeat quomodo dicitur claritas clarificari præſertim cum dicitur ſplendor gloriæ.Heb.1.Reſpōdetur.Chriſtus petebat tripliciter clarificari à patre.Primo in paſsione per mirabilia quæ tunc oſtenſa ſunt.Vnde Centurio uiſis tot & tantis miraculis ait:Verè filius dei erat iſte.Secundo in reſurrectione. Nā in Chriſto fuerunt tres ſubſtantiæ quæ ante reſurrectionē uidebantur eſſe obſcuræ,uidelicet caro, anima, & diuinitas.Caro uidebatur obſcura propter mortalitatē, anima propter paſsibilitatē, diuinitas uidebatur obſcura,quia paucis erat manifeſta. Sed in reſurrectione clarificata eſt caro:quia induit impaſsibilitatem & fœlicitatē,& tunc diuinitas manifeſtata eſt:quia accepit manifeſtationem. Tunc.n.deus manifeſtatus eſt:ex eo ꝙ per diuinitatis ſuę patientiam reſurrexit. Tertio in notitia omnium populorum.Sap.8.Habebo claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores. *Clarifica filium*,i.manifeſta toti mūdo me eſſe filium tuum proprium,ut filius tuus clarificet te.ſ.in notitia hominum.Aug. Reſuſcita me ut innoteſcas toti mundo per me. Filius.n.toti mundo clarificauit patrem. Nam,prius tantum notus erat in Iudæa deus : nunc autē omnibus gentibus a filio notificatus eſt.Ioan.1. Deū ne-
mo

mo uidit unquā niſi unigenitus filius eius, qui enarrauit nobis. Primo autem manifeſtauit ſuam miſericordiam. Lu:6. Eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Scđo eius liberalitatē. Luc.12. Nolite timere puſillus grex: quia cōplacuit patri ueſtro uobis dare regnum. Idcirco nullus infidelis pōt ſe excuſare ꝙ in deum nō credat: quia toti mundo manifeſtata eſt notitia ſua. Item nullus peccator pōt deſperare de deo: quia toti mundo manifeſtata eſt miſericordia ſua. Itē oēs iuſti debent cōfidere in deo: quia nota eſt eius liberalitas, & doctrina. Quilibet autē fidelis deberet hanc ſupplicationē porrigere deo oīpotenti prius ſubleuatis oculis uoce, & manibus: ut patuit. Deinde debemus clamare, Pater. Et bene dicitur pater rōne creationis: quia creauit nos, Deute.32. Nunquid nō ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te, & fecit & creauit te. glo. Fecit corpus, creauit aīam, poſſidet totum, ergo meritò diligendus. Bern. Si diligis patrē carnalem à quo habes partem corporis: quātò plus diligere teneris eum, à quo habes corpus, & aīam? Sed heu ut dicitur Deute. 32. Oblitus es domini creatoris tui. Scđo dicitur pater rōne miſerationis. Pſ.102. Quomodò miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniā ipſe cognouit figmentum noſtrum. Figmentum, ſ. fragilitate & pronitate ad peccandum. Figuratur Luc.15. in filio prodigo, quomodo pater benignè eum recepit. Ber. O quāta eſt miſericordia dei: quia nō minus diligit peccatorē couerſū, q̄ qui nunq̄ peccati maculā cōtraxit. Tertio rōne procurationis. Nā procurat filijs neceſſaria. Matt.6. Nolite ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. ſcit.n. pater ueſter quia omnibus his indigetis. Nam idem deus qui 40. annos Iudæos pane cœli in deſerto pauit: & ueſtimenta, & calciamenta eorum uetuſtate non ſunt conſumpta. Deute.29. Nec erat in tribubus eorum infirmus: etiam hodie nobis ꝓuidet de neceſſariis: illis.n. dedit panem cœli, nobis corpus ſuum: illis aquam de petra, nobis ſanguinem de latere: iſtis terrā ꝓmiſsionis, nobis regnum cœlorum. 1. Pet 5. Omnem ueſtram ſollicitudinem ꝓijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis.

Quarto

Quarto ratione hæreditariæ ꝓmiſsionis.Pſ.36.Iuſti hæreditabunt terram,& inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuꝑ eam.Hoc petimus,cum dicimus.Adueniat regnum tuum &c. *O pater clarifica filium tuum*, ſ.in præſenti gratia, & in futuro in gloria.Primo in pſ̄enti clarifica. Et hoc nos petere debemus,ſ.ut clarificet nos in tribus,ſ.corde, ore, & opere.O q̄ neceſſaria eſt clarificatio in corde, quod obſcuratum eſt ꝑ malas cogitationes.Ezech.14.Viri iſti poſuerunt immunditias in cordibus ſuis.Mich.2.Vę uobis,qui cogitatis inutile,& operamini malum ĩ cubilibus ueſtris. Nam tales ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis, quæ intus ſunt plena oſsibus mortuorum,& omni ſpurcitia. Matth. 23.Ergo opus eſt clarificatione in corde.Nam quis poneret cibum delicatum ĩ uas fætidum & maculatum? quaſi dicat nullus.Et ſic nos ſi capere uolumus cibum uitæ debemus clamare illud Luc.1.Illuminare his qui in tenebris ſedent,ſ.cordis.Pſ.Illumina oculos meos,ſ.in timore eius ne unq̄ obdormiam in morte,&c.Secundo ĩ ore opus eſt clarificatione.Eſa.6.Væ mihi quia tacui, quia uir pollutus labiis ego ſum,&c.Ergo pete clarificationem. Pſ.50. Domine labia mea aperies:& os meum annuntiabit laudem tuam.Tertio in opere.Et circumloquitur opus in manibus,ſicut habetur Gen.37.Non occidamus eum,melius eſt ut uenundetur Iſmaelitis,& manus noſtræ nō polluantur,ſ.ad modum luti.Pſ.80.Manus eius in cophino,ſeruierunt,i.in ſeruili opere,peccata n.ſeruilia opera ſunt.Et cophinus eſt uas in quo lutum platearum poſuerunt filij Iſrael.Ergo neceſſaria eſt clarificatio.Pſ.17. Illumina domine tenebras meas,ſ.in operatione.Vt filius tuus clarificet te,ſ.in corde per dilectionē,cum Pſ.17. Diligam te domine,dicendo:Confitebor tibi in toto corde meo, &c. Pſ.9. In ore per benedictionem. Pſal. 62. Benedicam te in uita mea.item Pſalm.70.Repleatur os meum laude,ut cantem gloriam tuam &c. Et in opere clarificemus deum per bona opera.Secundo pater clarifica filium tuum, ſ.in futuro per gloriam. Hæc eſt uera clarificatio. 1. Corint.13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facię ad faciem. De qua uiſione dicit Fulgentius: In ſpeculo

tria

tria uidemus, noſipſos, ſpeculum, & quicquid circunſtat. Et ſic in ſpeculo diuinæ claritatis tria uidemus noſipſos & deum inquantum poſsibile eſt nobis, & cætera omnia in uera & certa ſcientia cognoſcemus. Hanc clarificationem pete, dicens. *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te*, ſ. in futura patria. De qua clarificatione dicit Aug. in lib. 22. de ciuitate dei: Ipſe deus eſt finis deſideriorũ noſtrorum qui ſine fine uidebitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Nam ab aliquibus ſicut dãnatis Chriſtus abſcondit faciem ſuam. Deut. 32. Abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſsima eorum. Aliquibus oſtendit ſplendorem faciei ſuæ: ſicut ſanctis uiris in præſenti uita. Vnde propheta non eſt auſus petere uiſionem faciei, ſed ſplendorẽ, dicens: Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum. Pſal. 30. Beatis uerò apertè oſtendit. 1. Ioan. 3. Videbimus eũ ſicuti eſt. Item ſine faſtidio amabitur. Sed amor carnalis quandoque habet faſtidium Ezech. 16. cap. Facta eſt quaſi meretrix faſtidioſa augens pretium. Aliquando uertitur in odiũ: ut patet 2. Reg. 13. Poſtquàm Ammon oppreſsit Thamar ſororem eius & cubauit cum ea, exoſam eam habuit odio magno nimis: ita ꝙ maius eſſet odium quod oderat eam amore, quo ante dilexerat. Aliquando amor ille uertitur in abſynthium. Prouer. 5. Nouiſsima illius amara quaſi abſynthium. Deum autem amatur cum ſuauitate & dilectione. Eccl. 24. Qui edunt me adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. Item ſine fatigatione laudabitur: nam laudantes eũ non fatigantur ſed erit eis ille laus iucunda. Pſ. 103. Iucundum ſit eloquium meum: ego uero delectabor in domino. Nam illud erit deo acceptum ſacrificium. Pſ. 49. Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. Immola deo ſacrificium laudis: & redde altiſsimo uota tua. Et ſancti dei non ceſſant die ac nocte deum laudare. Iſa. 6. Clamabant alter ad alterum & dicebant: Sãctus, ſanctus, ſanctus dominus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. Nam habent magnum meritum ex illa laude. De quo Eccl. 24. Qui me elucidant habent uitam æternam.

DOMI-

DOMINICA PALMARVM

DE EVANGELIO.

Turba multa, quæ conuenerat ad diem feſtum; cùm audiſſent &c. Ioan. 12. Enarratio I.

PER palmam ſignificatur uictoria: palma.n.olim uictores coronabãtur. Per palmam quoque ſignificatur perſeuerantur: palma.n. diutiſsimè perſeuerat, ut tãdem fructum habeat. Iob 29. Sicut palma multiplicabo dies. Rami autẽ opera, uel exẽpla ſunt: Cum palmarum ergo ramis, i. cum uictorioſis & perſeuerãtibus operibus & exẽplis honorãdus eſt Ieſus. Per has.n.palmas fides noſtra cõfirmatur in mundo, mẽs noſtra ſecuratur in extremo, uita noſtra approbatur in iudicio, gloria noſtra augmentatur in cęlo. De primo, Exo.15. Venerunt aũt in Helim filij Iſrael, ubi erant 12.fontes aquarum, & 70.palmæ, & caſtrametati ſunt iuxta aquas. Helim interpretatur rubuſti, uel deficientes, & ſignificat eccleſiam, in qua ſunt firmi, & infirmi: perfecti, & imperfecti. Duodecim fontes, & 70.palmæ ſunt 12.apoſtoli, 72.diſcipuli: licet.n. duo diſcipuli ſuperabundẽt ſecundũ ſcripturam, ſicut ibi dicit glo. hoc tamẽ non facit uim diuinitati. Vel 12.fontes ſunt 12.articuli fidei, qui in ſymbolo cõtinentur. Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, &c. Quia uerò fides ſine operibus mortua eſt: ideo 70.palmæ iuxta fontes eſſe debent. Septuaginta ſunt ſepties decem: 70. ergo palmæ ſunt omnes uictores, & perſeuerantes in bonis operibus: uel oĩa uictorioſa, & perſeuerantia opera fiunt: per 7.dona ſpiritusſancti contra 7. uitia in 10.mandatorum obſeruantia. Hæc palmæ habent flores uirtutũ in mundo. Pſ.19. Iuſtus ut palma florebit, &c. Fructus uerò præmiorum habent in cœlo. Cant.7. Aſcendam in palmã, & apprehendam fructus eius. Fructus ex palma, Chriſtus dici poteſt. Aug. Expalmatur, qui eſt uera palma uictorię.

Spinis coronatur,qui ſpinas peccatorũ uenit cõſtringere. De ſecundo Iudi.1. Filii aũt Cinei cognati Moyſi aſcenderunt de ciuitate palmarum cùm filiis Iuda in deſertũ ſortis eorum.Cineus luctus interpretatur,& ſignificat pęnitentem.Mat.5.Beati qui lugent,&c.Iuda glorificans interpretatur,& ſignificat illũ qui ait.1.Reg.2. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui aũt contemnunt me erunt ignobiles. Verè ignobiles ſunt quorum pater diabolus eſt. Filii Iuda angeli ſunt, deſertum ſortis eorũ eſt regnũ cœlorum. Hoc eſt deſertum in quo 99. oues,i. nouem ordines angelorũ dimittuntur: ſicut dicitur Luc. 15.Filii Cinei,i. lugentes pro peccatis aſcendũt in morte cum filiis Iuda,i.cum angelis ipſos deducentes in ſortem eorum,i.in ordines angelorum.Hiero. Legimus ſæpe angelos ăĩas electorum uſq; ad cęlos cum hymnis atq; laudibus deduxiſſe. Fiduciã ergo aſcendendi cum angelis in morte habebis quando cum palma uictoriæ & perſeuerãtiæ ueneris.Vnde bene legitur 3.Reg.6.ꝙ Salomõ ĩ oſtiis templi ſculpſit Cherubin,i.ſimilitudinem angelorum & palmas in quo ſignificatur ꝙ per oſtium tẽpli cęleſtis ꝑ angelos & per palmã uictoriæ intrandum eſt. O felix uictoria,per quã talis habetur in morte fiducia.Greg.initiũ retributionis eſt in obitu ſecuritas mẽtis.De tertio Deut. 25. Iudices quẽ iuſtũ eſſe proſpexerint illi iuſtitiæ palmã dabũt:quẽ impium cõdãnabunt impietatis. Iudices ſunt illi,de quibus Mat.19.Sedebitis ſuper ſedes iudicãtes duodecim tribus Iſrael.Iſti iudicabũt approbatione,ſed ſummus iudex autoritate. Dabit quidẽ iuſtis palmã iuſtitiæ, ideſt ꝓ iuſtitia honorem uel coronam uictoriæ.2.Timo. 4.Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex.Sed ꝗa nemo coronabitur, niſi qui legitimè certauerit:ideo ſi uis habere palmã in iudicio uince uitia in mundo.Greg. Sine laboris certamine nõ eſt palma uictoriæ, De quarto Apoc.7. Vidi turbã magnã, quã nemo dinumerare poterat ex omnibus gẽtibus & tribubus & populis & linguis,ſtãtes ante thronũ, & in cõſpectu agni amicti ſtolis albis: & palmę in manibus eorũ: Stolæ albæ ſunt mundiſsimæ beatorũ claritates. Pal-

mæ in manibus ſunt beatorũ retributiones: quas habent ex perſeuerantia in bonis & uirtuoſis operibus, ꝑꝑ hoc bene legitur. 3. Reg. 6. Oẽs parietes tẽpli texit auro, & fecit in eis Cherubin, & palmas & uarias picturas. Hoc eſt tẽplũ cęleſte in quo oĩa auro immortalitatis uel charitatis teguntur. Cherubin ſunt angeli, palmæ uictores, ſancti perſeuerãtes iuſti: uariæ picturæ ſunt uaria prẽmiorũ ornamẽta. Perſeueret ergo nũc in bono qui inter angelos uult habere palmã in cęlo. Bern. Prorſus abſq; perſeurantia nec qui pugnat uictoriã, nec palmã uictor cõſequitur.

De eodem. *Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus ſedens ſuper pullum aſinæ, &c. Matth. 21.* Enarratio II.

VTinam quilibet noſtrum hodie mereatur eſſe aſinus domini. Oportet autem qui uult eſſe aſinus domini, ut ueſtimenta ei apoſtolicorum præceptorum & exẽplorum imponat: ut ſic Chriſtus in ipſo ſedeat donec in Hieruſalem cœleſtem ueniat. Conſiderandum aũt ꝙ dominus ſuper tria animalia libenter ſedet & libenter equitat, uidelicet ſuper aſinum, ſuper camelum, & ſuper equũ. Per aſinum autem domini intelligere debemus quemlibet pœnitentiam incipientem. Per camelum quemlibet proficientem. Per equum quẽlibet perfectum & perueniẽtem intellige. In his dominus ſedet per gratiã. De primo dicitur Zach. 9. Ecce rex tuus uenit tibi aſcendens aſinã & ſuper pullũ filium aſinæ. Aſinus Chriſti eſt qui onus pœnitentiæ portat, Eccle. 33. Cibaria & uirga & onus aſinæ, &c. Malus aſinus eſt qui ſaccum pœnitentiæ & dominũ inſidentem proiicit: grauius .n. peccator onus aſſumit. Pſal. 37. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. & grauiorem ſeſſorem, ſ. diabolum accipit. Sicut ſignatum eſt. Num. 22. in aſina cui inſidebat Balaam, quam angelus euaginato gladio aſtans nec ad dexteram, nec ad ſiniſtrã ire permiſit, donec aſina murmurabat cõtra ſeſſorem cur tertio eum percuteret. Balaam interpretatur deuorans populũ, & ſignificabat diabolũ. De quo 1. Pet. 5. Diabolus tã quã leo rugiẽs circuit quærens quẽ deuoret, &c. Gre. Ore

peſtiferę perſuaſionis eos quotidie deuorat, quibus a cõfeſsione fidei reproba uita diſcordat. Huius aſina eſt peccatrix anima, angelus prędicatorē uel cõfeſſorē ſignificat. Malach. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituũ eſt: quia gladio extremi iudicij terrens peccatorem ipſum in uia iniquitatis procedere nõ permittit ſecundum uoluntatē Balaã, i. diaboli. Diabolus ergo ſentiens aĩam trepidare, & nolle in uia iniquitatis procedere: plus eũ ſtimulat, & tertio eũ percutit, quãdo triplici aduerſitate, primo in rebus, ſecundo in amicis, tertio in corpore eum affligit per malos, uel per ſemetipſum: ſicut Iob tripliciter percuſſit. Tandē aſina cũ feſſorē diabolũ murmurat in cõfeſsione & in oratione. Et ſic peccator incipit proficere in bonis operibus, qui tunc bene ſignificatur per camelum. De his duobus, ſ. incipientib. & proficientibus dicitur Eſa. 21. Vidit currũ duorũ equitum aſcenſorem aſini, & cameli, i. incipientes, & proficientes, qui maxime trahunt currũ eccleſiæ: pauci. n. ſunt perfecti. Camelus eſt animal aptum ad laborandum, & animal mercatorum eſt, & merces portare ſolet. Ita proficientes multum laborãt, & merces meritorũ uſq; in cœleſtē Hieruſalē portant. Vnde 3. Reg. 10. dicitur, ꝙ regina Saba, i. eccleſia ingreſſa Hieruſalē cum comitatu ſaluandorum, & diuitiis meritorũ, & camelis, i. proficientibus portantib. aromata bonorum operum, & aurũ charitatis infinitum, & gēmas pretioſas uirtutum: uenit ad regē Salomonem, i. ad Chriſtũ. Beata es aĩa, quæ ſic ad Chriſtum uenis. Certe bene ueneris, ſi aliquid attuleris. Aug. Apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit nõ argēti, ſed fidei. Caue autē tibi de latronib. qui talibus mercibus ſe ſpoliatum. Greg. Deprędari deſiderat qui theſaurum publicè in uia portat. Econtra cameli ſunt auari onerati iniuſtis temporalium diuitiis, quas niſi deponat cęleſtem Hieruſalē intrare nõ poſſunt. Mat. 19. facilius eſt camelum per foramen acus trãſire, ꝙ̃ diuitē intrare in regnum cœlorum. Quod bene dicitur Hieruſalē. Porta. n. eſt arcta, per quam cameli intrare non poſſunt, niſi depoſitis oneribus. Abiice ergo onera, ut cœleſtē intres Hieruſalē.

De tertio Apoc.19.Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eũ,uocabatur fidelis & uerax &c. Perfectus quiſq; equus Chriſti eſt pp audaciã in bellis cõtra diabolum, mũdum, & carnẽ. Zach.10. poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.Et pp fortitudinẽ in ſuſtinendo. Iob 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum. Item propter uelocem curſum, qui deſideriis, & effectibus feſtinent ad patriã.Vnde de equis uariis dicitur Zac.6.Qui autẽ erãt robuſtiſsimi quærebant ire, & diſcurrere per omnem terram. 1.Corin.9. Sic currite, ut cõprehẽdatis.Vnde uelociter curreremus ſi de patria ad quã currendum eſt cogitaremus.Aug. Cur nõ properamus,& currimus ut patriam noſtram uidere, & parentes ſalutare poſsimus,magnus.n.nos illic charorũ numerus expectat. Econtra. Equi diaboli ſunt, qui præcipites ad peccatum currunt ad infernum.Prouerb.1. Pedes eorum ad malum currunt & feſtinant ut effundant ſanguinẽ. Et certe tales equi cum seſſore ſuo diabolo cum ipſis nunc de uitio ad uitium curſitante in profundum pœnarum mergentur. Exod.15.Equum & aſcenſorem proiecit in mare.

De eodem. *Plurima autem turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia.* Matth.21. Enarratio III.

Diuerſitas opinionum fuit antiquitus,cui debebatur honor,& reuerentia exhiberi. Aliqui.n.dixerunt, ꝙ nobilitati generis, ut quanto aliquis eſſet maioris & nobilioris generis,tanto ei plus honoris deberetur.Alij dixerunt ꝙ honor deberetur diuitiis:ut homo quanto eſſet ditior,& opulentior, tanto plus ſibi deberetur honoris. Alij dixerunt ꝙ ſapientiæ: ut quanto aliquis eſſet ſapientior,tanto magis erat dignus honore. Alij dixerunt, ꝙ uirtuti:ut quanto aliquis eſſet uirtuoſior,tanto magis cæteri ipſum honorare deberent. Huius ſententiæ fuit Ariſt. dicens Ethic.4.ꝙ honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium uirtutis. Inter iſtas autem opiniones ultima fuit uerior. Cuius ratio eſt: quia honor non eſt alicuius,niſi in quantum bonus eſt. Et ideo dignum eſt,ꝙ pri-

mo honorandus eſt ipſe deus qui eſt eſſentialiter ſummũ bonum. Et quia homo per uirtutem efficitur bonus ideir co etiam tali debetur honor. Quia uerò cum altitudine generis & diuitiarum & potentiæ magnitudine necnon claritate ſapientiæ poſſunt aliqui carere uirtutibus, & per conſequens bonitate: idcirco propter iſta honor principaliter eis non debetur. Sed cum omnia ſimul reperientur in aliquo potente: ꝙ, ſ. eſſet nobilis genitus, diuitiis opulentus, potentia magnus, ſapientia clarus, uirtute prædi-tus: talis meritò eſſet honorandus, præcipuè cùm eſſet tã tæ benignitatis & miſericordiæ, quòd tribulatis & in afflictione poſitis miſericorditer ſubueniret. Cũ igitur hęc omnia excellenter reperiuntur in Chriſto, nam ipſe eſt nobilior natus: quia filius Dei patris. Mat. 27. Verè filius Dei erat iſte, ſ. Chriſtus. Eſt etiam diuitiis opulentus. ad Rom. 10. Nam idem dominus omniũ diues in omnes qui inuocant illum. Eſt potẽtia magnus. Luc. 24. Qui fuit uir potens in opere, i. uirtute, ſermone corã omni populo. Sapientia clarus. Coloſ. 2. In quo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Eſt etiam uirtute præditus. Vnde de ipſo dicitur. Eccl. 24. In me omnis gratia uiæ & ueritatis, in me omnis ſpes uitæ & uirtutis. Cùm ergo ipſe pp ſuam miſericordiam generi humano captiuato peccatorum uinculis ſubuenerit ipſum abſoluendo: idcirco ab oĩbus cum reuerentia eſt honorandus: De quo honore Chriſto facto, fit mentio in euangello cùm dicit: *Plurima aũt turbã, &c.* In ſumma euangelii tria innuit euãgeliſta. Primo ponit captiuitatẽ affligentẽ, ibi: *Cùm appropinquaſſet Ieſus.* Secundo ſubdit pietatẽ liberantẽ, ibi: *Soluite, &c.* Tertio ponit ſocietatem honorãtem, ibi: *Plurima autẽ turba, &c.* De primo dicit. *Cùm appropinquaſſet Ieſus, etc.* Poſtillã huius Euãgelii quęre Enarratione de tpe, ſ. Dominica prima in aduentu. Pro doctrina ſciendũ, multiplex honor legitur hodie Chriſto eſſe impenſus. Primo honorabant eum diſcipuli aſinam ad ducentes. Secundo turbæ obuiã procedentes. Tertio ramos palmarum portãtes. Quarto ueſtimenta proſternentes. Quinto pueri clamantes & laudantes. Spiritualiter, ſię hodie diſcipuli, i. ſacerdotes hono

rare

rare debent Chriſtum.Nam ipſi ſunt diſcipuli miſsi à mõ te Oliueti,i. ex miſericordia Dei, in caſtellum,i.in mundum ad ſoluendum aſinam, cum pullo,i. peccatores qui ꝑꝑ peccata facti ſunt beſtiales. Vnde Pſal.48.Homo cùm in honore eſſet non intellexit:cõparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis,ſ.aſinis. Et Ber.Puto ſi aĩalia poſſent loqui dicerent:Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt.Hic aſinus ligatur uinculis peccatorum. De quo Chryſ. Antequam peccamus liberi ſumus: ſed poſtquam peccato mortali nos obligauerimus, ligati ſumus iugo diaboli.Prou.5. Funibus peccatorum quiſq; cõſtringitur.Iſta ligatio fuit ꝓphetata. Ezec. 3. Ecce data ſunt ſuꝑ te uincula,& ligabunt te in eis.Sed heu peccatores ẽt rudiores ſunt q̃ aſina.Nam legitur. Num.22. ꝙ aſina Balaam timore diuinę ſęueritatis uidens euaginatum gladium angeli locuta eſt.Sed heu, multi ſunt peccatores ſcientes ſæueritatẽ diuinæ iuſtitię quaſi gladium ex utraque parte ſcindentem nõ loquentes in cõfeſsione ſeu oratione. O ſi illum aſinum mutum hodie poſſes adducere, ut,ſ.ſic loqueretur in cõfeſsione & oratione.Sed Ieſus nõ ſedet in aſino ligato.Vis ergo eſſe aſinus Chriſti,ſoluaris primo à uinculis peccatorum.Iſa. 52. Solue uincula colli tui captiua filia Siõ.Secundo honorabant eum turbę obuiam ꝓcedentes.Ioan.12.Turba multa quę cõuenerat ad diem feſtum, cùm audiſſet quia uenit Ieſus Hieroſolymã acceperunt ramos palmarum,& proceſſerunt obuiam ei. Et ſic nos.Amos 4.Preparare ĩ occurſum domini Dei tui, ſ.cum pura cõſciẽtia euellendo ſordes peccatorum.Greg. Tergat ſordes praui operis qui ꝑparat Deo domum mentis.Sed heu quidam occurrunt Deo & recipiunt eum ſed nõ ſeruant: ſicut iudæi hodie ei occurrerunt & eum receperunt,ſed nõ tenuerunt. Nam de ſero circũſpectis oĩbus à nullo erat in hoſpitio receptus. ſed iuit in Bethaniam. Et ſic hodie multi ſunt tales. Et illi occurrent Chriſto in iudicio,ſed non recipient regnum ab eo, quibus dicet illud.Mat.25. Neſcio uos. Quidam uerò occurrerunt ei & nõ receperunt,ſed crucifixerunt eum,ut iudæi in die Paraſceues. Et ſic peccatores in mortali adhuc exiſtentes.He-

ſire.6.cap. Rurſum crucifigentes filium dei'. Quidam occurrerunt & receperunt eum, & cõpulerunt eum manere, ut Samaritani.Io.4.c.Rogauerunt eum,ut ibi maneret:& manſit ibi duos dies.Et ſic boni occurrunt hodie Chriſto per contritionem,& recipiunt eum per deuotionem:& cõpellunt eum manere per oratione͂, & bonorum operum cõtinuationem, ut duo diſcipuli euntes in Emaus . Luc. ult.Mane nobiſcum domine,&c.Et intrauit cum illis.Tertio honorabãt eum turbæ ramos palmarum de arboribus cædentes.Ramus.n.bonum opus ſignificat.Quot.n.bona opera pp deum facis,tot eum ramis honoras. Arbor palmæ ſignificat uictoriam,i.iuſtorum uitam . Pſ.91. Iuſtus ut palma florebit. Et ab illa arbore debemus ramos uirtutum capere. Cant.7.Aſcendã in palmã, & apprehendã fructus eius.Reſpice Abraam,& frange ab eo ramum fidei.A Iob ramum patientiæ.A Dauid ramum miſericordiæ. Ab apoſtolis ramum charitatis. A Martyribus ramum cõſtãtiæ.A confeſſoribus auſteritate͂ uitæ . A uirginibus ramũ caſtitatis,& pudicitiæ.Si hos ramos habueris Chriſto occurrere poteris:& a Noe,i.Chriſto in arcã miſericordiæ ſuſcipieris. Quod figuratum eſt in columba ad Noe ueniẽte cum ramo uirente Gen.8.Spiritualiter, ſic & ramus boni operis debet uirere in charitate . Vnde iſti honorant deũ cum ramis aridis,qui bona opera faciunt uiuendo in peccatis.Greg. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis,ſi nõ manet in radice charitatis . Et hos ramos nõ debes portare in ore,ſicut bruta,ſ.tantummodo loquendo : ſed in manibus,i.in operib. Apoc.7. Amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.Et ſic turba hodie honorauit Chriſtum,ſed iſte honor uerſus eſt in Paraſceue in contumeliã.Nam applicuerunt eum ad crucem, cuius pars una erat de palma.Sic multi in hac quadrageſima honorabant Chriſtum cum ramis palmarum,i.operibus bonis.& poſt paſchæ feſtum inhonorant eum cum uitijs, & concupiſcentijs prauis : ut de eis poſſet dici illud Deut.32. Deum qui te genuit dereliquiſti : & oblitus es domini creatoris tui. Quarto honorabant eum ueſtimenta proſternentes. Et ſic nos debemus proſternere ueſtimenta, i.corpora no-

ſtra.

ſtra. Quid enim ſunt corpora, niſi quædam animarum ueſtimenta? Iob 13. Quaſi putredo conſumendus ſum: & quaſi ueſtimentum quod comeditur a tinea. Hoc ueſtimẽtum in uia proſternit, qui corpus ſuum pro Chriſto exponit. Quod ſi penſaremus quõ deus ueſtimentum corporis ſui pro nobis expoſuiſſet, & ſanguinẽ ſuum fudiſſet: tunc facilius eſſet nobis pro ipſo ueſtimtẽum noſtri corporis paſsionibus exponere: nec illud afflictionibus ſcindere formidaremus, ſicut figuratum eſt Gen. 37. Iacob, qui uidens tunicam Ioſeph ſanguinolentam ſcidit ueſtimenta ſua. Parũ autẽ eſt, ſi pro illo ſcindas tunicã uiliſsimã, qui pro te ſcidit tunicam pretioſiſsimã. Quid.n. aliud eſt corpus tuum ad corpus illius: q̃ ueſtimẽtum uile reſpectu p̃tioſiſsimi. Bern. Nõne ſi cõfiterentur oẽs dies uitæ filiorũ Adã in me, & oẽs dies ſeculi, & labores oĩum hominum, qui fuerunt, ſ. & qui ſunt, & qui erunt: nihil eſſent ad comparationem corporis illius quod ſpectabile, & ſtupẽdum eſt uirtutibus etiã ſupernis. Scindes ergo ſaccũ pro purpura Chriſti: ſcindes ſaccũ triſtitiæ ut recipias ſtolam iuſtitiæ. Pſ. 29. Concidiſti ſaccum meum, & circũdediſti me lætitia. Sed iſte honor uerſus eſt in cõtumeliã feria ſexta ꝓxima, cum diuiſerunt ueſtimenta ſua denudantes eum: & ſic aliqui nunc proſternunt ueſtimenta corporum. Poſt hoc feſtum, ſ. paſchæ in crapuloſitate uiuunt, & ebrietatẽ denudantes Chriſtum. Quinto honorabant Chriſtũ pueri clamantes: *Oſanna*, i. ſaluos nos fac in excelſis, quaſi dicerent: Salutem in terris non inuenimus: idcirco confer nobis de excelſis: ſic nos clamare debemus deum honorãdo. Pſ. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Sed iſte honor feria ſexta uerſus eſt in contumeliam, cum clamabant: Crucifige, crucifige. Heu ſic nunc aliqui honorant Deum orando, ſed poſt Paſcha inhonorant eum uerbis mendoſis & opprobrioſis, ſed tu nõ ſic. Thob. 4. Omni tẽpore benedic deum, & pete ab eo ut uias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant. Ratio Gen. 27. Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Et illi accipient benedictionem in iudicio cum dicetur eis: Venite benedicti Mat. 25. Item ſciẽdũ hæc laus, & proceſsio facta eſt a pueris, & à pau-

à pauperibus:& nõ à diuitibus & potentibus & à ſapięti bus.Nam de oĩbus diuitibus tm̃ unum habuit,ſ.Zacheũ. De quo habetur.Luc. 19.Et de potentibus unum ſolùm. ſ.Centurionem.De quo Matt.8.Et de ſapientibus unum ſolùm,ſ.Nicodemum.De quo Ioan.3.Ideo 1.Cor.1.Vide te.ſ.uocationem ueſtram,quia nõ multi ſapientes ſcd̃m carnem,nõ multi potentes & nobiles,ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus ut cõfundat ſapientes. Et ideo hodie huic ꝓceſsioni quæ erat plena glaudio adiũgitur paſsio q̃ erat ignominioſa. Nam licet turba & pueri Chriſtum laudabant,& honorabant:tamen ſcribæ & phariſæi iã in cordibus eorum eum crucifigebant,& his laudibus cõtra dicebant.Luc.19.Magiſter increpa diſcipulos tuos. Qui bus reſpõdit:Amen dico uobis,quia ſi iſti tacebunt lapides clamabunt.Ideo Bern.Quid ſibi uult iſta mirabilis cõ iunctio,aut q̃d cogitauerunt patres noſtri paſsionẽ addẽ tes proceſsioni:nil aliud niſi ꝙ poſt illũ honorabilem cõ curſum hodie domino exhibitum in ingreſſu Hieruſalem in breui eſſe ſubſecutam paſsionis ignominiã. Ideo nota ꝙ in hac ꝓceſsione poſſumus in quatuor inſtrui & doce ri.Primo ꝙ gloria huius mundi eſt inſtabilis,& ꝙ in ea fi ducia nõ ſit habenda.Vnde Bern. Optime paſſio eſt coniuncta ꝓceſſioni:ut diſcamus in nulla lętitia huius ſeculi habere fiduciam.1.Tim.vlt. Pręcipe diuitibus huius ſeculi nõ ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarũ: ſed in deo uiuo q̃ præſtat nobis oĩa abundè ad fruendũ. Prouer.14.Riſus dolore miſcebitur,& extrema gaudii luctus occupat.Et ideo Chriſtus fleuit in tali honore. Luc. 19. Secundo ut doceamur ꝙ proſperitatem quando eam habemus aduerſitatis memoria temperemus.Eccl.11. In die bonorum ne immemor ſis malorum. Ideo ꝓſperitas ſtultorum perdet eos.Prou.1. Nam gaudium proſperitatis eſt quaſi forte uinum, & ipſi neſciũt illud temperare, oculos.ſ.cordis habendo circa aduerſa quæ poſſunt incidere.Eccl.7.Cor ſapientum ubi triſtitia eſt, & cor ſtultorum ubi lætitia. Hoc temperamentum docuit nos Chriſtus hodie cum Hieroſolymitanis prædixit euerſionẽ urbis futuram. Hoc etiam temperamentum docuit nos in

hoc

hoc ꝙ honorem illum ſuſcepit in tanta humilitate, ſ. ſedē do ſup aſinam. Vnde Bern. Sicut deus in paſsione patientiam habuit: ſic in proceſsione humilitatem habendā curauit. In illa. n. tanquam ouis ad occiſionē ductus, & quaſi agnus coram tōdente ſe obmuteſcit, & non aperuit os ſuum. In proceſsione. n. parabant ſe populi ut exirent obuiam ei: nec eum ſatebat ꝙ nouerat quid eſſet in homine, ꝑꝑ qđ & ipſe paratus eſt non in curribus, nec in equis, nec in frenis argenteis auro tectis: ſed humilis aſelli tergo ſedens ſuppoſitis apoſtolorum ueſtibus, quas ego de ꝓtioſioribus ueſtibus regionis fuiſſe non credo. Itē Bern. De hoc temperamento talis imitetur cogitatio, ꝙ natura imitetur & actorem naturæ. Nōne ille in ꝑſona hominis uili limo uitæ ſpiraculum colligauit: nonne autor naturæ in ꝑſona ſua limum uerbumq; cōtemperauit? Salomonem ideo ſapientia deſeruit: qa iucunditatem ſuam amaritudine diſciplinæ contemperare noluit. Tertio oſtendit nobis in cōiunctione proceſsionis & paſsionis, ꝙ tali fatuitate laborant qui gloriam & gaudiū mundi ſectantur, quaſi laboraret qui cum proceſsione & gaudio ad patibulum ſuum uel aliud genus mortis ire uellet. Legitur Io. 6. ꝙ deus fugit quando uoluerunt eum facere regem: tunc aūt honorem illum non fugit quando ibat ad mortē ſuā: ad ſignificandum quod iam diximus, ꝙ qui gloriam quęrunt, gloriari uolunt in uia qua ad mortem ſuam uadūt. Aug. Nihil aliud eſt tempus ꝑſentis uitæ q̄ curſus ad mortem, in quo nemo uel paululum uel tardius ire permittitur, ſed oēs pari motu urgemur: ergo gloria in uita iſta eſt uia ad mortem. Greg. Qui ꝑſente ſuauitate capitur, quaſi ad interitū ducitur per amœna prata. Hic oſtēdenda ſunt illa tria hominibus q̄ mortuo fiunt, in quibus mundi ſapientia retunditur, & oſtēduntur eſſe fatuitates. Mortuus cum ſolo ſudario ſepelitur, quod oſtendit auaritiā eſſe fatuitatem. Secundo ſub terra ponitur & ab hominibus & iumentis conculcatur, in quo ſuperbiæ oſtēditur fatuitas quæ ſuper oēs uult eſſe. Tertio à uermibus comeditur, in quo fatuitas uoluptatis oſtenditur quæ de carne tantam curā habuit. Sed diceres, quare ad mortem uadens tm̄ ho-

norem

norem uoluit ſuſcipere? Reſpondetur primo in nobis exẽ plum, ut quiuis exiſtens in honore mundano debeat recordari mortis. Nam tunc diues fit pauper, & regnans ſuper alios conculcatur ſub iſtis. Et ideo fatuum eſt corpus in deliciis nutrire, quod poſtmodum uermes in cibum debẽt habere. Ideo Eccle. 10. Cum morietur homo hæreditabit ſerpentem, beſtias, & uermes. Secundo ideo ſecundũ Chryſo. uoluit ſuſtinere hunc honorem, ut oſtenderet ſe eſſe illum, de quo propheta Zacharias dixit: Ecce rex tuus, &c. Tertio ut oſtenderet nos per eius paſsionem peruenire ad æternam gloriam. Vnde Bernar. Tribulatio præſentis uitæ eſt uia gloriæ, uia ciuitati, uia habitaculi, uia regni. Ideo clamauit latro, Lucæ 23. Memento mei domine, dum ueneris in regnum tuum. Et ideo duæ proceſsiones fiunt hodie, una cum honore facta, alia cum contumelia repræſentatur. Hodie poſitus ſuper aſinam, feria ſexta ſuper crucẽ. Hodie ueſtimenta ſua ſtrauerunt, feria ſexta eum denudauerunt. Hodie ramos & flores obtulerunt, feria ſexta ſpinas capiti infixerunt. Hodie regẽ appellauerũt, fer. vj. eum regem negauerunt. Hodie clamauerunt eum Saluatorem dicentes: *Oſanna*, feria ſexta dixerunt, ſe ipſum non poteſt ſaluum facere. Hodie eum benedixerunt, dicentes: *Benedictus qui uenit*, feria ſexta eum maledixerunt, dicentes: Si nõ eſſet hic malefactor, &c. Ideo hodie admiſcetur paſsio proceſsionis gaudio.

De eodem Epiſtola. *Hoc ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ieſu, Ad Phil. 2.* Enarratio IIII.

Videmus ꝙ ueri amici ſolent ſibi inuicem in tribulationibus compati, iuxta illud philoſophi in Ethicis; Amicus debet ſe habere ad amicum, ſicut genu ad tibiam. Spiritualiter, ſic nos habemus amicum uerum, ſ. Chriſtum. Io. 15. Vos amicos dixi, quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci uobis. Idcirco debemus cõpati ſibi in tribulationibus ſuis, de quo 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum ut ſequamini ueſtigia eius. Figuratur 1. Reg. 20. Ionathas firmauit

ami-

amicitiam cum Dauid,& diligebat eum ut animam ſuã.
Spiritualiter,Ionatas interpretatur filius columbæ, & ſignificat Chriſtum qui conglutinatus eſt nobis in amicitia firma,ex eo quod dedit animam ſuam pro nobis;idcirco eo modo debemus diligere eum,ut animam noſtram; hoc eſt, ut uitã exponamus pro ipſo, ſicut ipſe pro nobis: De quo Eccl.29. Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, i.Chriſti,ad quod hortamur in epiſtola. *Hoc ſentite ĩ uobis.* In ſumma epiſtolæ tria innuuntur. Primo inducit nos ad Chriſti cõpaſsionem,ibi. *Hoc ſentite &c.* Secundo deſcribit eius humilitatem, ibi. *Cum in forma Dei,etc.ſed exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens.* Tertio ſubdit eius altitudinẽ, ibi, *Propter quod exaltauit.* De primo dicit, *Hoc ſentite in uobis quod & in Chriſto Ieſu,* ſupple,fuit, ſentite inquam,non loquimini tantum,ſicut qui dicunt,& non faciunt, uel ꝑtendunt exterius tantum,ut hypocritæ. Pro quo ſciendũ, ꝙ tripliciter debemus ſentire illud quod fuit in Chriſto. Primo per compaſsionem,ſecundo per affectus participationem,tertio per imitationem. Secundum primum modum ſciendũ ꝙ oſtendit eccleſia in uerbo propoſito, qũo paſsionem domini audire debeamus. oppiobria.n. ei dicta debent nobis cadere ſuper cor,iuxta illud Pſ. 68. Opprobria exprobrãtium tibi ceciderunt ſuper me. Claui n. & lancea, quę corpus eius pertranſierunt, pertranſire debent corda noſtra, ſicut et matri eius accidit,ſicut Simeõ prędixit ei, Luc.2. Et tuã ipſius animam pertranſibit gladius.Et notandum,ꝙ paſsio interior eſt,quaſi crux, cuius brachiũ ſuperius eſt dolor de memoria crucifixi. Inferius brachium de recordatione propriorum peccatorum. Siniſtrum brachium eſt dolor de pœnali miſeria peccatorum proximorum. Dextrum brachium eſt dolor de perditione animarum. Aug.Sunt ne in te uiſcera Chriſtianę compaſſionis,qui plangis corpus a quo receſsit anima, & nõ plãgis animam a qua receſsit Deus.Eccleſ.22.Luctus mortui ſeptem dies,fatui autem,& impij omnes dies uitæ illorũ. Specialiter cõpaſsio crucifixi magna debet eſſe in uerbis. Cant.1. Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Videmus enim membra infirmari
cùm

tur obſecro ira tua contra me & contra domũ patris mei. Hæc cã bene fuit in Chriſto: iuxta illud Iſa.53. Ipſa uulne ratus eſt ꝑꝑ iniquitates noſtras: & attritus eſt propter ſcelera noſtra. Noſtra eſt paſſio Chriſti non ſolum per oc caſionem, ſed ẽt quantum ad humilitatem. Et ideo debet eſſe noſtra quantum ad hoc. Quintum eſt patientis nobilitas, quæ cã bene fuit in Chriſto qui nobiliſsimus fuit tã quam altiſſimi filius: igitur ualde alienum erãt tale opus ab eo, iuxta illud Iſa.28. Alienum eſt opus eius ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo. Sextum eſt patientis benignitas, hæc maxima cauſa fuit in eo. ad Tit.2. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei, nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed, &c. Cùm aũt ipſe homo benignus & mitis oĩbus eſt, quæ cauſa eſt eum gladio perforari? Item quæ conuenientia ſtipitis rigidi & duri ad hominem benignum & dulcem? Ideo eccleſia in illo dulci planctu quem in dominica de paſſione incipit cãtare. Spiritualiter plangit hoc ꝙ clauis & lãcea mite corpus perforatur, & plangit ꝙ arbor crucis ramos ſuos flectens & naturalis rigor lenteſcat ille quem dedit natiuitas, & ſuperni membra regis miti tendant ſtipite. Septimũ eſt pietas ipſius patientis. Magis.n. cõpatitur ei aliquis quem nouit eſſe pium & cõpatientem: ꝗ ei quem nouit eſſe ſine pietate. Ipſe.n. deus nõ miſeretur hominibus duris ſine miſericordia exiſtentibus. Ideo ſcriptum eſt ꝙ iudicium ſine miſericordia fiet ei qui nõ fecerit miſericordiam. Iac.2. Et propterea tales nõ de facili ſaluantur. Bern. Nemo duri cordis ſalutem unquam adeptus eſt, niſi quando forte miſerans deus abſtulerit ab eo cor lapideum & dederit ei cor carneũ. Et notificat cor durũ, dicens, quid eſt cor durum. Ipſum eſt qđ nec cõpunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, nec minis cedit, duratur ad flagella, ad beneficia ingratũ, ad conſilium inuidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidũ ad pericula, inhumanum ad humana, temerariũ ad diuina, ꝓteritorum obliuiſcens, præſentia negligens, futura nõ ꝓuidens. Vel ut breuiter cuncta cõplectar: Ipſum eſt quod nec deũ timet, nec hominẽ ueretur.

Hæc

Hæc cauſa benè fuit ī Chriſto. Ex cōpaſsione.n.paſſus eſt oīa quæ in mundo iſto paſſus eſt. Videtur aliquibus magiſtris ꝙ fuit maior in eo dolor cōpaſsionis, ꝙ̃ dolor paſsionis, quod ex duobus exiſtimant. Ex magnitudine charitatis eius & cognitione periculorum quæ uidebat euentura in mundo iſto. Compaſsionem ſuam expreſsit lachrymis, Luc. 19. ſ. quādo fleuit ſuper ciuitatem Hieruſalem. Et Io. 11. ubi fleuit Lazarum ſuſcitaturus. Et Io. 18. ubi compatiens diſcipulis adhuc infirmis ait his qui uenerant ut eū apprehenderent: Si quęritis me, ſinite hos abire. Octauum eſt exemplum aliorum compatientium alicui. Hæc enim ſolent hominem excitare ad ſimiliter compatiendum. Quæ cauſa bene inuenitur circa Chriſtum, cui etiam creaturæ inſenſibiles compaſſæ fuerunt, unde Sol radios ſuos abſcondit quaſi traductus tenebras faciens. Petrę ſciſſę ſunt quaſi ei compatientes, & compaſsioni beatę uirginis unigenitum ſuum in cruce conſiderantis. Ad cōpaſsionem etiam nos excitare debet, ꝙ ab indignis pane immo labatur, & morti adiudicabatur, & a peccatoribus morti æternę adiudicatis talia paſſus eſt, qui non habuit etiam aliquem conſolatorem. Pſ. 140. Singulariter ſum ego donec tranſeam. Sequitur de ſecundo modo ſciendi, qui eſt per effectus participationem: hoc modo ſentiunt ea, quę in Chriſto fuerunt illi, qui ex paſsione Chriſti intelligunt quantum cauendum ſit peccatum. Bern. Vide homo, quāta illa ſint uulnera, pro quibus oportuit uulnerari Chriſtū. Sic medicinę exiſtimatio, & doloris, & timoris exaggeratio eſt idem. Ex conſideratione.n.remedij, periculi mei conſidero qualitatem. Item qui intelligunt quantum ſit timendum ſupplicium, quia ſi in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Super quo dicit Aug. Sine flagello nō exiit qui huc ſine peccato uenit: quomodo flagellis digni non ſunt qui huc cum peccato uenerunt? Item qui ad ignem amoris diuini in cruce nobis oſtenſi ad deum amandū ſunt accenſi, ſed nimis coagulata uidentur corda illa q̄ ad ignem iſtum non calefiunt. Eccl. 43. Sol in meridiano exurit terrā: in conſpectu ardoris eius, quis ſuſtinere poterit? Quod de Sole iuſtitię in ſermone paſsionis in-

telligi pōt.Inſenſibilis.n.uidetur qui illum ignem ſentire nō pōt. Item paſsionem Chriſti tanquam ꝑ effectū ſentiunt qui ad unctionem diuinę pietatis ibi nobis oſtenſæ mites & pij efficiuntur.Ibi.n.petra diuiſa fuit ī patiendo, ſed riuos olei fudit miſericordiam ſuā oſtendendo & miſerationem ſuam exhibendo.Nota pro oībus mortuus eſt Chriſtus pro dæmonibus ſubijciendis.Hier.41.Fortis impegit in fortem,&c.pro uinctis educendis.Zach.9.Tu aūt in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu ī quo nō eſt aqua.Et ſic pro impiis iuſtificandis.Pſ.13.Redimet dominus aīas ſeruorū ſuorum,&c. Et ad Ro.4. Traditus eſt ꝑꝑ delicta noſtra.Et ꝑ angelis reparandis.Eph.1.Propoſuit deus in diſpenſatione plenitudinis temporū inſtaurare oīa in Chriſto quæ in cęlis & quæ in terra ſunt in ipſo.Nota Chriſtus reſurrexit à mortuis.1.Cor.15.Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas,&c. Et quia reſurrexit tertia die. Surrexit quidem ueraciter cōtra doloſos.Luc.24. Permanēter contra recidiuos.Rom.6.Chriſti ſurrexit à mortuis,ſ.pro peccātis noſtris:ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.Integraliter cōtra creaturas.Pſ.56.Exurge gloria mea,&c.Celeriter cōtra moroſos.Potentialiter cōtra tepidos vel accidioſos. Io.10.Poteſtatem habeo ponendi aīam meam & iterū ſumendi eam.Figuraliter cōtra hæreticos.1.Cor.15.Si Chriſtus reſurrexit à mortuis:qūo quidā dicunt in uobis, qm̄ reſurrectio mortuorum non eſt, &c. Voluntariè contra coactos.Nunc exurgam dicit dominus,&c.Circa tertium modum uerè ſciendi notandū,ꝙ in epiſtola hodierna monemur ad imitandum Chriſtum in quatuor,ſ.in humilitate,de qua ibi: *Semetipſum exinaniuit*,i.maximè humiliauit. Secundo in charitate,ibi: *Formam ſerui accipiens*. Tertio in obedientia,de qua,ibi: *humiliauit ſemetipſum factus obediens, &c*.Bernar. Non credas aliquod bonum placere ſine obedientia illi qui mori maluit quàm non obedire.Idem:Mementote fratres ut Chriſtus non perderet obedientiam perdidit uitam.1.Reg.15. Melior eſt obedientia quàm uictima. Greg. Obedientia eſt uirtus ſine qua infidelis qui conuincitur etſi fidelis eſſe uideatur.In hoc ꝙ dicitur hu-

miliauit ſemetipſum innuitur ꝙ uoluntariè obedierit nõ coactus. Ioan. 10. Ego pono aĩam meam & iterum ſummo eam, quod eſt contra quoſdam qui non obediunt niſi coacti: ſicut dæmones obediebant Chriſto cũ eos eiecit de obſeſſis corporibus. Quarto in patientia, de qua ibi, uſq; ad mortem, mortem aũt crucis. Iſa. 50. Poſui faciem meam ut petram duriſsimam, duram, ſ. ad uerba: duriorẽ ad uerbera: duriſsimam ad uulnera, &c.

FERIA II.

Ante ſex dies paſchæ. Ioan. 12. Enarratio I.

Conſuetudo eſt pauperum, ꝙ ſæpe illuc conueniant ubi ſe benignè receptos & benignè tractatos memorant. Sic & Chriſtus cum diſcipulis ſuis q ſimiliter pauperes, & inopes fuerunt, ad domum Marthę, Marię, & Lazari ſæpe uenerunt, & maximè tp̃e maioris neceſsitatis, quando. ſ. ad mortem properabat. Nam ibi miſericorditer tractabantur, prout partim in hiſtoria p̃ſentis euangelii clarius demonſtratur. Vbi plura notari cõtingit. Primo eloquium impenſum ſtudioſè, quod unguẽti probat effuſio liberalis, ibi: *Ante ſex dies paſchæ uenit Ieſus Bethaniam ubi fuerat Lazarus mortuus quem ſuſcitauit Ieſus.* Immediatè poſt ſuſcitationem Lazari iudæi diffinierunt occidere Chriſtum, & ideo receſſerat quouſq; appropinquaret paſcha ĩ quo immolabatur agnus paſchalis. Sic Chriſtus qui eſt uerus agnus immolabatur pro nobis immediatè poſt immolationem agni paſchalis figuralis, ut ueritas figuræ ſuccederet. Venit in Bethaniam q̃ eſt ꝓpe Hieruſalẽ ad duo millaria ubi Lazarus fuerat mortuus quẽ ſuſcitauit Ieſus. Illuc. n. uenit Ieſus, ut ex memoria miraculi ibidem facti turba populi moueretur ad eum honorificè recipiendum in Hieruſalem ante ſuã paſſionem, ſicut p̃dictum fuerat ꝑ Zachariam prophetam. 9. Exulta ſatis filia Siõ, ecce rex tuus uenit tibi ſanctus & ſaluator. Dicit aũt: *Ante sex dies paſchæ*, ut intelligas diẽ paſchæ nõ 14. diem menſis primi in qua ad ueſperam immolabatur paſchalis agnus; ut figuratur, Exod. 12. Sed potius dicitur paſcha

quin-

quintadecima dies q̄ tota erat feſtiua. Et occurrit illo an no in feria 6. ī qua paſſus eſt dominus: & ita ſexta die ante diē paſchæ, ſ. in ſabbatho uenis in Bethaniā, qđ interpretatur domus obediētię. Quod benè cōgruit myſterio. Primo quidem quantū ad cām paſſionis, ſcđm illud Phil. 2. Factus eſt obediens uſq; ad mortē. Secundo quantū ad fructum paſsionis, quē conſequuntur ſolū illi q obediūt, ſcđm illud Hebr. 5. Factus eſt oībus obtemperantibus ſibi cā ſalutis æternæ. *Fecerunt aūt cœnā ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus aūt erat unus ex diſcūbētibus cū eo.* Hęc cœna dicitur facta fuiſſe in domo Simonis lepioſi. Mat. 26. licet Orig. dicat eā factā ī domo Marthæ, qa dicitur hic ꝙ ipſa miniſtrabat. Sed nihil hoc ꝓbat, quia Simon uicinus fuit Marthæ. Vel forte ipſe Simō erat diſpenſator ꝑ ꝑ hoc miniſtrabat ī domo eius. Nota ꝙ aliqui dicunt ꝙ iſte Simō non fuit ille lepioſus curatus, ſed alter Simon qui fuit amicus Mariæ & Marthæ, ideo Martha ibi miniſtrabat in domibus amicorum ſuorum. Sed diceres quare uoluit dominus ut comederet Lazarus cum eo? Reſpōdetur primo ut ueritas reſuſcitationis oſtenderetur, & ex hoc ꝙ poſt ſuſcitationem cibum ſumeret, non ſua ſuſcitatio phantaſtica eſſe piobaretur. Secundo ut infidelitas Iudæorū cōfunderetur, hæc Aug. Et ſcđm eum Lazarus dum diſcumbit in conuiuio conuiuis interrogantibus eum triſtia loca pęnarumq; ſedes alta nocte obſcuras, indicauit diligēti narratione per ordinem, & ita inferi longis temporibus ignorati tandem innuerunt ꝓditorem. Et notandum ꝙ hæc cęna fuit facta in Bethania quod cōuenit myſterio: quia dominus in domo obedientiæ ſpiritualiter reficitur delectatus in obediētia noſtra, ſcđm illud Apoc. 3. Si quis audierit uocem meam & aperuerit mihi ianuā, introibo ad illum & cęnabo cum eo. Per Marthā ſignificantur p̄lati qui ad miniſtrandum in eccleſiis inſtituuntur, ſcđm illud. 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti. Per Lazarū reſuſcitatū ſignificantur ſubditi miniſterio p̄latorum à peccatis ad ſtatum iuſtitiæ reducti, qui cū aliis iuſtis ſpūaliter cū domino merentur epulari. Pſ. 67. Iuſti epulentur & exultēt in cōſpectu dei Per Mariā uerò

 ſignifi-

ſignificantur cõtemplatiui, circa cuius miniſterium tangitur unguenti effuſio, ſicut ſubditur: *Maria ergo accepit librã vnguenti nardi piſtici pretioſi, & unxit pedes Ieſu, et exterſit capillis ſuis pedes eius, et domus impleta eſt ex odore unguenti.* Nota bis fecit hoc. Primo ex cõtritione, ſecundo ex deuotione, ibi tm̃ pedes, hic pedes & caput. Quantitas unguenti fuit libra. In quo docemur multum dare ſi multũ fuerit. Tho.4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Et nõ eſt uериſimile ꝙ eſſet aliquod groſſæ materiæ, ſicut sũt unguenta cõiter dicta: quia indecens eſſet tale apponere ſuꝑ caput hominis ſedentis ad menſam. Et ergo ſciendum ꝙ hoc unguẽtum uocatur liquor pretioſus de re aromatica expreſſus, ſicut aqua roſacea exprimitur ex roſis. Aliter dicitur ꝙ fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica. Ideo hic dicitur nardi. Et eſt nomen herbæ nigræ aromaticæ habẽs ſpicas, ſed additur piſtici, quod ſcd̃m Aug. eſt nomẽ loci ubi creſcit talis herba unde talis liquor exprimitur. Sed melius dicitur piſtici, i. fidelis. Piſtis.n. Græcè, fides eſt Latinè: quia ille liquor fuit fidelis, uerus & purus non habens aliquid aliud admixtũ, nec ſophiſticatus. Item additur pretioſi: quia ualebat trecentos denarios. Et ille liquor erat refrigeratiuus & cõfortatiuus membrorũ & conſolidarius & ualde odoriferus. Et cùm pedes Ieſu prius lachrymis lauit & capillis exterſit, tũc poſt hoc illo unguento unxit proſtrata quaſi ad terram, iuxta illud. Pſ. 131. Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Et non ſolũ pedes, ſed & caput Ieſu unxit: ut dicitur. Mat.26. Docemur aũt in hoc facto ꝙ ea quæ pretioſiſſima ſunt apud nos: debemus deo offerre, ſcd̃m Pſ.65. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offerã tibi boues cũ hircis. Et Malac.1. Maledictus doloſus qui habet ĩ grege ſuo maſculum: & uotum faciens offert deo debile. Per librã ſignificatur opus iuſtitiæ: nam ad iuſtitiã pertinet ſingula librare & põderare. Ezec.45. Iuxta menſurã chori erit æqua libratio eorũ. Opus aũt iuſtitiæ debet quatuor uirtutibus eſſe adiunctũ ſi debet eſſe ꝓfectũ. Primo quidẽ pietate, unde dicit unguenti: quod quia inquantũ lene eſt miſericordiam ſignificat. Iac.2. Iudiciũ ſine miſericordia

fiet

fiet ei qui nō fecerit miſericordiā. Secūdo dicit nardi, qđ ſignificat humilitatem. Eccl. 3. Quanto maiores humilia te in oĩbus. Tertio fidē in eo ꝙ dicit piſtici, i. fidelis ſine falſitate. Abacuc 2. Iuſtus ex fide uiuit. Quarto charitatē, unde dicit pretioſi. Sola.n. charitas pretium præſtat uitæ æternæ. 1. Cor. 13. Si diſtribuero in cibos pauperum oēs facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeā, charitatem aūt nō habuero nihil mihi prodeſt. Opere aūt iuſtitiæ ungātur pedes Ieſu & caput. Vbi per pedes intelligimus myſterium humanitatis, per caput uerò diuinitatem, ſecundum illud. 1. Cor. 11. Caput Chriſti deus. Ille intelligitur caput Chriſti & pedes ungere qui diuinitatem & humanitatem eius ueneratur. Vel per caput intelligitur ꝑſona Chriſti: per pedes fideles eius. De quibus Matt. 25. Quod uni feciſtis de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Vnde caput Chriſti ungit qui Chriſtum ueneratur. Pedes uerò qui fidelibus obſequitur. Quia uero capilli ex ſuperfluitatibus generatur, pedes domini capillis terguntur: quando aliquis ex ipſis quæ ſuperfluunt defectui ſubuenit ꝓximorum. Luc. 11. Veruntamē quod ſuper eſt date eleemoſynā, unde & oĩa munda ſunt uobis. Aug. Si habes ſuperflua da pauperibus: & domini pedes terſiſti. Myſticè, pedes Chriſti ſunt pauperes, qui ſunt infirmi per deiectionē, cruci affixi ꝑ afflictionem. Quos primo debes lauare per cōpaſſionem. Iob. 30. Flebā quondā ſuꝑ eo qui afflictus erat: & oĩa mea cōpatiebantur pauperi. Secundo capillis tergere per temporalium cōicationem. Tob. 4. Si multum fuerit tibi, multum tribue, &c. Luc. 11. Date eleemoſynam, &c. Iob. 31. Si comedi bucellam meam ſolus, & nō comedit puſillus ex ea. Tertio oſculari per famliarem locutionem. Eccl. 4. Cōgregationi pauperū affabilē te facito. Quarto ungere per miſerādi hilaritatem. Eccl. 35. In oĩ dato hilarem fac uultum tuum. Deinde caput Ieſu debes ungere, i. in oĩbus gloriā dei quærere. Apoſt. 1. Cor. 10. Oĩa in gloriam dei facite. Et ſic domus cōſcientiæ repletur odore famæ. Nā odor bonus bona fama eſt, & ſic beatus Martin. & dominus apoſtolicus ſcđm Guil. in rōnali cibat pauperes, lauat eorū pedes: quia ſunt pedes capitis

Chriſti in cęlo regnantis. Sed Iudas ex bono odore infici tur & moritur, de quo alij uiuunt: ut ſerpentes de odore uineæ. Vnde per hoc quod dicitur, & domus impleta eſt ex odore, ſignificatur q̃ ꝓpter opera iuſtitię bona fama totam replet eccleſiam. 2. Cor. 2 Odorem ſuæ notitiæ ma nifeſtat per nos ĩ oĩ loco: quia Chriſti bonus odor ſumus. *Dicit ergo unus ex diſcipulis eius Iudas Scariotis, qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum nõ uẽdidit trecentis denarÿs, & datum eſt egenis?* Traditor ille deſcribitur hic ex digni tate. Primo in eo ꝙ dicitur unus de diſcipulis, & in illo oſtenditur, ꝙ nullus in quocunq; excellenti ſtatu conſti tutus debet de ſe p̃ſumere. Quia ut dicitur. Iob. 4. In ange lis ſuis reperit prauitatem. Secundo ex nomine cum ait Iudas, qui interpretatur cõfitens: per quod ſignificatur ꝙ non ſolũ eſt cõfeſſio uirtuoſa, de qua Rom. 10. Ore aũt fit confeſsio ad ſalutem. Sed ẽt eſt confeſsio uituperabilis & mercenaria. Pſ. 48. Cõfitebitur tibi cũ bene feceris ei, &c. Tertio ex crimine cùm dicitur, *Qui erat traditurus eum.* Pſ. 40. Qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſup plãtationem. Ait aũt. *Quare hoc unguentum, &c.* Pro bono tñ unguento ſpũaliter mortuus fuit: ſecundum illud. 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus deo in his q̨ ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Aliis quidem odor mortis ĩ mortẽ: aliis aũt odor uitæ in uitã. Quòd aũt deus tolerauit eũ, dedit nobis exemplum tolerandi malos & perſecutores: de quibus Beda: Væ impio traditori: uæ cõplicibus nequi tiæ, ẽt eius nunc mẽbra Chriſti perſequentibus, qui famã uirtutum, q̃ ipſi habere non merentur, ꝓximis qui hanc habent inuidere nõ ceſſant. *Dixit aũt hoc non quia de egenis pertinebat ad eum,* i. de illis nõ curabat: licet. n. portaret ea, q̃ dabantur Chriſto ad dandum pauperibus: nõ tamen fa ciebat ſed retinebat ſibi. ideo ſubditur: Sed quia fur erat, & uidebat ſibi occaſionẽ furandi ſublatã in effuſione un guenti, ideo murmurabat, & ex ſua auaritia ductus eſt ad ꝓditionem. Sed unde fur fuit innuitur cum dicitur. *Et lo culos habens in quibus abſcondebat ea quæ debebãt in alios uſus expendi,* ideo ſubditur: *Et ea quæ mittebãtur,* ſ. in loculis da ta fidelibus ad uſum Chriſti, & diſcipulorum, & ad uſum.

pauperum portabat, ſ. miniſterio: ſed tollebat furto, i. exportabat. Ex hoc patet ꝙ non derogat perfectioni ſi eleemoſinæ in loculis ſeruentur. Vnde quod dicitur Mat. 6. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, non intelligitur ꝙ nihil deberet obſeruari in craſtinũ: cũ dominus hoc fecerit: qui quaſi ſummum exemplar eſt perfectionis. Sed diceres, cũ dominus ſciret eum eſſe furẽ: quare cõmiſit ſibi loculos? Dicendum primo ſecundum Aug. ꝙ hoc fecit ut doceret nos malos tolerare. Non. n. bonus eſt qui malos tolerare nõ potuit. Aug. de uerbis domini. Et habetur 23. q. 4. Tu bonus tolera malos. Nã & Chriſtus Iudam cum ſciret furem eſſe tolerauit, ad ꝑdicandum miſit, eiq; cum aliis eucharistiam dedit. Sed diceres, tamen dicitur Exod. 22. Maleficos ne ſinas uiuere ſuper terrã. Reſpondet Bartho. Bri. in gloſ. q̃dam ſunt crimina occulta, q̃dam manifeſta. Si occulta, tunc malus ille eſt tollerandus & fraterne admonendus. Si manifeſta, tunc amore corripiẽdus eſt à priuata perſona, ſed à iudice uindicta eſt facienda. Sed diceres, tamen dicitur Iſa. 52. Recedite, exite inde: immundũ ne tetigeritis. Reſpõdetur ꝙ hoc intelligitur ſpũaliter exire & non corporaliter: ut habetur 23. q. 4. tolerandi. ubi dicitur. Tolerãdi quidẽ ſunt mali ꝑ pace. Nec corporaliter ab eis recedatur, ſed ſpũaliter: exire eſt facere quod pertinet ad correctionẽ malorum quantum licet ꝑ gradu cuiuſq; ſalua pace. Vnde dicitur Cant. 2. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias, &c. Secundo ut ei occaſionẽ ꝑditionis auferret: cùm haberet ex loculis cõcupiſcentię mitigationẽ. Tertio ut doceret ꝙ ſpiritualia maioribus, teporalia uerò minoribus eſſent cõmittenda. Vnde in primitiua eccleſia apoſtoli ordinauerunt ſeptẽ diaconos, quibus temporalia cõmiſerunt: ut ipſi liberius poſſent orationi uacare & ꝑdicationi. Et alij diſcipuli incitati per Iudam ẽt murmurauerunt: ut habetur Mat. 26. & Mar. 14. Veruntamẽ illi erant moti pietate. Iudas autem cupiditate. *Dicit ergo Ieſus. Sinite illam ut in die ſepulturæ meæ ſeruet illud, pauperes. n. ſemper habebitis uobiſcum: me aũt non ſemper habebitis.* Sciendum ꝙ multa bona opera fiunt, de quibus ſi peteretur conſilium antequam fiant non

mero & non merito ſicut ſerui ſunt: non ſemper habebũt Chriſtum, ſed filij ſunt eum ſemper habituri. Ioan. 8. Seruus non manet in domo in æternum: filius aũt manet in æternum. Dicit ergo Iudæ: Me non ſemper habebis: quia tu indignum ad hoc feciſti. Vel quaſi diceret ſcd̃m Chryſ. Video quia grauaris de mea præſentia: ſed expecta parũ & abibo. Conſequenter pro ſecundo principalĩtagitur miniſterium exhibitũ glorioſè, quod ſuſcepti probat acclamatio popularis: *Cognouit ergo turba multa ex Iudæis: quia illic eſſet, & uenerunt non propter Ieſum tantùm: ſed ut Lazarum uiderent quem ſuſcitauit à mortuis*. Vbi ſciendum ꝙ illi audientes Ieſum eſſe in Bethania uenerunt ad ipſum. Sic & nos ubi ſcimus eũ eſſe feſtinãter uenire deberemus. Mat. 11. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam uos. Propter duplicem aũt cãm illi uenerunt. Primo ut fruerentur doctrina & uiſione Chriſti, ſecundo ut uiderent Lazarũ: quia ſperabant eum aliquid de alia uita referre. Sed ſtulti non crediderunt ꝙ aliquis ſit ab inferis reuerſus. De quibus dicitur Sap. 2. Nõ eſt reuerſio finis noſtri: quoniã cõſignata eſt, & nemo reuertitur, ſ. ab inferis. cùm tamen Lazarus reuerſus eſt. *Cogitauerunt aũt principes ſacerdotum, ut Lazarum interficerent: quia multi propter illũ bibant ex Iudæis & crediderunt in Ieſum*. Aug. O ſtulta cogitatio, & cęca ſęuitia: dominus Chriſtus qui ſuſcitare potuit mortuũ, nunquid & occiſum? Nã utrunq; fecit dominus: ſuſcitauit Lazarum mortuũ & ſemetipſum occiſum. Sed quare magis Lazarum uolebãt interficere, q̃ paralyticum uel cæcum natum. Ad hoc aſſignat Chryſ. quatuor rõnes. Vna quia illud miraculum erat euidẽtius coram multis, & ꝙ inopinabile eſt uidere mortuum quatriduanum ambulantem & loquentem. Secundo quia Lazarus ꝑſona inſignis erat: cæcus aũt ꝑſona ignobilis: Vnde eiecerunt eũ de templo. Tertio quia miraculum illum factum fuit in feſtiuitate: & ideo totus populus iudæorum ad feſtum cõueniens admirabatur, & dimittentes feſtiuitatẽ in Bethaniã ueniebant. Quarto quia in aliis Chriſti miraculis nitebãtur eũ ꝓſequi in uiolatione ſabbati, & ꝑ hoc turbas ab eo abducere: ſed hic nihil taliũ facere poterant. Vnde quia

in

dæos & gentes.Sed alij euangeliſtæ ſcribentes eccleſię gẽtium Græco ſermone,ſolũmodo mentionẽ pulli faciunt: quia ꝙ gentium ſalutem ſpecialiter reſpicit attendunt. Item dicitur:Hæc nõ cognouerunt diſcipuli eius primũ. In quo conſiderare poſſumus humilitatem euangeliſtæ, quia nõ ueretur ſui & aliorum diſcipulorum ignorantiã, quia iuſtus in principio accuſator eſt ſui,ut dicitur Prou. 10.Sed quãdo glorificatus eſt tunc cognouerunt,quia plenitudinẽ ſpiritusſancti receperũt,ex qua facti ſunt oĩbus ſapientibus ſapientiores Iob 32. Inſpiratio oĩpotẽtis dat intelligentiã.*Teſtimoniũ ergo perhibebat turba quæ erat cum eo,quando Lazarũ uocauit de monumẽto, et ſuſcitauit eũ à mortuis:propterea quia obuiam uenit turbæ* Cã obuiatiõis ꝑdicta. fuit teſtimonium turbę q̃ erat cum eo, quãdo ſuſcitauit Lazarum.Et illud ſignũ euidentius erat & mirabilius. Iõ ultimũ ipſum ſeruauit,ut magis imprimeretur memorię. *Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: uidetis quia nihil proficimus:ecce totus poſt ipſum abijt.* Sc͞dm Aug.eſt uerbum phariſæorum inuidentium.Vnde dicunt.Nihil ꝓficimus ĩ malitia noſtra nõ ualentes eum impedire.Hoc modo accipitur ꝓficere. 1.Tim.3.Mali aũt homines & ſeductores ꝓficiunt in peius errãtes & in errorem mittentes. Sc͞dm uerò Chryſ. eſt uerbum credentium occultè ꝓpter metũ Iudæorum: tamen dicunt hoc ut retrahãt eos à perſecutiõe Chriſti,acſi dicerent:Quãtò magis inſidiamini, tãto magis augetur gloria eius:quare ergo nõ deſiſtitis à tãtis inſidiis? Cõſequenter ꝓ tertio principali tãgitur myſteriũ demõſtratum fructuoſè,quod fructuoſitatis ꝓbat expoſitio generalis,cum dicitur. *Erant aũt gentiles quidam ex his qui aſcenderant ut adorarẽt in die feſto.* Volens euãgeliſta deſcribere myſterium dominicę paſſionis ꝑmittit deuotionem gentilium ad Xp̃m,qui ad hoc uenerũt ĩ Hieruſalẽ, ut honorarent Xp̃m. Et dicit quidem gloſa interlinearis, ꝙ tales fuerunt ꝓſelyti & conuerſi ad ritum Iudæorum ꝓpter ꝑdicationem ipſorum.Mat.23.Circumitis mare & aridã ut faciatis unum ꝓſelytum. Sed melius dicendum ſecundum Chryſ.ꝙ ſicut habetur.2.Mach.3. Tẽplum dei quod erat in Hieruſalem ita in ueneratione habebatur,

à cunctis

à cunctis populis & regibus uniuerſæ terræ, ut maximis muneribus illuſtraretur. Et ideo contingebat ꝙ in diebus feſtis multi ẽt gentiles ex deuotione aſcendebant Hieruſalẽ. Simile habetur Actu. 8. de eunucho Cãdacis reginæ. *Hi ergo acceſſerũt ad Philippum, qui erat à Bethſaidæ Galileæ: & rogabant eum dicentes. Domine uolumus Ieſum uidere.* In quo ſignificatur ꝙ gentiles, qui Chriſtum corporaliter nõ uiderant miniſterio apoſtolorum ad fidem conuerſi deſiderabant eũ uidere glorificatum in patria. 3. Reg. 10. Oĩs terra deſiderabat uidere faciem Salomonis. Sciendum ꝙ Chriſtus per ſe ꝑdicauit Iudæis. Ro. 10. Dico Chriſtum miniſtrum fuiſſe circuncifionis ꝑ ueritatem dei ad confirmandas promiſſiones patrum, per apoſtolos aũt gentilibus. Mat. 8. Euntes docete oẽs gentes, &c. Hoc ergo hic bene figuratur, ubi gentiles non ad Chriſtum, ſed ad Philippum uenerunt. Et hoc conuenienter: quia ipſe primus prędicauit his. qui erant extra ritum iudæorum, ſ. Samaritanis. Actu. 8 Philippus aũt deſcendit in Samariam, & ꝑdicabat illis Chriſtũ. ſubdit: *Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dicunt Ieſu.* In quo datur nobis exemplum ꝙ oĩa de conſilio maiorum ſunt facienda. Sic ẽt Paulus aſcendit Hieroſolymam & cõtulit cum apoſtolis euangeliũ, qđ in gentibus ꝑdicabat, ut habetur Gal. 2. ſubdit: *Ieſus aũt reſpõdit eis dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis:* ubi ꝑnuntiat ſuam paſſionem in clarificatione. Et ſciendum ꝙ tripliciter clarificatus eſt. Primo in ſua paſſione. Heb. 5. Nõ ſemetipſum clarificauit, ut pontifex fieret, ſ. ĩ ara crucis: ſed qui locutus eſt ad eũ. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Secundo in reſurrectione & aſcẽſione: prius. n. oportuit ipſum reſurgere & in cęlum aſcẽdere, & ſic clarificatus mittere ſpiritum ſanctum ĩ apoſtolos, ꝑ quos gentes cõuertendæ erant. Tertio per cõuerſionem gentilium, qui eius diuinitatem ubiq; confitentur. Phil. 2. Oĩs lingua confiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. *Amen amen dico uobis: Niſi granum frumenti.* Hoc euangelium quære in feſto ſancti Laurentij, ſed huc ẽt pertinet. Conſequenter pro quarto principali tangitur miraculum declaratum clamoroſè, quod

tonitrui ꝓbat apparitio uirtualis cùm ſubditur. Nũc aīa mea turbata eſt, & quid dicam: Pater ſaluifica me ex hac hora. Turbari uoluit ꝑ duo. Primo ꝑ fidei documẽtũ, ſ. ut ueritatem humanæ naturæ cõprobaret. Secundo ꝑ exemplum: ut cùm turbamur non recuſemus mortẽ ſuſtinere, ne deficiamus. Hebr. 4. Non. n. habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: unde patet cõtinuatio ad p̃cedentia: dixerat. n. *Qui odit animam ſuam &c.* In quo diſcipulos ad paſſionẽ exhortatus fuerat. Ne aũt dicant aliqui: O domine ſecurè potes mortem ſubire quia nihil mali ſentis: ideo contrarium uoluit oſtenderet per talem turbationem. Et per conſequens non eſt recedendum ab eius imitatione propter naturalem horrorẽ. Nam ſi nullam paſſionem ſenſiſſet in aīa, non fuiſſet ſufficiens exemplum hominibus ad mortem ſuſtinendam. Et quia naturale eſt hóminibus in anguſtiis conſtitutis ꝙ turbari deberent, iam ſtatim ſubdit: Quid dicam. q. d. Quid faciendum eſt poſt turbationem: unde format ſuã petitionẽ dicens: *Pater ſaluifica me ex hac hora,* i. libera me à tribulatiõe quæ mihi imminet in hora paſſionis Pſ. 68. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ uſq; ad aīam meam. Sed diceres, tamen in hac petitione non uidetur exauditus: quia paſſus eſt, licet dicatur Hebr. 5. Exauditus eſt pro ſua reuerentia. Dicendum ꝙ in illis eſt exauditus, quæ ipſa iõ ex parte ſua petebat, & ut exaudienda. Hoc autem quod hic petit non proponit ex parte ſua, nec ut exaudienda: ſed ut exprimens naturalem affectum, qui uult non mori. Ideo dixit quaſi interrogatiuè, ut quid dicam nũc hic, ſ. *Pater ſaluifica me ex hac hora,* q. d. Non dicã hoc, ſed propterea ueni in hanc horã. *Pater clarifica nomen tuum,* ubi repellit petitionem ex motu naturalis appetitus propoſitam dicens: *Sed propterea ueni &c.* q. d. Non eſt iuſtum ut liberer ab hac hora paſſionis: quia ideo ueni ut paterer, uoluntariè utiq; non coactus. Eſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe uoluit. Petitionem ſuam proponit, ideo dicit: *Pater clarifica nomen tuum,* q. d. Affectus naturalis petit ut clarificetur nomen, i. notitia tua ꝑ paſſionem meã. Nam ante paſſionẽ Chriſti nomen patris tãtùm notum erat in

Iudæa.

Iudæa.Pſal.75.Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius.Sed poſt paſsionem Chriſti clarificatum eſt in gentibus.Malac.1.Ab ortu ſolis uſque adoccaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. *Venit ergo uox de cælo dicens:Clarificaui & iterum clarificabo.* Iſta uox fuit uox patris,licet fuerat formata à tota Trinitate, tamen ſpecialiter formatur ad repræſentandam perſonam patris. hæc uox ait,*Clarificaui*,i.clarum genui ab æterno.Sap.7. Candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis. Vel clarificaui in natiuitate, quando angeli cecinerunt:Gloria in excelſis Deo.Luc.2. Et in miraculis in uita ab eo facti. *Et iterum clarificabo,* per ſigna deitatis,ſ. in paſsione:in qua triumpabit de diabolo & in reſurrectione, & aſcenſione, & in totius mundi conuerſione. Act.3.Deus patrum noſtrorum clarificauit filium ſuum Ieſum,&c. *Turba ergo quæ ſtabat & audierat,dicebat:Tonitruum factum eſt. Alij dicebant: Angelus dei locutus eſt ei.* Quidam.n.carnales & rudes & illi non perceperunt uocem illam:niſi quantum ad ſonum:& ideo dicebant. *Tonitruum factum eſt*,i.aliquid per modum ſoni confuſi, ſed non uſquequaque decipiebantur.uox.n.domini tonitruū erat:quia ſignificationem mirabilem habebat.Iob.37. Tonabit Deus in uoce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia.Et Pſ.76. Vox tonitrui tui in rota. Alii uerò tutiores & magis perſpicaces perceperunt de ſua uoce,q eſſet ſonus uocis articulatæ & ſignificatiuæ, unde dixerunt eam locutionem. Sed credētes Chriſtum eſſe purum hominem,dixerunt angelum ei loqui,ſicut aliquando in ſcripturis dicitur:quia angeli prophetis loquebantur.Vnde dicebant: *Angelus locutus eſt ei: Reſpondit Ieſus et dixit:Non propter me hæc uox uenit,ſed propter uos.* Nihil.n. ei ſignificauit hæc uox quod ante neſciret : quia in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei abſconditi: ideo hæc uox non propter eum uenit, ſed propter eos qui præſentes erant ut inſtruerentur.In quo datur intelligi ꝙ multa diſpenſatiuè propter nos circa Chriſtum facta ſunt,non ut eis Chriſtus indigeret.Rom. 15.Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt, &c.

De

De eodem. *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum. Ioan.* 12. Enarratio II.

IOannes Meſue in prima practica dicit: Vinū oleo mixtum uulneribus infuſum, omnem ſedat & ſanat tumorē corporis & dolorē. Spiritualiter, uinū cōpunctionis & oleum deuotionis intimæ infuſum uulneribus paſsionis dominicæ omnem ſedat tumorem ſuperbiæ. Vnde Hugo de ſacramentis dicit: Paſsionis Chriſti frequēs meditatio tā corporalem quā ſpiritualem dolorē alleuiat & languorē. Figuratur Num. 21. ubi dicitur, ꝙ uulnerati ꝑ ignitos ſerpētes ſanabātur per aſpectum ſerpentis æneí, quē pro ſigno poſuit Moyſes. Spiritualiter, ſic uulnerati per ſerpentē igneum, i. diabolum qui eſt ſerpens aſtutior cunctis animantibus. ſicut dicitur Geneſ. 3. Sanantur per Chriſtū in patibulo crucis ſuſpenſum. Greg. in regiſtro: Nulla mihi ſalus, nulla uirtus corporis & animæ niſi in Chriſti feliciſsima paſsione. Cuius memoriam hoc in tēpore oēs habere debemus, qui oēs nos attraxit: ut dicitur in textu: *Si exaltatus fuero a terra, &c.* In ſumma uerborū duo innuuntur. Primo innuitur paſsionis genus. Secundo ſubdit eius fructus. De primo dicit. *Si exaltatus fuero a terra.* Pro quo ſciēdū, Chriſtus noluit mori in aliqua domo nec ſub aliquo tecto: ſed in aere uoluit exaltari multis rōnibus. Prima, nā aer eſt elementum cōe, & non alia elementa. Nam homo pōt habere propriam terrā uel propriam aquam, uel proprium ignem. Aerem uerò propriū nemo pōt habere. Eſt etiam elementum medium inter cœlum & terram. Et eſt elementum immundum ex fumo, ſ. hoſtiarū idolis immolatarū. Chriſtus igitur in aere uoluit exaltari, ad innuendum ꝙ ſicut aer eſt oībus cōis: ſic paſsio Chriſti. Nā paſsiones aliorum ſanctorum fuerunt propriæ: qa quilibet paſſus eſt ꝑꝑ ſe: quia Petrus eſt paſſus ꝑꝑ ſe: Paulus propter ſe, & ſic de aliis. Sed Chriſtus paſſus eſt non propter ſe, ſed cōmuniter propter oēs. Paſsio. n. eius fuit cōmunis illis qui ſunt in cœlo, i. angelis qui ſunt reparati. Illis qui ſunt in mundo, i. hominibus qui ſunt per ſuam paſsionem ſaluati. Col. 1. Pacificās per ſanguinē crucis eius ſiue quæ in terris, i. homines, ſiue quæ

fieret & fidelis pontifex ad deum,ut propiciaret delicta populi.Secũdo habuit æqualitatem cum utraque parte : quia æqualis fuit deo inquantum deus & æqualis homini inquantum homo uerus. Et ideo nulli parti potuit eſſe ſuſpectus. Vnde dixit humano generi. Pſ. 11. Ponam in ſalutari.&c. Reſpondit homo : Fiducialiter agam in eo : quia ipſe eſt frater meus. Tertio habuit autoritatem arguendi & compeſcendi utranque partem. Arguiſſet.n.hominem ſi uoluiſſet dignam ſatisfactionem facere. Iſa. 11. Iudicabit in iuſtitia pauperes ; & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Arguiſſet quodam modo ẽt deum ſic dato per impoſsibile ꝙ uoluiſſet ſatisfactionem condignã recipere. Vnde ipſe dixit Eſa. 1. Venite & arguite me dicit dominus. Tertio uoluit in aere exaltari, ut ipſum aerem immundum ſanctificaret & mũdaret. Sanctificauerat quidem terram 33. annis ſuper ipſam ambulando. Sanctificauerat aquam in ipſa ſe baptizari faciẽdo. Sanctificauerat ignem ſpiritum ſanctum in ſpecie ignis mittendo nõ reſtabat niſi ut ſanctificaret aerem, non ſub tecto, ſed in eo aere moriendo. Quarto eſt exaltatus ut à cunctis uideretur, ut ſic plures ei compaterentur. Thr. 1. O uos oẽs qui tranſitis per uiam attendite & uidete ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Bern. Sic cogitanda eſt eius ignominia ut nõ recedat à memoria. Quinto eſt exaltatus ut diſperſos colligeret. Nã corpus ſuum habuit ſe ut uexillum eleuatum ĩ quo depicta fuit imago dei patris, ut oẽs peccatores à quatuor plagis terræ colligeret. Sexto exaltatus eſt ut uictorem ſe oſtenderet. Io. 12. Nunc iudicium eſt mundi: Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Qđ figuratum fuit Exo. 17. Cùm eleuauit Moyſes manũ uincebat Iſrael, &c. Sic Chriſtus eleuãs manũ in cruce nos roborauit ad pugnam. Septimo eſt exaltatus ut mundũ illuminaret. Luc. 12. Nemo accẽdit lucernã & ĩ abſcõdito ponit: neq; ſub modio, ſed ſuper candelabrum. Spũaliter, lucerna natura humana eſt quã accendit deus lumine diuinitatis: & poni ꝑmiſit ſuper candelabrum crucis. Ideo Iſa. 62. Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalẽ nõ quieſcam: donec egrediatur ut ſplẽdor iuſtus eius, & ſal-

uator eius ut lāpas accendatur. Propter Sion.i. ꝑꝑ ſacerdotes & principes: & ꝑꝑ Hieruſalem.i. ꝑꝑ populares iudæorum non tacuit Iſaias ꝑdicare Meſsiam occidendum à futuris iudæis. Octauo eſt exaltatus ut mundum captū oſtenderet. Sicut rex cùm cęperit aliquam ciuitatem exaltat uexillum ſuū ſuper turrim: ſic Chriſtus uoluit ſeipsū in cruce exaltare: ad deſignandum ꝙ mundus captus erat ab eo. Vnde Iſa. 13. Super montem caliginoſum leuate ſignum: exaltate uocem, &c.i.ò uos doctores ꝑdicate exaltatum per paſsionem. Dixi ſecūdo, ſubiungitur paſsionis fructus cùm dicitur: *Omnia trahā ad me ipſum.* Reuera Chriſtus per ſuam paſsionem traxit ad ſe oīa, ſ. cœleſtia, terreſtria & infernalia. Traxit.n. cœleſtia patrem reconciliando: traxit terreſtria populum gentilem ad fidem adducendo: traxit infernalia ſanctos patres qui erant in limbo liberando. Ideo uoluit Chriſtus in cruce exaltari per caput ſurſum ut deum reconciliaret: per pedes deorſum ut infernum conculcaret: per dextram manum ad aquilonē extenſam ut gētes in frigore infidelitatis poſitas attraheret: ꝑ manum ſiniſtram ad auſtrum extenſam, ut Iudæos in quibus aliquando candor fidei uiguerat, & iam in eius paſſione cæcitas fuit: meritò reprobaret. Nihilominus tamē quotidie trahit ad ſe peccatores ad fiduciam & ad ſpem, quando cōſiderant corporis in cruce poſiti diſpoſitionē. De qua diſpoſitione ſic dicit Bern. Quis non rapiatur ad ſpei impetrādæ fiduciam, qui eius conſiderat corporis diſpoſitionem? Vide caput inclinatum ad oſculum, brachia extenſa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedum affixionē ad nobiſcum commanendū, corporis extenſionē ad ſe nobis totaliter impendendū. Ex quibus uerbis habetur ꝙ Chriſtus iuſtus in cruce exiſtens per ſex modos peccatores ad ſe traxit. Primo per capitis inclinationē ſicut amicus nutu capitis uocat amicum ut det ſibi oſculum. Iſtud oſculum petebat humanum genus, dicens Cant. 8. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ ut inueniā te ſolū foris & deoſculer: & iā me nemo deſpiciat? Habet aūt deus duo labia, ſ. gratiā & gloriā, & homo ſimiliter

ſimiliter habet duo labia,ſ.ueritatem & pacem.De quibus dicitur Zach.8.Veritatem tantùm & pacem diligite.Homo igitur debet oſculari deũ tantùm duobus labiis ſuis, ſ.cum ueritate & pace, ut.ſ.ueritatem de ſe in cõfeſsione dicat.Et cum deo & proximo pacem habeat: & tunc deus ipſum deoſculabitur duobus labiis ſuis,ſ.cum gratia & gloria ſua:quia dabit ſibi gratiam in præſenti, & gloriã in futuro.Pſ.83.Gratiam & gloriã dabit dominus. Notabile eſt aũt ꝙ Chriſtus in cruce paſsionis caput inclinatũ habuit ad dexteram.Siue ut per hoc ſignificaret ꝙ patiebatur propter peccatum quod fecerunt primi parentes cum dextera. Siue ut per hoc innueret quod nõ uocabat hominem ad leuam,i. ad uitam temporalem, ſed dexteram,i. ad uitam cœleſtem. Siue ut per hoc oſtenderet ꝙ in his quæ facimus non ſiniſtram, ſed rectam intentionẽ habere debeamus, iuxta illud Mat.5. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Secundo trahit per brachiorem extenſionem: ſicut mater trahit puerũ ad ſe brachia aperiendo.Deus habet duo brachia,ſ. ſiniſtrum quo congregat ad fidem & ſui cognitionem. Et dextrum quo deportat ad beatitudinem.Vtrũque autem brachium deus olim clauſum tenebat:quia nulli ueritatem ſuæ fidei dabat, & nullum ad beatitudinem ſuam ducebat.Tandem aperuit brachium ſiniſtrum,quando ad fidem ueram duxit ad populum Iudæorum. Dextram autem non aperiebat: quia nullum ad gloriam recepiebat.Modò autem utrumq;brachium apertum habet, quia fidem & ſui cognitionem omnibus tribuit:& ad ſuam beatitudinem fideles recipit. Vnde quælibet fidelis anima dicere poteſt illud Cant. 8. Leua eius ſub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Leuam ſuam deus ſub capite ponit, quando in præſenti uita ſui cognitionem & fidem infundit: dextera illius amplexionem tribuit: quia ſanctos ſibi æternaliter unit. Vnde ẽt quilibet fidelis poteſt dicere illud Pſal. 72. Tenuiſti manum dexteram meam,& in uoluntate tua deduxiſti me:per uiam tuæ ueritatis me ducendo, & cũ gloria ſuſcepiſti me, ad tuam beatitudinem me recipiendo. Tertio trahit nos per manuũ perforationem. Sicut libe-

talis trahit egenum ad ſe ueniendum. Habuit aũt Chriſtus manus in cruce apertas, confixas, & ꝑforatas. Habuit apertas ad innuendum ꝙ dat faciliter & liberaliter: quia gratiam ſuam oĩbus offert. Hebr. 12. Tanquam filiis uocatis ſe offert deus. Sap. 6. Præoccupat qui ſe concupiſcunt ut illis ſe prior oſtẽdat. Ideo dicitur de multis. Eccl: 4. Nõ ꝓtrahas datum anguſtianti. Habuit manus confixas, ad innuendum ꝙ dat immutabiliter & perſeuerãter. Eccl. 2. Reſpicite filii nationes hominũ, & ſcitote qm̃ nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. Quis. n. permanſit in mãdatis eius & derelictus eſt? Pauci autem ſunt qui habent iſtam immobilem uoluntatem ſeruiendi & benefaciẽdi, imò dicitur de multis illud Pſ. 18. Confitebitur tibi cùm beneféceris eis. Eccl 6. Eſt amicus ſocius menſæ: & non permanebit ĩ die neceſsitatis. Habuit manus perforatas: quia de oĩbus largiter & abundanter. Sicut. n. uas ꝑforatum largiter effundit liquorem in eo contentũ: ſic Chriſtus largiter tribuit & effundit gratiam ſuã. 1. Tim. 6. Qui p̃ſtat nobis oĩa abundè ad fruendum. Iacobi 1. Qui dat oĩbus affluenter, i. abundanter, & non improperat. Non ſolùm aũt eſt liberalis ſed quodammodo prodigus: quia habet manus ꝑforatas. Sicut dicitur de aliquo prodigo, qui nihil ſcit retinere iſte habet perforatas manus. Valde prodigus eſſet qui pro potu patrimonium ſuum daret: ſic Chriſtus pro potu aquæ frigidæ dat mercedẽ cæleſtis patriæ aut gloriæ. Mat. 10. Quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ: amen dico uobis nõ perdet mercedem ſuam. Chriſtus. n. fuerat in uita ſua ualde liberalis: quia multa bona & beneficia dedit: ĩ fine aũt ſuæ uitæ quodammodo fuit prodigus: quia nihil ſibi retinuit, ſed oĩa dedit etiam uſque ad ueſtes. Nam Petro eccleſiam dedit. Ioanni dedit matrem ſuam chariſsimam. Patri ſuo dedit animam ſuam pretioſam. Latroni dedit paradiſum. Nicodemo & Ioſeph corpus ſuum proprium, nobis omnibus dedit ſuum ſanguinem pretioſum, & ipſis crucifixoribus ueſtimenta ſua. Quarto trahit per lateris apertionem: ut eius amorem præcordialem cognoſcamus: ſicut amicus amicum trahit ut amorem ſuum ſibi

oſtendat:

oſtendat: amor autem aliquando oſtenditur ex ſermone, iuxta illud Mat. 12. Ex abũdãtia cordis os loquitur. Quã do.n. cor abundat in amore, os abũdat in ſermone. Aliquando amor manifeſtatur in opere, & iſte amor eſt de quo dicitur Ioãnis tertio. Non diligamus uerbo nec lingua, ſed opere & ueritate. Aliquando amor radicatur in corde: de quo dicitur Mat. 22. Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo. Primus amor qui eſt ſermone, nihil eſt niſi adſit amor qui eſt in opere. Nec primus nec ſecũdus aliquid ualet niſi radicetur in corde. Primum amorem nobis Chriſtus oſtenderat in ſuæ ſalubri eruditione, ſecundum oſtenderat in multiplici beneficiorũ largitione, ſed tertium, ſ. ꝑcordialẽ nobis oſtendit in lateris apertione. Bern. Clauus penetrans clauis reſerãs factus eſt mihi. Quid.n. uideam per foramen, clamat clauus, clamat uulnus ꝙ deus uerè ſit in Chriſto mundũ recõciliãs ſibi. Quinto trahit nos per pedum affixionem, ſicut amicus poſitus in carcere trahit amicum ad ſe uiſitandum: ſic Chriſtus ꝑꝑ amorem noſtrum incarcerari ſe fecit quando in cruce affigi uoluit. Debemus aũt ad pedes ſuos currere: quia ſicut dicitur Deut. 33. Qui appropinquant pedibus eius accipiẽt de doctrina illius. Ad pedes ergo eius peccatores debent currere & tribulati. Nam unus pes eſt tinctus oleo: iſtud.n. oleum eſt miſericordia uiſceroſa. Deut. 33. Tingat in oleo pedẽ ſuum. Secundus pes eſt tinctus ſanguine: iſte eſt eius paſſio glorioſa. Pſ. 67. Vt intingatur pes tuus in ſanguine. Peccatores.n. accedant ad pedes tinctos oleo miſericordię, & inueniẽt medelã & ſanatione. Iſa. 61. Spiritus domini ſuꝑ me eo ꝙ unxerit me: ad annuntiandum manſuetis miſit me: ut moderer cõtritis corde. Tribulati accedant ad pedem intinctum ſanguine, & ibi inuenient conſolationem. Greg. Si paſſio Chriſti ad memoriã reduceretur, nihil tam durum quod non æquo aĩo tolleretur. Sexto trahit per ſui corporis extẽſione: ſicut amicus trahit amicum extendẽdo ſe totaliter ad ipſum. Poſtquã igitur Xps ꝓ nobis ſe totaliter extendit, debemus & nos ad ipſum extendi, & ab ipſo trahi. Nam extendit ſe pro nobis de cœlo uſque ad uterum uirginis

glorioſæ, de utero in præſepium, de prǽſepio in mundum, de mundo in patibulum, de patibulo in ſepulchrū, de ſepulchro in limbum, de limbo rediit in mundum, de mundo ſe extendit uſque ad cœlum, de cœlo ſe extendet uſque ad iudicium.

FERIA III.

De Epiſtola. *Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad uictimam. Hiere. 11.* Enarratio I.

AMbroſius in hexameron, dicit: Vbi taurus mactatur, eiuſq; ſanguis effunditur, mox ad illum locum tauri cęteri ſiue boues clamando confluunt & occurrunt. Spiritualiter, ſic Chriſtus pro nobis occiſus eſt, & eius ſanguis effuſus. Ideo deuotis fletibus ei occurramus, & uota noſtra lamentabiliter offeramus. Nam dicit Sextus Pytagoricus quod nulla ſalus cernitur ubi Chriſti ſaluberrima paſsio à mentis intuitu elongatur. Ne igitur eius paſſio à noſtra remoueatur memoria ꝓponitur nobis ab Hieremia hodie in epiſtola ſuæ innocentia paſsionis, dicens. *Ego quaſi agnus manſuetus, &c.* In uerbis prædictis duo innuuntur. Primo Chriſti innocentia, ibi: *quaſi agnus manſuetus.* Secundo ſubditur ſalutaris uictima, ibi: *qui portatur ad uictimam.* De primo, dicitur: *Ego quaſi agnus manſuetus.* Nota Chriſtus in ſcripturis agnus appellatur propter manſuetudinem & innocentiam. Nam ſicut dicit Iſido. Cætera animalia armauit natura ſolum agnum dimiſit inermen. Non enim habet cornua ad uentilandum, nec dentes ad mordendum, nec unguens ad lacerandum: ſed manſuetus & innocens inuenitur. Eodem modo Chriſtus nunquam alicui nocuit, ſed omnibus profuit. Dicitur autē Chriſtus in autoritate præmiſſa agnus & agnus manſuetus & àgnus uictimatus. Agnus autem ſecundum Iſid. dicitur ab agnoſcendo, quia inter innumerabiles greges ſolo balatu matrem cognoſcit. Eodem modo Chriſtus dicitur agnus ab agnoſcendo, cùm in cruce exiſtens tria genera perſonarum agnouit. Agnouit patrē & matrē ſuos crucifixores. Nam patrem agnouit animā

ſuam ſibi commendando, dicens: Pater in manus tua cõmendo ſpiritum meum. Dicitur etiam & ſcriptum reperitur ꝙ Chriſtus in cruce exiſtens totum illum pſalmum, Deus deus meus reſpice in me, ſilenter dixit, deinde aliũ pſalmum: In te domine ſperaui, ſilenter dicere incępit. Et cum peruenit ad illum uerſum, in manus tuas, &c. fortiter clamauit, dicens: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. In hoc dat nobis exemplum ut cũ ad extrema appropinquemus, ſpiritum noſtrũ deo cõmendemus. Et hoc tribus de cauſis. Primo ut deus ab inſidiis dæmonũ ſpiritum noſtrum cuſtodiat. Dęmones.n. ſunt in iſta uita parati ut rapiant aĩam. Sed aĩa quę eſt in manu dei nullum debet timere: quia dicitur Ioan. 10. Nõ rapiet eas quiſquam de manu mea. Secundo ut aĩam noſtram ꝑ angelorum miniſterium ad cœlum deducat. Exod. 23. Ecce ego mitto angelum meum qui ꝓcedat te & cuſtodiat in uia, & introducat te in locum quem ꝑparaui. Tertio ut à morte æterna animam cuſtodiat. Sap. 3. Iuſtorum aĩæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis. Secundo agnouit iſte agnus matrem de ea ſpecialem curã habendo, & Ioanni eam commendando, cùm dixit: Ecce mater tua. In hoc dat nobis exemplum ut de parentibus noſtris uſq; ad mortem curã & diligentiam habeamus. Petro quidem commendauit eccleſiam. Ioanni uerò cõmendauit matrem ſuam. Si inueniſſet aliquos digniores, certum eſt, ꝙ talem theſaurum eos feciſſet cuſtodire, pecuniam uerò Iudæ recommendauit, ad innuendum ꝙ pecunia temporalis & uilis res & indigna eſſet: & ideo eam cuſtodi indigno & uiliſsimo recommendauit. Nos igitur ſtudeamus ut exemplo Ioannis uirginem beatam accipiamus in matrem ſi uolumus eam habere adiutricem. Cum enim ſit triplex ſtatus hominis, ſicut dicit Aug. ſ. in uita, in morte, & poſt mortem: ipſa in hoc triplici ſtatu iuuat filios ſuos qui habent eam in matrẽ. Vnde canit eccleſia: Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte ꝓtege, in hora mortis ſuſcipe. Adiuuat enim in uita. Sed in uita iſta ſunt quidã iuſti: iſtis impetrat perſeuerantem gratiam, ideo dicitur: Maria mater

gratiæ, ſ. datrix & cōſeruatrix. Alii ſunt peccatores & iſtis impetrat peccatorū remiſſionē & miſericordiā, & ideo dicitur mater miſericordiæ. Secundus ſtatus eſt prout ſunt in morte, qui eſt ſtatus periculoſus: quia hoſtes, i. dæmones ad morientes accedunt, & ſi aliquod ius habeāt inquirunt. Sed beata uirgo hoſtes, i. dęmones expellit & aīas ꝓtegit, ideo ſubditur: Tù nos ab hoſte ꝓtege. Tertius ſtatus eſt poſt mortem, quādo aīa de corpore eſt egreſſa. Et ille ſtatus ſimiliter eſt periculoſus: quia ibi dęmones sūt rugientes, & aīam deuorare uolētes. Sed beata uirgo aīas in morte ſuſcipit & in cœlum deducit, & à dęmonibus rugiētibus defendit, ideo ſubditur. In hora mortis ſuſcipe. Vnde ꝗlibet talis aīa pōt referre gratias beatæ uirgini Mariæ: & ſibi dicere illud Eccl. 51. Liberaſti me ſcđm multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus ꝑparatis ad eſcam, de manibus ꝗrentium aīam meam. Tertio ille agnus cognouit crucifixores ſuos pro eis orādo, dicens. Luc. 23. Pater dimitte illis: non. n. ſciunt quid faciunt. Aliquando pōt iniuria irrogari in contumeliis uerborum, & hęc eſt magna iniuria. Aliquando in ſpoliatione rerum, & hæc eſt maior. Aliquando in irrigatione ſupplicioru, & hæc eſt maxima. Iſtæ tres iniuriæ fuerūt Chriſto in paſsione irrogatę, ipſe. n. fuit cōtumeliis laceſſitus. Vnde dicitur Matt. 27. Pretereuntes blaſphemabant eum mouentes capitā ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis tēplū dei & in triduo illud reędificas. Ipſe fuit oībus rebus ſuis & ueſtibus denudatus. Vnde ſignatus eſt per Ioſeph, de quo dicitur Gen. 37. Nudauerunt eum tunica talari & polimita. Iſta fuit tunica Chriſti inconſutilis, & deſuper cōtexta per totum. Pſ. 21. Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea. Iſte fuit multis uulneribus ſauciatus. Iſa. 53. Ipſe. n. uulneratus eſt ꝑꝑ iniquitates noſtras: attritus eſt ꝑꝑ ſcelera noſtra. In his igitur eſt magnum habere patientiā, maius habere lætitiam, maximum dare beneficientiā. Chriſtus oīa iſta habuit, non. n. ea tātum portauit patienter, iuxta illud Iſa. 42. Tacui ſemper ſilui, patiens fui. Non tantum lætanter, iuxta illud. Pſ. 29. Concidiſti ſaccum meum circundediſti me lætitia. Sed etiam ſuis occiſoribus bene-

ficium

ficium impendebat dum pro eis orabat, di. Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. Et ſic iſte agnus in cruce exiſtens cognouit patrem ſpiritum ſuum ſibi recommendando, cognouit & matrem de ea ſpecialem curam habẽdo. Cognouit etiam ſuos crucifixores pro eis orãdo. Eius oratio de eis multos conuertit & deo reconciliauit. Ideo in miſſa agnus dei ter cantatur, q.d. eccleſia: Agne qui cognouiſti patrem ſpiritum tuum in ſuis manibus recommendando, miſerere nobis. Agne qui cognouiſti matrem de ea ſpecialem curam habẽdo, miſerere nobis. Agne qui cognouiſti inimicos tuos pro eis orando & eos deo pacificando dona nobis pacem. Secundo fuit agnus manſuetus: ſicut.n. agnus quando occiditur nõ murmurat nec reclamat, ſed tantum quaſdam uoces querulas emittit. Sic ẽt Chriſtus non remurmurauit nec reclamauit. Iſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ducitur, & quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcit, & non aperuit os ſuum, ſ. ad blaſphemandũ uel murmurandum. Emiſit tamẽ quaſdam uoces piæ conquiſitionis. Vnã emiſit ad patrẽ, di. Mat. 27. Deus deus meus ut quid dereliquiſti me. Aliam emiſit ad matrem, di. Hier. 15. Væ mihi mater mea, quare genuiſti me uirum rixæ: uirũ diſcordiæ in uniuerſa terra. Iudæi.n. ſæpe rixabantur cum eo, & ſæpe inter ſe ad diſcordias conueniebant, ſæpe.n. ipſum maledicebant. Vnde ſubditur: Oẽs maledicunt mihi. Tertiam emiſit ad circunſtantes & prætereuntes. Thr. 1. O uos oẽs qui tranſitis per uiã attendite & uidete, &c. Quartã emiſit ad terram. Iob 13. Terra ne operias ſanguinem meum: neq; inueniat locum in te latendi clamor meus. Quintam emiſit ad cœlũ. di. Hiere. 2 Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, i. ſuper opprobriis & iniuriis à Iudæis mihi illatis. Et ſequitur: Duo.n. mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquę uiuæ: & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas. Ac ſi dicat: Iſta duo mala fecerunt Iudęi: quia me qui ſum fons aquę uiuæ deſiccauerunt, i. occiderunt, & Barrabam qui erat aqua turbida conſeruauerunt & bibere dimiſerunt. Dixi ſecundo ſubditur ſalutaris uictima: cum dicitur. *Qui portatur ad uictimam.* Chriſtus fuit agnus uictimatus. Eſt aũt differẽ-
tia

tia inter hoſtiam & uictimā: quia hoſtia dicitur ſacrificiū ꝓ oſtibus uincendis: uictima aūt pro hoſtibus uictis. Caro igitur Chriſti in paſsione fuit hoſtia: quia fuit pro hoſtibus uincendis, poſt paſsionem aūt uictima quia fuit ꝓ hoſtibus uictis. Siue autem eſſet hoſtia ſiue uictima oportebat ut igne accēderetur: ut ſic fumus eſſet domino odoriferus. Talis uictima ſiue hoſtia fuit Chriſtus Eph. 5. dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Iſta autem hoſtia ut eſſet odorifera fuit quadruplici igne inflammata primo uidelicet igne amoris. De quo dicitur, Luc. 12. Ignem ueni mittere in terram. Magnum iudicium amoris eſt dare amico ſuo temporalem ſubſtantiam: maius eſt in obſequium perſonam ſuam: maximum eſt dare in mortem uitam ſuam. Iſtud maximum ſignum amoris habuit Chriſtus. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Secundo iſta uictima fuit inflammata igne doloris. Quantò .n. caro eſt melius complectionata, tantò eſt maioris doloris ſenſitiua. Caro .n. oculi magis ſentit dolorem, ꝙ caro calcanei: quia eſt melius complectionata. Caro igitur Chriſti fuit manu ſpiritus ſancti de puriſsimis ſanguinibus uirginis facta. Et ideo fuit optimè cōplectionata, & propter hoc fuit maioris doloris ſenſitiua. Tertio iſta uictima fuit inflammatiua igne paſsionis, de quo dicitur in Pſalm. 16. Igne me examinaſti, &c. Item Pſal. 101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Si .n. oſſa fuerunt concremata: manifeſtum eſt, ꝙ caro & pellis concremata fuit. Quarto iſta uictima fuit inflammata igne compaſsionis. Magna quidem compaſsione replebatur, quando matrem deſolatā & afflictam uidebant, quando apoſtolos diſperſos & in errorem prolapſos cernebat, quando ſuos crucifixores in phreneſim conuerſos reſpiciebat. Sic enim prius pater quando uidet filium ſuum phreneticum in ſe inſurgentem dolet & plorat, non propter ſuam iniuriam, ſed filij furiam: ſic Chriſtus non ſuos dolores, ſed perditionem ſuorum interfectorum dolebat. Heb. 5. In diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad deum fudit, ecce quis

orâbat cum clamore ualidô, ecce quia clamabat : & lachrymis offerens, ecce quia plorabat, &c.

De eodem. *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Mar.* 14. Enarratio II.

Conſtantinus in libro de naturis liquidorum dicit: Qui naribus ſuis ſanguinem calidum imbiberit, in ſe proprij sãguinis prouocat efflxum, quem natura li quadã uirtute extrahit & eduxit. Spiritualiter, ſic qui intus in mente ſorbet paſsionis Chriſti fluxum & refluxum, ſentit in ſe ſuauitatem & beatitudinem ſempiternę gloriæ. Alanus: Omnis qui Chriſti ſanguinem deuota mẽte cõpaſsionis imbiberit, infinitam mentis dulcedinem æternaliter deguſtabit. Sed quia natura humana per paſſionem crucis tranſiuit de contumelia in gloriã, ideo gloriatur mater eccleſia in introitu miſſæ, di. Nos autem gloriari oportet in cruce domini, &c. quia in ea uera eſt ſalus mentis & corporis. De quo Fulgẽtius: Sanitatem mẽtis & corporis conſecuti ſumus per uirtutem feliciſsimę paſsionis Chriſti, de quo thema: *Hic eſt ſanguis &c.* In uerbis præmiſsis duo innuuntur. Primo noui teſtamenti confirmatio, ibi, *Hic eſt ſanguis noui teſtamenti* Secũdo ſubditur ſanguinis effuſionis ratio, ibi: *qui pro multis effundetur.* De primo dicitur: *hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti.* Pro quo ſciendum ꝙ omne teſtamentum ſicut dicitur Heb. 9. confirmatur morte teſtatoris. Et ideo deus uoluit utrunq; teſtamentum, uidelicet uetus & nouum cõfirmare per ſanguinem. De confirmatione ueteris teſtamẽti ꝑ ſanguinem dicitur Heb. 9. Lecto. n. omni mandato legis à Moyſe uniuerſo populo accipiens ſanguinem uitulorũ & hircorum cum aqua & lana cocinea & hyſopo, ipſum quoq; librum & omnem populum aſperſit, dicẽs: Hic eſt ſanguis teſtamenti quod ad uos mãdauit deus. De cõfirmatione noui teſtamẽti ꝑ ſanguinem dicitur in autoritate ꝑmiſſa: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti.* Notandum ꝙ Chriſtus in iſto teſtamento quod in ſua paſsione condidit, octo legata diuiſit ſicut dicit Amb. Autor humani ge-

neris

neris exiſtens in cruce pietatis officia diuidebat, perſecutionem apoſtolis, pacem diſcipulis, corpus iudæis, patri ſpiritum, uirgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatoribus infernum, crucem pœnitentibus delegauit. Primo igitur legauit perſecutionem apoſtolis & mortem, illud enim ipſi legauit quod ipſe poſsidet. Ioan. 15. Si perſecuti me ſunt & uos perſequentur. Et iſtud legatum perfectè fuit ab apoſtolis omnibus ſolutum: quia perſecutionem habuerunt & morte ſuſtinuerunt: hæreditas.n. tranſit ad hæredes cum ſuo onere, & honore. Deus igitur hæreditati æternæ beatitudinis adiunxit onus, i. tolerantiam paſsionis. Cum iſto.n. onere Chriſtus eandem beatitudinem. Luc. ult. Oportuit Chriſtum pati: & ita intrare in gloriam ſuam. Habuerũt eam apoſtoli. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Habent eam omnes fideles. 2. Tim. 3. Omnes qui uolunt piè uiuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. Qui igitur uult aſſequi æternam beatitudinẽ & nullam pati tribulationem, uidetur ꝙ uelit eſſe Chriſto dignior & Apoſtolis ſanctior, & cunctis fidelibus melior. Hiero. Difficile eſt, imò impoſsibile ut præſentibus quis & futuris fruatur bonis: & ut de deliciis tranſeat ad delicias: ut hic uentrem & ibi mentem impleat, & in utroque ſeculo ſit primus, & in utroque appareat glorioſus. Secundo legauit diſcipulis pacem. Ioan. 14. Pacem relinquo uobis: pacem meam do uobis. Habuit.n. Chriſtus 72. diſcipulos qui non erant ita fortes ſicut apoſtoli ad ſuſtinendum perſecutionem: & ideo reliquit eis pacem, nõ tantùm peccatoris uel æternitatis, ſed etiam temporis. Non.n. infirmis & debilibus ſtatim ſunt grauia imponẽda. Habemus.n. ex Euangelio. Mat. 9. quòd nõ ſunt triſtia imponenda feſtiuis, nec fortia infirmis, nec inſolita inexpertis. Primo.n. non ſunt imponenda triſtia feſtiuis, quod innuitur ex eo quod dicit dominus ibidem: Nunquid poſſunt filii ſponſi lugere quãdiu cum illis eſt ſponſus: illi, ſ. qui ſemper cum deo illi feſtum faciunt. De quo dicitur in Pſalm. 75. Reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi. Talibus non debet imponi triſtitia ne impediant

diant & turbentur in contemplatione interna. Secundo non ſunt imponenda fortia infirmis. Vnde ſubdit: nemo autem immittit commiſſuram panni rudis ad ueſtimentum uetus. Vetus ueſtimentum eſt cōuerſatio uetus: pannus autem rudis, i. nouus, eſt doctrina quæ inducit ad cō temptum terrenorum. Sunt autem tales infirmi qui non ſunt ſtatim ad terrenorum contemptum inducendi. Tertio non ſunt imponenda inſolita inexpertis. Ideo ſubdit: nec mittunt uinum nouum in utres ueteres: per utrē ueterem intelligitur mens aſſueta terrenis: per uinū nouū doctrina quæ inducit ad appetitum cœleſtiū. Sed homines aſſueti diligere terrena non ſtatim ſunt cogendi ad cœleſtia. Tertio legauit corpus ſuum iudæis, ut ſ. ipſum crucifigerent, & ſic noſtram ſaluationem perficerent. Iob 9. Terra, i. caro Chriſti de noſtra ſubſtantia terrena aſſumpta, i. data eſt in manibus impii, ſ. Pilati ſiue iudæorum. Corpus autem Chriſti erat quidā ſaccus diuinus in quo erant tria pretioſa incluſa, ſ. ſanguis, anima, & diuinitas. Chriſtus igitur de carne ſua fecit emplaſtrum in quo inflatura noſtræ ſuperbiæ frangeretur. Aug. Ecce habēs humilitatis exemplum ſuperbiæ medicamentum. De ſanguine enim ſuo fecit collirium quo cæcitas noſtræ ignorantiæ curaretur. Apoc. 3. Collirio inunge oculos tuos ut uideas, Animam dedit in pretium quo ſeruos ſuos redimeret. Mat. 20. Dare animam ſuam in redemptionē pro multis. Deitas fuit balſamum quo fœtor noſtræ immunditiæ tolleretur. Eccl. 24. Sicut cynamomum & balſamū aromatizans odorem dedi. Quarto legauit patri ſpiritū: Luc. 23. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meū. In hoc dat nobis exemplum ꝙ in manus Dei debemus recommendare ſpiritum noſtrum. Illud enim quod eſt in manu eſt ſecurum ante conſpectum, & eſt pretioſum: animæ ergo quæ ſunt in manu Dei ſunt ſecuræ ita ꝙ nunquam perduntur. Ioan. 10. Non rapiet eas quiſquā de manu mea. Sunt Deo proximæ: ita ut diuina uiſione fruuntur. Iſa. 49. Ecce manibus meis deſcripſit te: muri tui corā oculis meis ſemper. Sunt pretioſa: ita ut in ornamenta Dei aſſumuntur. Sicut. n. annulus ornat manum: ſic animæ.

mę ſanctorum quodammodo ornant deum. Vnde dixit dominus de quodam magno peccatore. Hiere. 22. Viuo dixit dominus: quia ſi fuerit Ieconias filius Ioachin regis Iuda annulus in manu dextera mea inde euellam eũ: & dabo te in manum quærentium animam tuam. Quinto legauit uirgini paranymphum cum dixit: Mulier ecce filius tuus. Quod quidem facere uoluit triplici ratione. Primo ratione ſui: dederat.n. legem. Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuã. Dicebat igitur ut conditor legis legem ſuam ſeruaret. Secundo ratione noſtri ut nos doceat ꝙ de parentibus noſtris non tantùm in uita, ſed etiam in morte curam habere debeamus. Tertio ratione uirginis. Amittebat.n. filium, & ideo pro cõſolatione dimittebat ſibi fidelem diſcipulum, ſed tamen talis cõſolatio ille ſibi eſſe non poterat. De quo dicit Bern. O qualis cõmutatio, Ioannes ꝑ Ieſu traditur, ſeruus ꝑ domino, diſcipulus ꝑ magiſtro, filius Zebedæi ꝑ filio dei, purus homo ꝑ puro deo. Sexto legauit latroni paradiſum dicens. Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Ecce qualis modus fuit intrãdi, quia hodie: ecce quanta celeritas, mecũ eris: ecce quanta beata ſocietas, in paradiſo: ecce quanta loci amœnitas. Ideo aũt Chriſtus iſti latroni ſic fuit liberalis: quia ĩ illa ſocietate trium, erat unus totaliter bonus, ſ. Chriſtus: erat alter totaliter malus ſicut latro à ſiniſtris poſitus: erat tertius mediocriter bonus & mediocriter malus, ſicut latro à dextris poſitus. Ipſe.n. nec omnino erat malus, quia culpabilem ſe cognoſcebat, nec erat omnino bonus, quia adhuc gratiã non erat aſſecutus. Habuit igitur ſe laudabiliter ad totaliter bonũ, quia ipſum excuſauit: ad totaliter malum, quia ipſum increpauit: ad ſe mediocriter bonum & mediocriter malum, quia ueniam poſtulauit. Septimo legauit peccatoribus infernũ cum dicet Matt. 25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Quod quidem legatum ualde competit eis: qa pulchrius ſtant in inferno q̃ ſtarent in paradiſo. Quod oſtenditur triplici exemplo. Primum eſt, quia potius manet porcus in luto q̃ in uiridi prato. Porcus eſt luxurioſus qui ſemper in immunditiis uolutatur. 2. Pet. 2. Sus

lota in uolutabro luti, deo porcus potius manet in luto infernalis fœditatis: q̃ maneret in prato florido cęleſtis amęnitatis. Secundum exemplum eſt, quia potius ſtat ſeruus in cloaca, q̃ ĩ camera picta. Seruus eſt auarus. Col. 3. Auaritia eſt ſimulachrorum ſeruitus. Talis ſeruus potius ſtat in cloaca infernali q̃ in camera picta cęleſti. Tertiũ exẽplũ eſt, ꝙ potius ſtat latro in patibulo, q̃ in regali ſedeat ſolio. Latro eſt ſuperbus qui furatur deo illud qđ eſt ꝓpriũ dei, ſ. gloriã. Iſa. 42. Gloriã meã alteri nõ dabo. Talis igitur latro potius ſtat in patibulo infernalis tormenti, quã ſtaret in ſolio maieſtatis dei. Octauo legauit crucẽ pęnitentibus uolentibus pęnitere. Lu 9. Si qs uult uenire poſt me abneget ſemetipſum. Quid aũt ſit abnegare ſemetipſum dicit Greg. ĩ homil. Relinquamus noſmet ipſos quales peccando fecimus nos: & maneamus quales ꝑ gratiam facti ſumus. Ecce. n. qui ſuperbus fuit, ſi humilis factus eſt ſeipſum reliquit. Si luxurioſus uitam mutauit, ſeipſum negauit in hoc quod fuit. Si auarus largiri didicit, & aliena rapere deſiſtit, ſeipſum reliquit: eſt quidem ipſe per naturam, ſed non ipſe per malitiam. Vnde ſubditur. Tollat crucem ſuam & ſequatur me: ubi dicit ibidem Greg. Duobus modis crux tollitur, cùm. ſ. per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſsionem proximi affligitur animus. Dixi ſecundo tangitur ſanguinis effuſionis rõ cùm ſubditur, qui pro multis effundetur. Et hoc multiplici ratione & utilitate. Primo ut eſſet fœdis & immundis in abluationem ſordium. Secundo ut eſſet laborantibus in pęnitentia adiutoriũ. Tertio ut eſſet pugnãtibus in pſidiũ. Quarto de mundo exeuntibus in ſalutis ſignum. Dixit primo effuſus eſt ſanguis Chriſti ut eſſet fędis & immundis abſolutionem ſordiũ. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos in ſanguine ſuo à peccatis noſtris. Heb. 9. Si ſanguis hircorũ, aut uitulorũ, aut taurorũ, aut cinis uitulæ aſperſus inquinatos ſanctificabat ad emedationẽ carnis: quantò magis ſanguis Chriſti qui ꝑ ſpiritũ ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum deo, & emundauit cõſcientiã noſtrã ab operibus mortuis ad ſeruiendũ deo uiuẽti? 1. Ioã. 1. Sãguis Ieſu Chriſti filij eius emẽdauit nos

ab

ab omni peccato. Hiero. Nihil tam efficax ad curandum conſciẽtiæ uulnera, necnon ad purgandum mentis faciẽ: q̃ ſedula paſsionis Chriſti meditatio, & ſanguinis nobis ualde reuerẽdi, quẽ Chriſtus in cruce fecit noſtrũ pretiũ, in altari noſtrum poculum, in exilio noſtrum uiaticũ, in deſerto noſtrum conductum, in cœlo aduocatum, paſsio enim tua domine ultimum refrigerium, ſingulare remediũ. Sed miſeri peccatores hoc ſanguine mundãtur quantum in ſeipſis eſt, & polluuntur cum mortali peccato cõ ſentiunt. Quibus apoſtolus dicit illud horribile. Heb. 10. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus, aut tribus teſtibus, ſupple conuictus moritur: quantò magis putatis maiora & deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum dixerit in quo ſanctificatus eſt: glo. Conculcat Chriſtum qui libere peccat abſque timore & pœnitentia, & qui eo indignè participat, ſanguinem pollutũ ducit ſi ab eo mundatus ad uomitum redit & pœnitere negligit. Bern. Væ tibi quicunque es qui deſideras redire ad lutum, reuerti ad uomitum: paras ꝙ placidos habebis in iudicio, quos modo tanto deſperato uis habere animo. Et nota quamuis peccator ſanguinem Chriſti polluat, Chriſtus tamen eũ quamdiu uiuit ad emundationem uocat, & inuitat. Heb. 12. Acceſsiſtis ad ſanguinis aſperſionẽ melius loquentẽ quàm Abel, quia ille uindictam, iſte ſalutẽ: ille damnationem, iſte ſaluationem clamat. Bernar. Clamat uulnus, clamat clauus: quia miſericordiæ dei nõ eſt numerus. Fodiuntur pedes, fodiuntur manus: ut per foramina mihi liceat ſugere mel de petra, oleum de ſaxo duriſsimo. Secundo Chriſti ſanguis eſt in adiutorium in operib. pœnitentiæ laborantibus alliciens eorum uoluntatem. Sicut ſanguis datur canibus ad lambendũ ut alliciantur ad ſequendum cum magno labore prędã ſuã. Pſal. 67. Intingatur pes tuus in ſanguine, ſ. paſsionis, ut ſic ardẽtius & frequẽtius prędã tuã uideas & Xp̃m ſequaris, qđ apparet. Apoca. 19. qui erat ueſtitus ueſte aſperſa ſanguine, & exercitus cęli, i. cęleſtium uirorum ſequebantur eũ. Aug. autem dicit: O homo noli timere mortem &

contu-

contumelias & crucem:quia ſi hoc noceret homini, non pateretur filius dei. Tertio eſt pugnantibus in præſidiū. Ipſe.n.animat homines ad aggrediēdum certamē. Quod benè ſignatum eſt.1.Mach.6.ubi dicitur:Oſtenderunt ele phātibus,quod eſt animal naturaliter timidū & frigidū, ſanguinem uuæ & mori,i.ſanctorum martyrum, ad acuē dos eos ad p̄lium.Et hoc naturale exemplum eſt.Sanguinis.n.aſpectus dat audaciam pugnandi,propter quod dicitur.1.Pet.4. Chriſto in carne paſſo & uos eadem cogitatione armamini. Bern. In hoc mūdo in ſtadio pugnamus & in certamine poſiti ſumus.Verbi gratia.Mortuus.n.eſt dominus noſter:ut qui hunc liuorem & plagas nō ſuſceperit,in futuro iudicio glorioſus miles non apparebit, & Aug. Ideo mortuus eſt ut moreretur dominus ꝓ ſeruo: ut ſeruus non timeret mori pro domino.Itē ſanguis Chriſti pugnaturos confortat ad ſuſtinendum.Heb.12.Recogitate eum qui talem ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum con tradictionem. Et poſtea dicitur:Nondum.n. uſque ad ſan guinem reſtitiſtis.Ideo aduerſus ſanguinem repugnantes indui debemus tunica Chriſti ſicut boni milites:ne timeamus ſi ſanguinem ꝓ ipſo fundamus, ſicut ēt pugiles faciunt.Bern. Bonus miles uulnera non ſentit ſua dum benigni regis intuetur uulnera.Item ſanguis Chriſti pugnātem roborat ad triumphum. Vnde cum iuſti & probi deficiunt in lite,tamen uiſo regis ſigno & ipſo rege in p̄ſura exiſtente uires reſumunt.Apoc.12.Vicerunt eum per ſan guinem agni.Propter quod dicit Bern.Reſpice fidelis aīa in faciem Chriſti tui,& uidebis eum dorſo flagellato, latere aperto,capite ſentibus coronato,pedibus & manibus clauis perforato,uolue & reuolue à capite uſq; ad pedes, à latere in latus,& nihil inuenies niſi dolorem & cruorē. Quarto Chriſti ſanguis de mundo exeuntibus eſt in ſecuritatē & in ſignum gloriæ percipiendæ. Attendendum ꝙ in morte q̄ eſt mediū inter uitā p̄ſentem,& futurā, habitāt dæmones infeſtando & tentando,Gen.3.Tu inſidiaberis calcaneo eius.Propter qđ dicit Greg. Aſsidua tētatione tētat,ut ſaltem tędio uincat. Et ſic cùm ponitur ſignū regis ſuper aliquā domū,timent hoſtes eā inuadere:ſic &

dæmones,ut dicitur Pſ.64. Timebunt gentes qui habitāt terminos à ſignis tuis. Et propter hoc ē nō ſine cauſa ante oculos morientiū ponitur crux in ſignū huius quod dicitur Exo.12. Cū dominus uiderit ſanguinē in ſuper liminari, & in utroq; poſtea tranſcendet oſtium domus,& nō ſinet ingredi percuſſorē domos ueſtras & lædere. Itē gloſa: Sanguinis Chriſti memoria ab exterminatore nos conſeruat. Itē ibidem: Videbo ſanguinē & tranſibo uos,i.nō percutiā,nec erit plaga,ſ.æterna diſperdens quando percuſſero terrā Aegypti,i.ciues huius ſeculi. Nō ſolùm aūt ſanguis Chriſti conſeruat hic exiſtentes,ſed introducit in gloriam æternam ibi gaudentes. Eſt.n.ſignū quo oſtenſo intratur ad cœlū,cū Aug.dicat: Sāguinis effuſio inebriās angelos,ſatians ſanctos,potans ſitibundos,uiuificās mortuos,iuſtificans peccatores,inferos diſsipās, mundū redimens,cœlum reparans,ſanctis omnibus conferēs gaudiū ſempiternum. Attendendū ꝙ ſi aliquis ingreditur curiā regis, omnes qui habēt ſimiles ueſtes poſſunt intrare: qa præſumitur ꝙ ſint de familia eius. Sic certè intrabūt curiam cœleſtem, qui ueſtem Chriſti habuerunt ſanguine tinctam pari ratione. Apoc. vlt. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni,ut habeant poteſtatem in ligno uitæ,& per portas intrent ciuitatem, ſicut Chriſtus intrauit. Heb.9. Habentes fiduciā in introitu ſanctorū in ſanguine Chriſti. Propter quod dicit Anſelm. O.quā glorioſum noſtræ ſalutis pretium per quod de inferni miſeria liberamur, per quod in uita reficimur & potamur, per quod in patria gloria & honore coronamur. Item nota ꝙ ſanguis Chriſti habet alias quatuor uirtutes: ꝑ hūc.n. uenditus redimitur, mortuus uiuificatur, reus reconciliatur, & animus delectabiliter portatur, & inebriatur. Primo uenditus & captiuus liberatur. Eſa.52. Gratis uenundati eſtis,& ſine argento redimemini. Sed quo pretio oſtendit Petrus.1.Pet.1.di. Non corruptibilibus auro uel argēto redēpti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. Attende quanti ualoris ſit quod pro te datum eſt,quod cogita & noli uilipendere. Secundo per ſanguinem

nē Chriſti mortuus uiuificatur. Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Non ſolùm autē dat uitā gratiæ, ſed ſpem ueniendi ad uitam gloriæ. Vnde ſubditur: Qui manducat meam carnem & bibit meū ſanguinē habet uitam æternam, ſ. nūc in ſpe & tandem in reſurrectione. Augu. Venit Chriſtus in carne ut homines manducarent: & manebat apud patrem vt angelos paſceret. Tertio per ſanguinē Chriſti reus & diſcors reconciliatur ſiue pacificatur. Coloſ. 1. Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cęlis ſiue quæ in terris ſunt. Pacificauit enim deus uno die hominem & angelum, cœlum, & terram: ut ſit una die gloria deo in cœlis, & iu terra pax fieret homini liberato. Ad Rom. 5. Iuſtificati in ſanguinem ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Bern. Ille cibus eſt ægrotis medicina, peregrinātibus dieta, debiles cōfortat, & delectat ualentes, lāguorem ſanat, ſeruat ſanitatē, corpus nutrit, cordis palatū ſaporoſum facit, fit homo inde manſuetior, ad correptionem patientior, ad laborē ſagacior, ad cautelam humilior, per cōſcientiā acceptior, ad obediedum paratior, ad gratiarum actiones ſollicitior ac deuotior. Quarto animus hoc ſanguine delectabiliter portatur & ſobriè inebriatur. Mat. 27. Accepto calice gratias egit, & dedit diſcipulis ſuis, di. Bibit ex hoc omnes: hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti q ꝓ multis effundetur. Gloſa: O felix ebrietas, ſalutaris ſatietas: qui quantò copioſius bibitur, tāto amplius ſoſpitatē mētibus donare dignatur. Pſ. 22. Calix meus inebriās q̄ preclarus eſt, i. ſanguis Chriſti qui ſic inebriat ut ſobrios reddat, q̄ ꝑclarus eſt: dat. n. claritatem uitæ æternæ. Ber. O Ieſu fons indeficiens, humana corda reficiens, ad te curro, te ſolū ſitiens, tu mihi ſalus ſufficiens. Hūc potū boni & amici bibunt ad ſuam delectationem & ſalutem. Sed de multis dicitur illud. 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudiciū ſibi māducat & bibit. Bonis aūt dicitur illud Cāt. 5. Bibite & comedite amici mei, & inebriamini chariſsimi. Hi ſunt de quibus dicitur, Eze. 39. Comedetis adipem ad ſaturitatem, & bibetis ſanguinē ad ebrietatē de uictima

 quam

quam immolaui uobis.Hi.n.ſunt pulli aquilæ,de quibus dicitur Iob.39.Pulli eius lambunt ſanguinem ipſi ad hoc ſunt uocati, ut cum medulla tritici gloriã corporis Xp̃i, & ſanguinem uuæ biberẽt meraciſsimũ: ut dicitur Deut. 32.Gloſa.De quo ſcriptum eſt:Hic eſt calix noui teſtamẽti in meo ſanguine.Quàm mirabiliter aũt iſte potus cõficiatur,Bern.oſtẽdit,dicens.Deus qui mirabilis eſt ĩ oĩbus ſacerdotibus,mirabilior oſtenditur dum mirabilia ꝑ eos operatur,quod nullis angelorum ordinibus & nullis terrenis poteſtatibus eſt conceſſum:dignificauit dominus facere in eis ut conſecraretur,ut idipſum faciat in altari qđ ipſe Chriſtus proprii manibus fecit in cœna paſchali.

FERIA IIII.

Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra: Eſa. 53. Enarratio I.

Legitur ꝙ Pellicanus cùm pullos ſuos excubauerit, tunc ſerpens multum perſequitur Pellicanum:& dũ Pellicanus non adeſt,ſerpens reperiens arborem pullos occidit.Pellicanus autem rediens & uidens pullos interfectos,tribus diebus plangit eos mortuos: tertia autẽ die cum roſtro uulnerat cor ſuum,& de ſanguine ſuo pullos ſuos aſpergit,& ſic illi reuiuiſcunt. Spiritualiter per Pellicanum intelligitur Chriſtus qui dicit per Pſ.101. Similis factus ſum Pellicano ſolitudinis,&c.Serpens eſt diabolus qui humanum genus occidit,ſed Pellicanus,i. Chriſtus in quinque partibus corporis uulnerari uoluit, & ſic homines mortuos uiuificauit. Oſeæ 6. Viuificauit nos poſt duos dies,in die tertia ſuſcitauit nos, & uiuemus in conſpectu eius.Sumus.n.uiuificari in prima die paſsionis ſuæ, & in ſecunda die ſepulturæ, ſed ſuſcitati ſumus die tertia reſurrectionis ſuæ.ideo Leu.17. Anima omnis carnis in ſanguine eſt,ſ. Chriſti, quem ſanguinem effudit ꝑ nobis abundè:de quo thema.*Vulneratus eſt propter iniquitatem noſtram*.In uerbis præmiſsis duo innuuntur. Primo quomodo paſsio Chriſti fuit pœnoſa,ibi: *Vulneratus eſt*. Secũdo ſubditur fuiſſe fructuoſa,ibi: *Liuore eius ſanati ſumus*.

mus. De primo dicitur. Vulneratus eſt, Dicit Hic. Eſaias non tantum fuit propheta, ſed ēt euangeliſta: quia nō tantum prophetauit in futuro, ſed ēt hiſtoriā paſsionis Chriſti ſcripſit in præterito. Nam ipſe paſsionem Chriſti, quā per quingentos annos præuidens eam ſic apertè deſcribit, ac ſi ēt præſentialiter conſpexiſſet, dicens: *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, &c.* Vbi ponit ꝙ ipſa paſsio Chriſti fuit pœnoſa. Et pœna Chriſti deſcribitur tripliciter. Primo fuit uulneratus, & hoc ideo ut redemptionis noſtræ ꝑtium de corpore ſuo emanaret. Corpus.n. Chriſti erat tanquam ſaccus plenus theſauro, & tanquam alabaſtrum plenum unguento, tanquam apotheca plena balſamo. Homo erat captiuus, uulneratus & fœtidus. Voluit ergo Chriſtus uulnerari ut ſaccus ſcinderetur, & theſaurus inde exiret quo captiuus redimeretur.. De iſto theſauro dicitur. 1. Petr. 2. Non corruptibilibus auro uel argēto empti eſtis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. De ſacco uerò in quo erat iſte theſaurus dicitur Prou. 7. Sacculum pecuniæ ſecū tullit, &c. Bern. Saccum plenum miſericordia miſit deus pater in terram. Saccum, inquam in paſsione conſcindendum, ut effundatur quod in eo latet, ſ. pretium noſtrum. Secundo corpus eius erat tanquam alabaſtrum plenum unguēto: & ideo uoluit ut illud alabaſtrum multis uulneribus frangeretur, & inde unguentum ꝑtioſum exiret quo uulneratus curaretur. Iſta unguenta petebat ſpōſa, di. Cāt. 1. Trahe me poſt te: curremus in odore unguentorum tuorum. Iſta unguenta ſunt ſuauia, quia delectant corda: & ſunt ſanatiua, quia curant peccata. Eccl. 38. Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & unctiones conficiet ſanitatis. Iſtis unguentis eſt ſanatus Samaritanus uulneratus, ſ. uino & oleo, i. ſanguine Chriſti qui fuit tanquam uinum in quantum patrem lætificauit, & fuit tanquam oleum in quantum ipſum ad miſericordiam inclinauit. Tertio Corpus Chriſti fuit tanquam apotheca, & ideo uoluit ꝙ iſta apotheca plena balſamo aperiretur: & inde balſamus efflueret quo fętidus ſanaretur. Tunc autem iſta apotheca fuit aperta, quando unus militum lancea latus eius

 aperuit.

aperuit. De odore illius balſami dicitur Eccl. 24. Sicut cy namomum & balſamum aromatizãs odorem dedi. Omnia quæ ſunt in balſamo dicũtur uirtuoſa, ſ. cortex, folia, ſemẽ & liquor. Sic etiã ꝙcquid fuit in Chriſto primo cortex, i. corpus: folia, i. uerba: ſemẽ, i. anima eius corpore ſeminata, & liquor, i. ſanguis pretioſus. Itẽ vulnera Chriſti ſunt horrea quæ aperuit Ioſeph. Gen. 41. ad famelicos paſcẽdos. Vnde dixerũt Aegyptii: Salus noſtra in manu tua domine. Gen. 47. Item ſunt cellaria uinaria aperta, ut inebrietur animæ charitate. Cãt. 2. Introduxit me rex in cellam uinariã. Ibidem. 5. Bibite & inebriamini chariſsimi. Bern. Pater arca cordis ꝑ foramẽ corporis. Nota principaliora nulnera Chriſti ſunt quinq;, quæ ſignificantur per quinq; ciuitates refugii in terra promiſsionis. Deut. 19. Bern. Vbi tãta ſecuritas & firma ſicut in uulneribus Chriſti? Secundo Chriſtus fuit attritus. Sicut. n. ſuccus herbæ atteritur ut inde fiat emplaſtrum, per quod apoſtema ſanetur, ſic corpus Chriſti fuit attritũ ut fiat emplaſtrũ quo tumor ſuperbiæ frãgeretur. Fit autem emplaſtrum de floribus, herbis, & ſpeciebus aromaticis, aliquo liquore ſuꝑ infuſo. In Chriſto fuit caro tanꝙ herba: iuxta illud Eſa. 40. Omnis caro fęnũ. Fuit anima tanquam flos: quia fuit ualde puriſsima & amęna. Can. 2. Ego flos cãpi. Fuit diuinitas tanquã ſpecies aromatica. Fuit ſanguis tanquam liquor infuſus. Ex iſtis ergo factum eſt emplaſtrum quod debet frangere tumorẽ noſtræ ſuperbiæ. Tertio fuit diſciplinatus, ideo dicitur, diſciplina pacis noſtræ, &c. Homo enim deum offendebat: & ideo diſciplinari debebat. Chriſtus autem flagellari uoluit: & ſic deum nobis pacificauit. Ideo dicitur: Diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ. Olim pax tribus modis inibatur & firmabatur, ſ. percuſsione manuũ: quia ad inuicem manus percutiebant: ſecũdo ſigni erectione, ꝙ, ſ. aliquam columnam uel pilam lapideã erigebant. De iſtis duobus dicitur Ioſue ult. Percuſsit Ioſue in die illo fœdus, ecce percuſsio. Deinde ſubditur: Et tulit lapidem pergrandẽ, poſuitq; eum ſubter quercum quæ erat in ſanctuario domini, dicens: En lapis iſte erit uobis in teſtimonium ꝙ audieritis omnia uerba domini

quæ

quæ locutus eſt uobis: ne forte poſtea negare uelitis, & mētiri domino deo ueſtro. Tertio aquæ effuſione, de hoc dicitur 1. Reg. 7. Hauſerūt aquam & effuderunt in cōſpectu domini. Per quod uolebant innuere, ꝙ ſicut de aqua nihil remanet quādo effunditur nec ſubſtātia, nec ſapor, nec color, neq; odor. Sic aliquis pacē non ſeruaret: nihil de illo, nec de his quæ ad ipſum ſpectāt remaneret. Vt ergo Chriſtus firmam pacem cū deo nobis acquireret fuit diſciplinatus & percuſſus, non tantùm in manibus: ſed etiam in pedibus fuit perforatus, & in toto corpore flagellatus. Fuit etiam tandem in ſignum in cruce eleuatus. Ioan. 12. Si exaltatus fuero à terra omnia trahā ad meipſum. Fuit inſuper ſicut aqua effuſus, quia nihil ſibi remāſit, nec ſanguis, nec aqua, nec uita, nec familia. Dixi ſecūdo eius paſsio fuit fructuoſa quū ſubditur: Et liuore eius ſanati ſumus. Pro quo ſciendum, ꝙ paſsio Chriſti multiplicem fructum nobis attulit. Primus eſt adiutorium contra hos: Habemus n. triplicem hoſtem. Primus eſt caro quæ impugnat nos per concupiſcentias malas. Gal. 5. Caro concupiſcit contra ſpiritum. Sed ſanguis Chriſti mortificat omnes motus carnales. Iſtud eſt figuratum. Exod. 7. Vbi dicitur quòd Moyſes eleuās uirgā percuſsit aquas fluminis, & uerſæ ſunt in ſanguinem, & piſces, qui erant in flumine mortui ſunt. Per piſces ſignificantur motus carnales, qui nutriūtur in aquis deliciarū. Sed tūc in ſanguinem aquæ conuertuntur, & piſces moriuntur, quādo ad memoriā dominicæ paſsionis deliciæ refrænantur. Ber. Viſa paſsione Chriſti, quis tam luxurioſus, qui ſe nō contineat? quis tā delicioſus, qui ſe nō abſtineat? quis tā malitioſus, ut nō pęniteat? Secūdus hoſtis eſt mūdus qui impugnat bonos per aduerſa & tribulationes. Ioā. 16. In mūdo preſſurā habebitis: in me aūt pacē. Has dēt homo uincere per ſanguinē Chriſti. Iſtud figuratum eſt Apoc. 19. Ioānes uidit unū, cuius nomē erat Verbū dei, & ueſtitus eius erat aſperſus ſanguine. Per hoc ſignificatur corpus eius cruentatū, & ſequebatur eū multitudo, per quos ſignificātur ſancti paſsionem eius in memoria habentes, qui ipſum ſuſtinendo aduerſa imitantur. Bern. Vult be-

nignus dux deuoti militis multũ & oculos in ſua ſuſtolli uulnera, ut ex hoc animum illius erigat, & exemplo ſuo reddat ad tollerandum fortiorem. Non.n.ſentit ſua dum illius uulnera intuetur. Greg. Si paſsio Chriſti ad memoriam reuocetur, nihil a deo durũ eſt qđ.nõ equo aĩo tolleretur. Bern. Nihil dulcius in tribulatione q̃ paſsionẽ Chriſti cogitare. Quam.n.aſperitatẽ formidabit ſeruus, ſi mẽti eius occurrat ꝙ filii dei ſanguine ſit redemptus? Si.n. paſsionem Chriſti ſemper recordaremur, illa ſagitta dilectionis uulneraremur quod propter eum dulciter omnẽ tribulationem pateremur. Exemplum in beato Ignatio qui nullis poterat uinci pęnis ac tribulationibus, & quũ q̃reretur ab eo quomodo tam fortis eſſet, reſpondit: Crucem Ieſu Chriſti in corde meo habeo, quæ oĩa uincere facit q̃cunque mihi poterint infringi. Tertius hoſtis eſt diabolus qui impugnat ſuggeſtione. Iſte ẽt uincitur ꝑ ſanguinẽ Ieſu Chriſti. Iſtud ẽt figuratur Apoc. 12. ubi dicitur ꝙ Ioannes uidit draconem magnum ſeptem capita habentem, qui ſignat diabolum cum ſeptem mortalibus uitiis. Et Michael & angeli cum dracone pugnabant, & uicerũt eum per ſanguinem agni, i. Ieſu Chriſti. Bernardus, Vbi firma & tuta requies niſi in uulneribus Chriſti, tãtò illic ſecurior habito, quantò ille potentior eſt ad ſaluandum: p̃mit corpus per uoluptates, fremit mundus per aduerſitates, inſidiatur diabolus per ſuggeſtiones, nõ cado quia uulnerum domini recordabor. Decepit.n.eũ ſcđm Aug. tanquam murem, quia tetendit tanquam muſcipulam crucem in qua poſuit ſanguinem tanquam eſcam. Vnde dicit Aug. Venit redẽptor noſter, & uinctus eſt deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori noſtro, tetendit muſcipulam, ſ.crucem ſuam, & poſuit in ea eſcam, ſ.ſanguinem ſuum. Ille autem effudit ſanguinem pro debitoribus propter quod diabolus receſsit à debitoribus. Secundum autem Greg. decepit eum tanquam piſcẽ, quia poſuit exterians eſcam, i. carnem & ſanguinẽ: interius autem occultauit ferreum hamum, i. diuinitatem. Diabolus aũt uolẽs capere eſcam carnis captus eſt ab hamo diuinitatis. Secundum uerò Remigium decepit eum tanquam auem.

Vnde

Vnde exponens uerbum Iob. 40. Nunquid illudes ei tanquam aui? dicit, illuſus eſt diabolus in morte domini tã quam auis. Nam Chriſtus ſub carnis mortalitate abſcondit diuinitatem ut laqueum, quo eum uelut autẽ improuidam prudenter irretiuit decipula. Refert Valerius quod Thorenſes & Athenienſes dum adinuicem decertarent, Codrus rex Athenienſis de euentu belli Apollinem requiſiuit. Qui reſpondit: Si te occidi permitteres gens tua uictoriam obtineret. Quum uerò hoſtes iſtud oraculum audiuiſſent pceperunt ne aliqui regem Athenienſem tangerent. Ipſe igitur rex ne cognoſceretur ruſticum habitũ accipiens & ſarmenta in humeris aſſumens ad hoſtes ꝓceſſit, ibiq; quendam militem cum falce prouocans ab ipſo occiſus eſt. Quo cognito Thorenſes memores oraculi fugerunt, & Athenienſes uictoriã obtinuerunt. Iſte rex fuit Chriſtus, qui ne à dęmonibus cognoſceretur habitum ſerui accepit, ſarmenta, i. crucem in qua fuerunt ligna diuerſa in humeris baiulauit. Et ſic mortuus fuit. Si. n. dęmones cognouiſſent eum fuiſſe deum, nunquã cũ occidi ꝓcuraſſent. 1. Cor. 2. Si. n. cognouiſſent nunquã dominum gloriæ crucifixiſſent, ꝑ ſuã aũt mortem dęmones fuerunt expoliati & uincti. Col. Expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palã triumphans illos in ſeipſo. Secundus fructus paſsionis Chriſti eſt ꝙ ꝑ paſsionem homo ad paradiſum reductus eſt. Erat. n. homo à cęlo expulſus, igitur ſanguis Chriſti fuſus eſt ut hominẽ ad cęlũ reduceret. Tria aũt erant q̃ hominẽ impediebant ne ad cœlum rediret, primum ꝙ porta paradiſi erat clauſa. Quod ſignatum eſt Gen. 3. ꝑ Cherubin quẽ dominus ad ianuam paradiſi poſuit ut ipſum cuſtodiret. Scd̃m erat ꝙ flãma q̃dam erat interpoſita, q̃ hominẽ ab ingreſſu prohiberet. Vnde dicitur, & flammeum gladium atq; uerſatilẽ ad cuſtodiendum uiam ligni uitæ. Per quã flammam ſignificatur reatus & obligatio ad pęnam æternam cui homo pręuaricationis meritò erat obligatus. Tertium erat iuſtitia dei q̃ multum erat ſeuera quæ ſignificatur ꝑ rumpheam bis acutam quam Cherubin in manu tenebat. Iuſtitia autem dei dicebatur bis acuta, quia corpus & animam incidebat.

cidebat. Et quia de cõmiſsis & amiſsis ratione quærebat, ideo ſanguis Chriſti fuit clauis dei, aqua dei, & pretium dei. Primo fuit clauis dei, quia ianuam paradiſi aperuit. De iſta claui dicitur Iſa. 22. Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, aperiet & non erit qui claudat. Iſta clauis ſecundum Gloſ. fuit crux Chriſti, quã ipſe ſuper humerum baiulauit. Ideo ſanguis Chriſti clauis eſt paradiſi. Secundo fuit aqua dei, quæ ignẽ gehennæ extinxit, quia ulterius in bonis non poterat pie ualere. Iſta aqua figurata eſt in aqua quę de latere Chriſti emanauit. De iſta aqua poteſt exponi quod dicitur Eccl. 3. Ignem ardentem. ſ. infernalem extinguit aqua. Illa, ſ. aqua quæ de latere Chriſti effluxit. Hiero. Flãmea illa rumphea, & Cherubin præ foribus paradiſi præſidentia Chriſti extincta & reſerata ſunt ſanguine. Tertio fuit pretium dei, quo diuinę iuſtitię ſatisfecit. Pſ. 18. Quę non rapui, tunc exoluebam, quaſi dicat, Adam fecit furtum, & ego exolui debitum. Vnde canit Eccleſia in benedictione cerei paſchalis. Qui pro nobis æterno patri debitum exoluit. Secundo homo erat incluſus in inferno, ſiue in limbo, & ideo Chriſtus ſanguinem ſuum fudit, quia portas inferni confregit, & ſanctos patres inde eduxit. Vnde dicitur Zaca. 9. Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti uinctos de lacu, ĩ quo nõ erat aqua. Legitur in hiſtoria ſcholaſtica, ꝙ Salomon habebat ſtrutionẽ habentẽ pullum, quẽ pullum Salomon in quadã cauea nutriebat uitrea. Quum uero pater pullum habere nõ poſſet, uermẽ quendã de deſerto portauit, de cuius ſanguine caueã ipſam liniuit, & cõtinuo fracta fuit, & ſic pullum illum de cauea illa extraxit. Iſte uermis eſt Chriſtus qui in Pſ. 21. Ego ſum uermis & non homo. Vermis. n. non naſcitur per generationem carnalem, ſed de humoribus terræ uirtute radij ſolaris producitur. Et ſic uermis patrem habet in cœlo, ſ. ſolem, & matrem in terra, ſ. terræ humorem. Sic etiam Chriſtus in cœlo habet patrem ſine matre, & in terra matrem ſine patre. Pulli incluſi in cauea erant ſancti patres incluſi infernali cauea, ſed uenit iſte uermiculus, & uirtute ſanguinis ſui caueam illam fregit, & ſanctos patres inde eduxit. Pſal. 106. Contriuit portas

æreas,

æreas,& uectes ferreos confregit. Tertio homo erat incluſus in exilio,i.in mundo. Ideo Chriſtus ſanguinem ſuum fudit,ut hominem in exilio confortaret. Homo namque erat mortuus, multis tribulationibus preſſus, ad conuertendum ſe ad deum multum durus, à diabolo in ſeruitute detentus. Ideo Chriſtus ſanguinem ſuum fudit. Primo ut hominē mortuum uiuificaret. Leui.17. Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Oſeæ 6. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & uiuemus in conſpectu eius. Sumus.n.uiuificati in prima die paſsionis ſuæ,& in ſecū da die ſepulturæ, Sed ſuſcitati ſumus in die tertia reſurrectionis ſuæ. Tertius fructus eſt ꝙ Chriſtus ſanguinem ſuū fudit,ut corda dura ad pœnitentiam frangeret. Hoc figuratum eſt Mat.27.ubi dicitur: Terra mota eſt,petræ ſciſſæ ſunt,monumenta aperta ſunt, & multa corpora quę dormierant,ſurrexerunt. Ex quo datur intelligi,ꝙ ad memoriam dominicæ paſsionis illi qui erāt terra,amando,ſ.terrena,debent moueri ad amandum cœleſtia. Illi qui erant duri ſicut petra,debent frangi per contritionem. Eorū monumenta,i.ora debent aperiri per confeſsionem. Et mortui,i.mortalia peccata debent exire,& exurgere per ſatiſfactionem. Reperitur quoddam genus adamantis, quod nō frangitur mallei percuſsione,nec ignis aduſtione, nec aliqua temporis inueteratione: frangitur autem ſanguinis infuſione. Sic ſunt multi,qui ad pœnitentiā non franguntur,nec per flagellationem, nec per ſpiritus inſpirationem internam,nec per ætatis uetuſtatem. Franguntur autem per dominici ſanguinis meditationem, atq; uirtutē. Quartus fructus paſsionis Chriſti eſt ſanitas animarū noſtrarum. Vnde Hiere.17. Sana me domine,& ſanabor. Prouer.20 Liuor uulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus in omnibus membris. Erat enim infirmus in capite,ſed liuore Chriſti ſanati ſumus. Qui pro nobis in capite uulneratus eſt,ut ſanaretur caput animæ,i.intentio. Nam homo in his quæ faciebat non ſanam habebat intentionem. Erat infirmus in manibus,i.operatione, quia opera mala faciebat. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias. Erat infirmus in pedibus, quia

habebat

habebat affectiones immundas. Pes.n. aïæ ſcd'm Aug. eſt affectus & amor aïę. Sicut.n. corpus uadit pedibus, ſic aïa uadit affectibus. Erat infirmus in toto corpore, quia habebat totam uitam mundanam & conuerſationē uanā. Vt igitur Chriſtus ſuis liuoribus & uulneribus nos ſaluaret, uoluit primo uulnerari in capite, ut ſanaret noſtras obliquas intentiones. Voluit uulnerari in manibus ut ſanaret noſtras malas operationes: uoluit uerò uulnerari in corde, ut ſanaret noſtras noxias cogitationes: uoluit uulnerari in pedibus, ut ſanaret noſtras immundas affectiones: uoluit uulnerari in toto corpore per flagellationem, ut ſanaret totam noſtram uitam & conuerſationē. Hier. 10. Tabernaculum eius uaſtatum eſt, & omnes funiculi eius dirupti ſunt. Tabernaculum, i. corpus, funiculi, i. nerui. Suffeciſſet una gutta, ſed dicitur Pſ. 129. Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Nam ipſe erat mediator dei & hominum, ut dicit Apoſt. Ideo habuit proprietates mediatoris, qui.ſ. inter diſcordātes ſolet erigere manum ad ſequeſtrandum litē & diſcordiam. Et plerumq; euenit ita quod mediator maiorem ſuſcipit plagam, & uulnera plura q̃ ipſe reus. Spiritualiter, ſic euenit mediatori noſtro Ieſu Chriſto, qui manum protectionis erexit in cruce pro nobis peccatoribus, ne plageremur à deo patre. Ipſe autem ſucepit uulnera & plagas pro nobis. De quo dixit dominus pater Iſ. 53. Propter peccata populi mei percuſsi eum, &c.

FERIA V. IN COENA DOMINI.

De Epiſtola. *Probet autem ſemetipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11.* Enarratio I.

Sicut inter omnes cibos corporales, panis eſt cibus uirtuoſior: Spūaliter, ſic loquendo de cibo mentis nō eſt cibus p̄ſtans tantam uirtutem aïæ, ſicut panis, i. corpus Chriſti ſub ſpecie panis. De quo Pſ. 103. Panis cor hominis cōfirmat. Figuratur Gen. 2. In medio Paradiſi erat lignum uitæ, & fructus in eo. Et ſi parentes noſtri fuiſſent uſi hoc cibo, uixiſſent in æternum. Spiritualiter, per paradiſum

diſum intelligitur eccleſia ſancta, in cuius medio fuit lignum ſitum.ſ.crucis.In hoc ligno pependit fructus uitę, & qui comederit de hoc fructu ſub ſpecie panis nobis demonſtrato habet uitã æternã.De quo Io.6.Qui manducabit hunc panem uiuet in æternum. Idcirco ut dignè manducemus eundem, docet nos Apoſt. prius examinare conſcientias noſtras, dicens: *Probet autem ſeipſum homo.* In uerbis pmiſsis duo innuuntur. Primo propriæ cõſcientię diſcuſsio, ibi: *Probet autem ſeipſum homo.* Secundo ſubditur ſumentis indignè punitio, ibi: *Qui manducat indignè, &c.* De primo dicitur: *Probet autem ſeipſum homo.* Vidimus .n. ſi aliquis debet aliquem cibum recipere, oportet quod uideat & probet utrum ille cibus ſit ſanus, & ſi ſtomachus eius ſit diſpoſitus. Si.n. cibus eſſet bonus & ſtomachus eſſet malè diſpoſitus, uel econuerſo, potius eſſet ſibi ad nocumentũ q̃ ad profectum. Cibus aũt iſte cęleſtis non eſt pbandus, quia bene eſt pparatus. Vnde non dicit Apoſt. pbet aũt iſtum cibum homo, ſed pbet aũt ſeipſum homo. Greg. Sicut cibus carnalis ſi uentrem inuenerit diuerſis humoribus occupatum, amplius lędit, magis nocet & nullum pſtat auxilium. Ita cibus ſpũalis ſi aliquẽ inuenerit malignitate pollutum, magis eum perdit, non ſui natura ſed accipientis uitio. Nota q̀ ille qui debet hunc cibum ſuſcipere debet quatuor probare. Primo ſeipſum quantæ ſit puritatis, & iſta puritas attenditur, quantũ ad manus quibus miniſtratur, quantũ ad os p qđ ſuſcipitur, & quantum ad cor in qđ ſuſcipitur manus quidẽ debent eſſe mũdæ. Pſ.25. Lauabo inter innocentes manus. Ideo ſic dicit Dionyſius. Sacerdos acceſſurus ad cõſecrãdum lauat digitos p quos peccata uenialia deſignantur ad innuẽdũ q̀ non tm̃ à magnis, ſed ẽt à paruis peccatis debet eſſe mundus. Debet ergo habere manus mundas, i. munda opera: qui.n. haberet opera indigna, nõ eſſet dignus tangere nec recipere illud ſacramentum. Legitur 2. Reg. 6. qđ Oza à deo eſt percuſſus eo q̀ arcam dei ſuis manibus tetigit. Et aſſignant rõnem iudæi quia in nocte pcedente iacuerat cum uxore ſua. Si igitur ille percuſſus eſt qui iacuerat cũ uxore, qua percuſſione dignus eſt qui iacet cũ meretrice?

Si

Si ille qui tetigit arcam ligneam, qua percuſsione eſt dignus qui indigne recipit carnem Chriſti ueram? Si ille qui arcam tetigit ut iuuaret ne pateretur ruinam, qua percuſſione dignus eſt qui iuuat corpus Chriſti ad proijciẽdum in latrinam, i. in conſcientiam immundam? Secundo debet habere os mundum, per quod ſuſcipitur, & maxime a duobus peccatis, ſ. detractionis, & guloſitatis. Vnde dicitur 1. Cor. 11. Vbi loquitur Apoſt. de hoc ſacramento: Cõuenientibus uobis in unum, ſ. ad eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter uos, i. peccatum detractionis. Et infra: Alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt, ecce peccatum guloſitatis. Primus, ſ. detractor eſt, ſicut canis. Secundus guloſus eſt, ſicut porcus. Ideo Matth. 7. dicitur: Nolite ſanctum dare canibus, neque proijciatis margaritas ante porcos. Tertio debet habere cor mundum, in quod ſuſcipitur. Quia cum ſit ſplendor & ſpeculum ſine macula, non habitat niſi in mente pura. Sapient. 7. In animas ſanctas ſe transfert. Cant. 2. Qui paſcitur inter lilia, id eſt corda pura. Auarus autem proijcit ipſum in terram: quia habet cor terreum amando terrena. Luxurioſus proijcit ipſum in lutum: quia habet cor immunditijs plenum. Superbus proijcit ipſum in uentum, quia habet cor uentoſum, id eſt ſuperbia & ambitione repletum. Secundo debet probare corpus dominicum quantæ ſit maieſtatis: quia in ipſo ſacramento totus Chriſtus continetur, ſ. quantum ad corpus, ſanguinem, animam, & ſpiritum, humanitatem, & diuinitatem ueram. Recipiendo igitur corpus Chriſti corpori eius miſtico unimur: & bonorũ omnium participes efficimur. Vnde dicitur 1. Cor. 10. Panis quem frangimus, nõne participatio corporis domini eſt? De hac participatione dicitur in Pſ. 128. Particeps ego ſum omnium timentium te & cuſtodientium mandata tua. Recipiendo. n. ſanguinem eius ab omni impuritate conſcientiæ mundabimur. Heb. 9. Sanguis Chriſti emundabit conſcientias ueſtras ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo uiuẽti. Recipiendo eius animã ab omni ſeruitute redimimur. Io. x. Bonus paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis, ſ redimẽdis. Mat. xx. Filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare:

ſtrare:& dare animam ſuam in redemptionem pro multis. Recipiendo ſpiritum eius ab omni morte corporis, & animæ uiuificabimur. Io.6. Spiritus eſt qui uiuificat: caro non prodeſt quicquam. Roma.7. Qui ſuſcitauit Chriſtum a mortuis, uiuificabit, & mortalia corpora noſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis. Recipiendo eius diuinitatem omni dulcedine ſatiamur. Io.x. Ingredietur, ſ. ad contemplationem diuinitatis, & egredietur, ſ. ad uiſionē humanitatis, & paſcua inueniet. De hac refectione dicitur Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tertio debet probare indignè ſumentis periculū quātæ ſit pœnalitatis. Incurrit.n. pœnā temporalem, ſpiritualem, & æternam. De tēporali dicitur 1. Cor.1. Ideo inter uos multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi. Dicitur in libro Paſcaſij, ꝙ quicūq; indignè cōmunicat, niſi bonitas dei gladium ſuſpenderit, ab angelis ad hoc poſitis perimeretur. Secundo incurrunt tales pœnam ſpiritualem: quia diabolus in eos maiorē accipit poteſtatem. Vnde dicitur de Iuda. Io.13. Poſt buccellam intrauit in eum Sathanas, non tunc primo & de nouo, ſed amplius quam ante. Et tamen illa buccella non erat corpus Xpi: quāto magis ī illū ītrat q audet indignè recipere corpus Xpi. Aug. Nullus malignus ad corpus Chriſti accedat, nullus fictus adueniat, nullus ſuffocato animo appropinquare audeat, ne quod Iudas ſuſtinuit patiatur. Nam in illum poſt communicationem menſæ introiuit diabolus, non quia ſuſcepit corpus Chriſti: ſed quia impudentia Iudæ, & malignitas mentis aduerſarium inhabitare fecit: ut diſcas, quòd indignè myſteriorum ſecreta celebrātibus diaboli inſidiæ præparantur. Tertiò incurrunt pœnam æternam. Vnde ſuper illud: Reus erit corporis & ſanguinis domini, dicit Ambro. Mortis Chriſti pœnas habebit, & ac ſi Chriſtum occidiſſet, punietur. Quattuor enim reputantur occiſores Chriſti, uidelicet, iudæi, ingrati, recidiuantes, & corpus Chriſti indignè recipientes. Et iſtud patet per tale exemplom. Sit aliquis homo, qui habet quattuor marcas auri: & una ſibi auferatur uiolenter, aliam det ingrato, tertiam ponat in mercibus,

q̄ ſibi auferuntur, quartam in latrinam proiiciát. Iſte pōt dicere ſe marcas amiſiſſe, iudæi igitur ſunt ſimiles illis qui marcam uiolenter auferunt: quia uitam Chriſti cum uiolentia abſtulerunt. Ingrati ſunt ſimiles illis qui beneficium non cognoſcunt, quia illi tales paſsiones non cognoſcunt, nec aliquod ſeruitium impendunt. Recidiuātes ſunt ſimiles illis qui merces auferunt: Chriſtus.n.aīas noſtras ſanguine ſuo emit. Et ideo ille qui ad peccatū reuertitur aīam emptam ſibi auferre conatur. Illi uerò qui immunda mente corpus Chriſti recipiunt, ipſum inquantū eſt in ſeipſis in latrinam proiiciunt. Quarto debet probare dignè recipientium fructum quantæ ſit utilitatis, quæ quidem utilitas attenditur in uita noſtra & in morte. In uita.n.illud ſacramentū eſt nobis dimiſſum in memoriale Dominicæ paſsionis, & in medicamentum noſtræ curationis. Eſt ergo dimiſſum in memoriale paſsionis Chriſti. Habemus.n.triplex memoriale paſsionis Dominicæ. Vnum eſt in uiſu, paſsio.ſ.Chriſti depicta, & iſtud affectū noſtrum multum mouere debet. Scd̄m eſt in auditu, ſ.paſſio Chriſti audita ſeu p̄dicata, & iſtud mouere debet magis. Tertiū eſt in guſtu, ſ. paſſio Chriſti in hoc ſacramēto tam ueraciter & tam ſignanter expreſſa, & iſtud mouere debet maxime. Secundo dimiſſum eſt nobis in medicamētum noſtræ curationis. Eſt.n.medicina efficax contra oēs infirmitates noſtras ſicut patet in illa oratione: Purificent nos quæſumus domine ſacramenta quæ ſumpſimus, &c. Eſt.n.medicina curatiua: quia ſanat oēs infirmitates & morbos uitiorum. Vnde dicitur: Sit ablutio ſcelerum. Et eſt medicina roboratiua: quia roborat & confirmat recepta in ſanitate. Vnde dicitur: Sit fortitudo fragilium. Eſt & medicina præſeruatiua: quia conſeruat hominem ne iterum cadat. Vnde ſubditur: Sit contra mundi pericula firmamentum: Eſt medicina melioratiua quia uiuos & mortuos ad meliorem ſtatum producit. Vnde ſubditur: Sit uiuorum atque mortuorum fidelium remiſsio peccatorum. Secundo attenditur utilitas in morte: uia.n. per quam aīa decedens de corpore eſt itura, eſt tenebroſa. Iob.19. In calle meo tenebras poſuit.. Eſt & uia periculoſa.

Ioſa. 141. In uia hac qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Eſt uia longa. 3. Reg. 19. Grandis tibi reſtat uia. Eſt ignota, Pſ. 106. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Cum enim corpus Chriſti animabus decedentibus datur, portant ſecum lucem ad tenebroſæ uiæ illuminationem. Ioan. 8. Ego ſum lux mundi. Eiuſdem. 12. Ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ comprehendant. Habent ſecum pugilem ad hoſtium defenſionem. Iob. 17. Pone me domine iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Pſ. 22. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Habent ſecum librum confortatiuum. Pſalm. 103. Panis cor hominis confirmet. 3. Regum. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius uſque ad montem domini Oreb. Habent ſecum ductorem ad uiæ directionem. Micheæ 2. Aſcendit pandens iter ante eos. Pſal. 106. Deduxit eos ad portum uoluptatis eorum, &c.

De eodem, ex Euangelio. *Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, & uos ita faciatis. Ioannis* 13.

Enarratio II.

Videmus ad experientiam, quando amici ab inuicem ſeparantur, conſueuerunt ab inuicem conferre, & ſolent alterutrum clenodia in ſignum dilectionis dimittere, & epulari. Spiritualiter, & ſic Chriſtus diſcipulorum uerus amicus. Ioan. 15. Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos, antequam receſsit ab hoc mundo ad patrem: prius contulit cum diſcipulis ſuis de eius traditione, & præbuit eis humilitatis exemplum in amicabili comeſtione, in pedum lauatione, & in communicatione corporis, & ſanguinis eius. Vnde dicit Luc. 22. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum antequam patiar. Figuratur Gen. 43. Cùm fratres Ioſeph uenerunt in Aegyptum, tunc primum manducauit cum eis antequam receſſerunt ab eo. Spiritualiter, per Ioſeph intelligitur Chriſtus, qui cum fratribus, id eſt diſcipulis

ſuis prius comedit antequam ſeparabãtur. Et fratres Ioſeph prius lauerũt pedes antequam comedebãt cum eo. Et ſic Chriſtus lauit ꝑ ſe pedes diſcipulorũ nobis in exẽplum, ut lauemus pedes, i. affectiones malas antequã accedamus ad menſam domini. Et ſic à mẽſa Ioſeph fuerũt excluſi Aegyptii, ſic de menſa Chriſti debent eſſe excluſi mali & indigni. Ideo dicit: *Exemplum dedi uobis, &c.* In pręmiſsis duo innuũtur. Primo dilectionis ſignum, ibi: *Ante diem feſtum Paſchæ cùm dilexiſſet ſuos, &c.* Secundo ſubiungitur humilitatis exẽplũ, ibi: *ſurgit a cœna, &c. miſit aquam in peluim, &c.* De primo dicit, *Ante diem feſtum paſchæ*, ſ. ſolennẽ. Intellige qui incipiebat ad ueſperã dici paraſceues. Aug. Ante diẽ quo uicit mortẽ & ꝓſtrauit hoſtẽ: ante diẽ quo coronatus eſt ad imperiũ cęli & mundi & inferni: ante diẽ quo noſtræ redẽptionis theſaurus apertus eſt militis lancea. *Et ante hunc diem*, ſ. in præſenti quinta feria factũ eſt quod hic narratur, ſ. ante diẽ feſtũ paraſceuæ. Nota Bæda dicit: iudæi plurimas feſtiuitates habuerunt, ſed apud eos celebrior & inſignior erat Paſchæ feſtiuitas. Nota ſecũdũ Aug. primo celebrauit populus Iudaicus paſcha quando ex Aegypto fugiẽtes mare rubrũ trãſierũt. Nunc uerò figura illa prophetica impleta eſt in ueritate cũ agnus immolatus eſt Chriſtus, cuius ſanguinẽ linitis poſtibus noſtris, i. cuius ſigno crucis ſignati à perditione huius ſeculi tanquam à ſeruitute Aegyptiaca tranſimus. Ideo dicitur paſcha, i. trãſitus: quia cum diabolo ad Chriſtum, de uitio ad uirtutes tranſimus, paſcha facimus. Nota ſi uolumus tranſire de mundo ad patrem, debemus primo tranſire de uitio ad uirtutẽ, & ille eſt trãſitus pęnitentiæ. Et figuratur ꝑ primũ tranſitũ filiorũ Iſrael de Aegypto in deſertũ, i. de peccato ad iuſtitiã ꝑ mediũ maris rubri. Mare, i. cõtritio: rubrũ, i. erubeſcentia cõfeſsionis. Eſa. 51. Qui poſuit profundũ maris uiã ut tranſeant liberati. Pſal. 135. Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones. Quia contritio & confeſsio debent fieri diuiſim & in particulari de quolibet peccato, & non coniunctim tantũ. Sed tranſitus Iudæorũ fuit de loco ad locum, & ſic nos tranſire debemus de uirtute in uirtutẽ, in deſerto pœnitentiæ uſque

ad Ior-

ad Iordanem,licet multa occurrũt eis ut patet in lib. Numeri ſpiritualiter. De quibus primus fuit Edom,qui cum curialiter requiſitus fuerat ut tranſitũ concederet. Num. 20.reſpõdit: Non tranſibitis. Contra quẽ filii Iſrael non pugnauerunt,ſed declinauerunt, & circumeundo terram eius tranſierunt. Iſte Edõ qui interpretatur ſanguineus ſignificat carnem,quæ licet tranſitum deneget pœnitẽtię, nõ tamẽ eſt occidẽda,ut dicit Bern. Caro ancilletur & nõ dominetur. Gal.6. Spiritu ambuletis, & deſideria carnis ne perficietis. Rom.8. Qui in carne ſunt deo placere nequeunt. Secundus rex fuit Seon rex Amorreorum à quo Moyſes tranſitum humiliter poſtulauit. Nu.21. Sed quia noluit concedere fuit ab eis poſteà occiſus. Seon interpretatur ſemen inutile, & ſignificat mundum qui tranſitũ negat ſicut & caro. Vnde & affectus eius occidẽdus eſt. Gal.6. Mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. Tertius fuit Og rex Baſam, à quo Moyſes tranſitum non poſtulabat: quia ille occurrit eis pugnaturus contra eos. Nu.21. quẽ filii Iſrael ſimiliter occiderunt. Og interpretatur congregans abſcondita,& ſignificat diabolũ. Hiero. dum hoſtis paruulus eſt interfice eũ. Tertius tranſitus fuit de deſerto in terrã promiſsionis,& eſt de mundo ad patrem & fit per medium Iordanis,i.per mortem. Aug. Spes eſt data membris ad patrem in tranſitu capitis. Sequitur: *Sciẽs Ieſus quia uenit hora eius*, non fatalis, ſed neceſsitas, ſ. illa de qua Ioan.2. Nondum uenit hora mea, ſ. paſsioni congrua: *vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem*, ſ. faciendo naturã humanã participẽ paternæ gloriæ. Aug. De morte ad immortalitatẽ, de ignominia crucis ad gloriam æternitatis trãſiuit Chriſtus, ut illuc trãſiret Chriſtianus. *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, i. tantũ dilexit eos ut perduceret eos in finẽ, i. in ſe uel in uitã æternã, quod idem eſt. Io.17. Hæc eſt uita æterna ut cognoſcãt te ſolum uerũ & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Vel ſic in finem, i. uſq; ad mortem perduxit eum dilectio ipſorum. Apoc.1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Vel ſic: *in finem*, i. circa mortem maiora dilectionis ſigna oſtendit eis. Io.16. Hæc ab initio uobis non

dixi,q.d. non uobis neceſſarium fuit, ut oſtenderem quã-tum uos diligerem,niſi ĩ receſſu,ut ſic amor & memoria mei in cordibus ueſtris imprimeretur. Et hæc dilectio magna conſideratur ex multis. Primo in comeſtione, & ſic eſt ſignum amoris, ꝙ Abraham rogauit angelos ut comederent cum eo.Gen.18.Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis,ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ ut lauentur pedes ueſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamq; buccellam panis, ut confortetur cor ueſtrum, & poſtea tranſibitis. Nam homines ſolent celebrare conuiuia in tribus. Primo in nuptijs ad charitatem acquirendam. Matth.22.Rex quidam fecit nuptias filio ſuo, & uocauit multos. Sic deus pater filio ſuo. Figuratur Heſter 1. Aſſuerus iuſsit conuiuium magnificum præparari tertio anno imperij ſui cunctis principibus,& pueris ſuis fortiſsimis,& inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt Suſis, & ſeptem diebus iuſsit conuiuium præparari in ueſtibulo horti, & nemoris, ꝙ regio cultu & manu conſitum erat. Spiritualiter, per Aſſuerum intelligitur Chriſtus,qui præparauit conuiuium,i.Euchariſtiæ ſacramentum,& hoc eſt magnificum,quia eſt cibus cœlicus. Sap. 16.Panem de cęlo præſtitiſti eis omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Et hoc tertio anno imperij ſui,i.in tempore gratiæ.non primo anno,i. ante legem, nec in ſecundo,i. in lege, ſed tertio anno,i. poſt legem.Cunctis principibus,i.apoſtolis. Et inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt Suſis,i. pœnitentes. Nam Suſis interpretatur reuerſio,quia niſi homo reuerſus a peccato ad dominum ſit,non præſumat accedere ad hoc ſacramentum,quia de indignis dicitur Iob 20. Panis eius in utero illius uertetur in fel aſpidum intrinſecus. Ideo Iob 6. Quis poteſt guſtare ꝙ guſtatum affert mortem. Ideo reuocat dominus ad ſe animam peccatricem. Cant.6.Reuertere,reuertere Sunamitis &c. Quater dicit, reuertere,ſ.a peccato cogitationis,locutionis, operationis,& malæ conſuetudinis. Item iſtud conuiuium durauit 7.diebus.i.per totum tempus uitæ præſentis.Mat.ult. Vobiſcum ſum omnibus diebus,i.uſq; ad conſummationem

nem ſeculi. Et innitauit omnem populum, in ſignum ꝙ quilibet Chriſtianus tenetur ſumere corpus Chriſti tempore ſuo ad minus ſemel in anno, aliàs.n. peccat mortaliter. Vnde Io. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, i. ad manducandum uos præparaueritis dignè, nõ habebitis uitam in uobis: ſicut membrum ſeparatum à corpore non poteſt uiuere. Vnde Num. 9. dicitur: Si quis n[illegible]dus eſt, & in itinere non fuerit, & ſi non fecerit phaſe, exterminabitur anima illa de populis, quia ſacrificium nõ obtulerit tempore ſuo. Ex illo patet ꝙ tantum duo genera hominum excluduntur à communione, & omnes alij peccant mortaliter ſi non cõmunicant tempore ſuo. Per immundos intelliguntur infideles, qui nondum ſunt purificati per fidẽ. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Per illos qui ſunt in itinere ſignantur cathecumeni. Et oẽs illi qui abſtinent de conſilio ſacerdotis, ſicut ſolẽniter pœnitentes. Ad literã quoq; ex hoc ſumitur argumẽtũ, ꝙ ꝑꝑ aliquã immunditiã põt hõ differre cõionẽ, ita tamẽ ꝙ poſtea nõ omittat eam. Pro quo nota. 7. ſunt cauſæ, quibus oſtenditur quã grauiter peccent qui nõ cõmunicant tẽpore determinato ab eccleſia. Prima cã eſt cõtẽptus mandati, quia uocatus ad cœnam domini uenire noluit. Vnde Mat. 22. Perdidit rex homicidas illos, ſ. qui uenire cõtempſerunt uocati ad prãdiũ. Mãdatur in cõcilio generali de pœ. & remiſ. Oĩs utriuſq; ſexus fidelis poſtꝗ̃ ad annos diſcretionis peruenerit, omnia peccata ſua ad minus ſemel in anno cõfiteatur, & reuerenter Euchariſtiæ ſacramẽtum ſuſcipiat in paſcha: niſi forte ſacerdotis proprij conſilio ex cauſa rationabili ad tempus abſtineat. Alioquin uiuẽs ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & mortuus eccleſiaſtica careat ſepultura. Aug. 11. q. 3. Nil intantum ſic debet formidare Chriſtianus, ſicut ſeparari a corpore Chriſti. Si. n. ſeparatur a corpore Chriſti nõ eſt mẽbrũ eius. Si non eſt mẽbrũ eius, nõ uegetatur à ſpiritu eius. Ro. 8. Qui nõ hẽt ſpiritũ Chriſti hic nõ eſt eius. Secunda cã eſt iniuria, quã ei faciunt illi qui ſaltem ſemel in anno nolunt eum recipere in hoſpitio ſuo, quod cõqueritur Mat. 25. Hoſpes fui & non collegiſtis me. Vere hoſpes eſt ſub ſpeciebus quaſi

ſub ueſte peregrina. Tertia cauſa eſt uiolatio teſtamenti domini, qui nobis tradidit corpus ſuũ ſumendũ in cõmemoratione ſuæ paſsionis. Vnde 1.Cor.9.Hic calix noui teſtamẽti eſt in meo ſanguine &c.Quarta eſt: quia tales quãtũ in ipſis eſt,unitatem eccleſiæ ſcindunt. Heſt.1. Nõ ſolũ contriſtauit Vaſthi regẽ, ſed & omnes populos & principes eius.24.q.1.alienus: Alienus eſt prophanus eſt,hoſtis eſt,habere nõ põt deũ patrẽ qui uniuerſalis eccleſiæ nõ tenet unitatẽ.Vnde & 1.Cor.10. Vnus panis & unũ corpus multi ſumus omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus.Quĩta cauſa eſt,quia tales à fonte plenitudinis gratiarum ſe diuidunt, & ideo mirum nõ eſt ſi areſcunt. Vnde Iob.8. Nunquid uiuere põt ſcirpus abſq; humore, aut carectum creſcere abſq; aqua? Sexta eſt, quia iã proiectis armis ſe interficiendos hoſtibus tradunt. Vnde Thr.1.Abierũt abſq; fortitudine ante faciem ſubſequentis.Corpus Chriſti cõfortat.Pſal.Panis confirmet cor hominis.3. Regum.19. Ambulauit in fortitudine cibi illius, &c.Septima: quia quodãmodo ſibiipſi manus incutiunt,dum à ſe uitã repellunt. Io.6. Niſi manducaueritis carnẽ,&c.nõ habebitis uitã in uobis. Et ibidẽ:Panis quẽ ego dabo caro mea eſt pro mundi uita. Anima.n.nõ põt uiuere ſine hoc cibo. Pſal.101.Aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.Item locus celebrationis conuiuii,eſt ueſtibulum hortis & nemoris,i.eccleſia militans extra quam non ſalubriter celebratur. Et dicitur ueſtibulum, quia per eã eſt ingreſſus in domum nõ manufactã.Vnde Pſa.117.Hæc porta domini iuſti intrabunt in eam:Gen.27. Non eſt hic aliud niſi domus dei & porta cęli. Dicitur ẽt ueſtibulum horti & nemoris,i.paradiſi cęleſtis, qui plantatus eſt cedris & aliis arboribus pomiferis,i.ſanctis angelis & uniuerſis electis.Exo.15.Introduces eos & plantabis eos in monte hæreditatis tuæ: firmiſsimo habitaculo quod operatus es domine. Et de hoc conuiuio nuptiarum dicitur Apo.19. Gaudeamus & exultemus:quia uenerunt nuptiæ agni.Item ſecundo celebratur conuiuium in pcipuis feſtiuitatibus ad charitatem conſumandam: ubi autem magis cõſumatur q̃ cum

filio

filio dei? Vnde Neem.8.Comedite pingua & bibite mulſum,& mittite partem his qui ſibi nō ꝑparauerunt, quia ſanctus domini dies. Tertio celebrantur cōuiuia in pacis reformatione, ſicut factum eſt filio prodigo Luc.15.Epulari oportet & gaudere:quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit:perierat & inuentus eſt.Sic Chriſtus in ſignum pacis parauit nobis conuiuium. Secundum ſignum dilectionis eſt ſalutaris et frequens allocutio: et ſic Chriſtus hodie fecit diſcipulis ſermonem dilectiſsimum, ut quilibet eorum potuiſſe dixiſſe illud Cant.2. En dilectus meus loquitur mihi. Nam uerum ſignum dilectionis eſt libenter loqui dilecto. Oſeæ.2. Ecce ego ducam eam in ſolitudinem,et loquar ad cor eius. Tertium ſignum dilectionis eſt delinquentis correctio, ſicut dicitur Apoca.3. Ego quos amo arguo et caſtigo. Et ſic Chriſtus arguebat diſcipulos hodie in cęna cum fuerat cōtētio facta inter illos quis eorum eſſet maior: ut habetur Luc.22.Nam dicitur Eccl.30.Qui diligit filium aſſiduat ei flagella.Quartū ſignum amoris eſt occultorum manifeſtatio.Et ſic Chriſtus.Mat.26.ait:Amē dico uobis ꝙ unus ex uobis me tradet.Tunc ſubdit: *Et cœna facta cùm diabolus miſiſſet iam in cor, ut traderet eum Iuda Scariothis.* Nō eſt intelligēdum ꝙ hæc cęna totaliter eſſet completa,quia poſtea dicitur: *Et cum recubuiſſet,* ſed tantummodo quo ad comeſtionē agni paſchalis. Magiſter in hiſtoriis: Nunquam legitur Chriſtum comediſſe carnes niſi in cęna. Et tunc pedes diſcipulorum lauit antequam dedit eis corpus ſuum, ad deſignandum ꝙ ſpiritualis munditia requiritur ad recipiendum euchariſtiæ ſacramentū.Nota Chriſtus uetus paſtor paſcha celebrare uoluit. Primo propter legis durantis impletionem.Mat.5. Nō ueni ſoluere legem ſed adimplere: et eum iudæi ſcandalizarent: Num.9.Omnis anima quæ nō fecit phaſe exterminabitur. Secundo propter legis approbationem cōtra hæreticos qui dicebant ueterem legē nō datam eſſe. Tertio propter ſacramentorum legalium exterminationem. Quarto ꝓpter nouorum inſtitutionē: quia figura ceſſabat adueniente ueritate. Quinto ꝓpter diſcipulorum dilectionem,et eius iugem recordationem.

Hier. Reliquit nobis hanc memoriam, ut peregrè proficiſcens in ſignum amicitiæ. Sed diceres, quomodo diabolus poteſt mittere in cor homini? Reſpōdetur, Mittere in cor, poteſt eſſe dupliciter. Primò directè, & ſic ſolus deus poteſt mittere in cor, qui habet poteſtatem mouēdi interius uoluntatem. Prouer. 21. Cor regis in manu dei quocunq; uoluerit inclinabit illud. Secundo indirectè, ſ. per ſuggeſtionem & ſuggerēdo exterius, & hoc modo immittit diabolus. Aug. Immiſsio talis fuit mala ſuggeſtio ſpiritualis, non neceſſaria impreſsio. Non quod mens non poſſet refugere, uel repellere: quia tunc homo neceſſariò peccaret ex diabolica ſuggeſtione, quod eſt falſum. Aug. Nihil peccatum niſi uoluntarium. Nam uis imaginatiua cùm ſit corporalis; quando deus permittit ex poteſtate dæmonis ſiue uigilando, ſiue dormiendo, format in ea aliquas ſpecies. Ex quibus apprehenſis mouetur uoluntas hominis ad aliquod appetendum. Sic ergo immittit diabolus in cor hominis non directè per modum mouentis: ſed indirectè per modum ſuggerētis: de quo Pſal. Immiſsiones per angelos malos &c. Sequitur textus: *Sciens quia omnia ei dedit pater in manus*, i. in poteſtatem, Mattt. ult. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Omnia producēdi. Io. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Secundo oīa manu tenendi. Hebr. 1. Portans omnia uerbo uirtutis ſuę. Tertio omnia hæreditandi. Heb. 1. Quem conſtituit hæredem uniuerſorum. Quarto omnia iudicandi. Ioā. 5. Pater omne iudicium dedit filio: quia a deo exiuit, & ad deum uadit. Sed diceres, Si Chriſtus à deo patre exiuit, quomodo cum eo manſit: & ſi cum eo manſit, quomodo ab eo exiuit? Reſpondetur, ſecundum Aug.; Exiuit a patre non deſerendo naturam diuinam, in qua cum patre manet occultus: ſed aſſumendo naturam humanam, in qua de matre natus eſt, apparet manifeſtus. Et ſic ad deum uadit, cum humanam naturam aſſumptam & iam glorificatam ad dexterā patris glorioſè collocauit. Ambroſius ſuper Beati immaculati: Deſcendit deus ut aſcenderet homo: uerbū caro factū eſt, ut caro ſibi ſoliū in dextera dei uēdicaret. Epheſ. 4. Qui deſcēdit, ipſe eſt qui aſcendit. Verbi g. Sicut ſolis radius

dius a ſole ꝓcedit,nec tamē ſolē relinquit,& unitatē cō-ſeruat luminis,operaturq; in terris calorē,uigorē, & ſplē dorē. Ita uerbū patris deſcendens a patre & manens in patre,operatur in terris ſplendorem cognitionis angelicæ: & calorem dilectionis,& uigorem benedictionis.

De eodem, *Surgit à cœna, & poſuit ueſtimenta ſua*. *Ioan*. 13. Enarratio III.

VIdemus quando homo alicuius dignitatis magnæ ſe humiliat,non aſpiciens ſuam dignitatem,& inclinans ſe ad humilia,illius humilitas ualde commendatur. Spiritualiter,ſic Chriſtus rex regum, dominus dominantium non recognoſcens ſuam dignitatem tantam aſſumpſit humilitatem,ut etiam exhiberet ſe tanquā perſonam ſeruilem ſurgendo a cœna, & deponendo ueſtimēta ſua,ut eo expeditius ualeat miniſtrare. Et ideo eius humilitas ſummè eſt commendabilis: quod figuratur 2.Regum 6.Dauid expoliauit ſe ueſtimentis ludens coram arca,humiliando ſe,dicens. Vilior fiam pluſquā factus ſum: & ero humilis in oculis meis.Spiritualiter per Dauid intelligitur Chriſtus,qui humiliauit ſe coram arca dei,i.coram quolibet diſcipulo: quia manna hodie erat locatum in arca,i.in corpus cuiuslibet diſcipuli fuerat datum corpus Chriſti:ideo Dauid,i.Chriſtus humiliauit ſe, ut daret eis humilitatis exemplum, ſimiliter & nobis: ut docuit Matth.11. Diſcite a me,quia mitis ſum.& humilis corde. Hanc humilitatem exprimit euangeliſta dicens: *Surgit à cœna, & poſuit ueſtimenta ſua*. Iſta eſt ſecunda pars principalis iſtius euangelij, in qua dixi,tangitur humilitatis exemplum, cum ſubdit: *Surgit à cœna, & poſuit ueſtimenta ſua*.tanquam miniſter qui nō ſedet,ſed ſtare dicitur.Ideo Mat.20.Venit filius hominis miniſtrare,& nō miniſtrari. *Et cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum*.O mira humilitas, rex cœlorum ad ima ueniens ad pedes ſe proſternit piſcatorum,non ad caput nec ad manus,ſed ad pedes,dans nobis exemplum humilitatis. Myſticè, quādo deus patitur pro noſtra ſalute,tunc reſidere dicitur. Sed ſtare quando

ſe

ſe erigit.Pſ.43.Exurge domine,adiuua nos,& libera nos, &c.Veſtimenta poſuit quando maieſtatē ſuā occultauit: Eſa.45.Verè tu es deus abſconditus. Linteo ſe præcinxit, quando noſtrā mortalitatē aſſumpſit.Phil.2.Formā ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, &c. *Deinde miſit aquā in peluim,* dum memoriā paſsionis fidelibus impreſsit per fidē,& deuotionē.Thre.3. Recordare pauperta tis meæ,& tranſgreſsionis meæ abſynthij & fellis.*Et cœpit lauare pedes,* in ſignum uidelicet, ꝙ quantūcūq; ſumus perfecti,adhuc tamen indigemus lauari.Prou.20. Quis dicere poteſt quia mundum eſt cor meū; purus ſum a peccato? Sed tamē huiuſmodi lotio debet fieri in pedibus ſpiritualibus,i.affectibus,& in toto corpore.*Et exterſit linteo:* dum non ſolum maculas noſtras lauit, ſed et pœnas pro eis debitas in ſeipſo aſſumpſit.1.Pet.2. Peccata noſtra ꝑtulit in corpore ſuo ſuper lignum. Tunc ſubdit.*Venit ergo ad Simonē Petrū,& dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes?* Origenes dicit ſimiliter,& Chryſ.ꝙ Chriſtus incœpit lauare pedes Iudæ,& hoc ideo: quia medicus plurimorū ægrotorum intentus curæ,ab his,qui magis indigent medicina,curam incipit.Sic Chriſtus incœpit a Iuda,qui erat magis fœdus,& inde uenit ad Petrum, qui dicit: *Domine tu mihi lauas pedes?* quaſi diceret: Tu qui es agnus incōtaminatus,ſpeculū ſine macula,candor lucis æternæ, mihi lauas pedes,qui ſum peccator: & tu qui es filius dei uiui,lauas mihi pedes, qui ſum Simon Bariona. Tu,qui es creator,lauas mihi pedes, qui ſum creatura, & modicæ fidei.Hoc dicebat Petrus territus ex conſideratione diuinitatis,& maieſtatis Chriſti ſecundum illud Abac.2.Conſideraui opera tua,& expaui. *Reſpondit Chriſtus, & dixit ei: Quod ego facio,tu neſcis modo,* i.hoc myſteriū eſt ſecretum, & ſignat interiorē mundationē, q̄ nō pōt fieri, niſi per me, & hoc iam non intelligis, *ſed ſcies poſtea,* i.quādo recipies ſpiritū ſanctū. Io.16. Multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: Dicit ei Petrus: *Nō lauabis mihi pedes in æternū.* Bern. Quāto feruor charitatis uehementior, tanto debet eſſe intellectus uigilantior ut ordinet charitatē per intellectū,& ſic per affectum uelit zelū. Hunc zelū

habuit

habuit Petrus, ſed indiſcretum, & inordinatum: quia recuſauit quod utile erat & neceſſarium. Nã ſic dicitur Rom. 8. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ideo indiſcrete recuſamus accipere quod deus nobis largitur, etiã ſi contrarium uideatur. *Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ.* Nullus.n. particeps fieri põt æternæ hæreditatis, niſi ſit mundatus. Pſ. Domine quis habitabit in tabernaculo, &c. Reſpõdet: Qui ingreditur ſine macula. *Dicit ei Simon Petrus: Domine non tãtum pedes, ſed & manus & caput.* Supra non potuit flecti, ſed quando dominus cõminatus eſt ſeparationẽ ab ipſo, tunc Petrus timore, & amore percuſſus obtulit pedes lauãdos, manus, & caput. Sed Chriſtus eum corripuit, aſſerens ꝙ non indigeret lotione capitis, & manuum, ſed tantum pedum, cum ſubdit. *Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt non indiget niſi ut pedes lauet.* Per caput intelligitur intentio, & operatio, quæ in Petro mũda erant, & ideo lotione capitis, & manuũ non indigebat; Habebat.n. in omnibus intentionẽ rectam, & operationẽ mundã. Affectio autẽ in Petro & in cæteris ſanctis aliquo puluere terrenæ affectionis aſpergitur, & ideo indiget ut lauetur. Aug. Ipſi humani affectus, ſine quibus ĩ hac mortalitate non uiuitur, quaſi pedes ſunt, ubi etiam & humanis rebus afficimur: ut ſi dixerimus quoniã peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus: quia humani affectus utiq; ſunt corrupti. Secundo lauit pedes in documentũ, ad oſtẽdendum, ꝙ prælati debent lauare ſubditos. Tunc.n. caput & pedes lauantur, quando prælatus uerbo & exẽplo ſubditorum affectus purgat, & mundat. Sæpe cõtingit ꝙ pedes non lauantur, aut quãdo manus eſt inquinata, aut quãdo aqua eſt turbida, & immunda, aut immunditia in pedibus eſt inueterata: his tribus de cauſis ſæpe ſubditi non lauantur. Primo, quando manus prælatorum, i. opera eorum nõ ſunt munda. Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur? Gregor. Nazianzenus. Mundari prius oportet, & ſic alios mũdare: ſapientem prius fieri, & ſic alios facere ſapientes: lumen effici, & ſic alios illuminare: accedere ad deum, & ſic alios adducere: ſanctificari, & ſic alios ſanctificare: manus

habere

habere rectas, & ſic recti eſſe conſilij, & rectum dare conſilium. Secundo, quando aqua eſt immunda. Aqua immũda eſt amor mundi: de qua dicitur Hier. 2. Quid tibi uis in uia Aegypti ut bibas aquã turbidã? talis. n. aqua nõ lauat ſed coinquinat. Aug. Quiſquis es qui es in mundo, ad te uenit qui fecit mundum, ut eripiat te de mundo. Quod ſi adhuc aliqua delectatione te retinet mundus: habitat in te qui mundat mundos, & eris mundus. Tertio quando ipſa macula pedum ex nimia frequẽtatione efficitur tenax, & inueterata. unde dicitur Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, i. qui lauatur a mortali peccato, & iterum tãgit mortuum: quid proficit lauatio eius? 2. Pet. 3. Facta ſunt poſteriora deteriora prioribus. Contingit. n. illis illud Prouerbium: Canis reuerſus ad uomitum: & ſus lota in uolutabro luti. Secundo lauit pedes ſpiritualiter aqua ſui ſanguinis. De qua lotione dicitur Apoc. 7. Lauauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Ex quo igitur ſanguis Chriſti habet dealbare, uidetur ꝙ habet uirtutem lactis, & non ſanguinis: lac. n. eſt ſanguis in uberibus excoctus. Sanguis Chriſti fuit excoctus in corpore ſuo, & in noſtro corde. In corpore ſuo fuit excoctus igne amoris: tã uehementer. n. ĩ corpore ſuo ebulliuit: ꝙ aperto latere ſuo cum impetu emanauit. In corde autem noſtro ſunt duo uerba, ſ. intellectus & affectus. Debet autem excoqui in ubere intellectus per meditationem, & in ubere affectus ꝑ deuotionem. Et ſic ſanguis Chriſti excoctus ĩ corpore ſuo per amorem, & in corde noſtro per meditationem & affectionem in albedinem uertitur, & animas noſtras dealbat & mundat. Apocal. 1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ad lauandas animas noſtras ſpirituale lixiuium fecit, in quo pro aqua poſuit ſuum ſanguinem pretioſum, 1. Ioan. 5. Hic eſt qui uenit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus. Pro cinere amaritudinem pœnarum. Pſ. 101. Cinerem tanquam panem manducabam. Pro igne calefacientem amorem intenſum. Ioan. 13. Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sed quia iſtud lixiuium nimis erat forte, tum propter nimium amorem, tum propter nimiam ebulitionem amoris: ideo

Chriſtus illud lixiuium aqua duplici tēperauit, ſ. aqua lachrymationis, quam in cruce effudit: ut habetur Hebr. 5. Et aqua regenerationis quæ de eius latere emanauit. Sic igitur ex tali lixiuio ſit facto ex aqua ſanguinis, ſic commixto ex cinere amaritudinis, ſic calefacto ex igne amoris, ſic temperato ex aqua lachrymationis et regenerationis, lauat pedes omnium; i. affectus oīum aīarum. Ideo ſubdit. *Et uos mūdi eſtis*. Ex hoc textu habetur, ut dicit Auguſti. ꝙ diſcipuli babtizati fuerunt baptiſmate Chriſti. Et ſi obijcitur illud Io. 4. ꝙ Chriſtus non baptizabat: ſed diſcipuli eius. Reſpondetur, non baptizauit turbas, ſed diſcipulos. Et ſi obijcitur ꝙ baptiſmus etiam abſtergit ſordes pedum: ergo non indigebant pedum ablutione. Reſpondetur qui poſt baptiſmum ſtatim decedit; non indiget hac ablutione. Secus de aliis, in quibus affectus terreni inſurgunt ex ſenſualitate. Ideo Orige. Diſcipuli mundi erant, ſed adhuc maiori mundatione opus erat, quia ſemper ratio debet æmulari chariſmata meliora ſemperq; debet uirtutem alta conſcendere. Apoc. 22. Qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc. *Sed non omnes*. Sciebat. n. quiſnam eſſet qui traderet eum, propterea dixit: Non eſtis mundi omnes, loquitur de traditore ſuo Iuda. Pro quo ſciendum, ꝙ duo uniuerſaliter hominem mundant, ſ. eleemoſyna, et miſericordia in pauperes. Lu. 11. Date eleemoſynam, et omnia munda ſunt uobis, et amor dei. Prou. 11. Vniuerſa delicta operit charitas. Luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Miſericordia deficiebat in Iuda, quia fur erat. pauperes enim defraudabat. Item deficiebat amor ad Chriſtum, quia iam diabolus miſerat in cor eius, ut traderet eum principibus ſacerdotum ad crucifigendum. Tunc ſubditur: *Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit ueſtimenta ſua, & cum recubuiſſet iterum dixit eis: Scitis quod fecerim uobis*, quaſi dicat, Facta uidiſtis, ſed cauſam non intelligitis. Vos uocatis me magiſter. Ioannis 4. Rabbi manduca. Et domine. Ioan. 6. Domine ad quem ibimus &c. Et bene dicitis. Matth 23. Vnus enim eſt magiſter ueſter. Et ipſe ſolus dominus creans, et recreans. Pſ. 99. Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus: ipſe fecit nos &

non

non ipſi nos. *Si ergo ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes*.i.officium pietatis,& humilitatis proximo impendere.1.Tim.4.Exerce te ipſum ad pietatem, quia pietas ad omnia utilis eſt, promiſsionem habens uitæ,quæ nunc eſt & futuræ. *Exēplum n.dedi uobis,ut quemadmodum ego feci uobis, & uos ita faciatis.* q.d.In hoc facto illud intendebam quod ſimile debetis facere. Nota dicit exemplum dedi uobis.Primò dedit nobis exemplum charitatis in eo ꝙ officium pietatis exhibuit inimico.Iuxta illud Matt.5. Diligite inimicos ueſtros, & benefacite his qui oderunt uos. Nam uolens accedere ad cibum uitę non debet gerere rancorem in corde, nam dicitur 1.Io.4.Qui odit fratrem ſuum homicida eſt,& omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manētem: ideo Ro.12.Si eſurit inimicus tuus,ciba illum: ſi ſitit,potum da illi.Et hoc Chriſtus fecit Iudæ ſimiliter & nobis. Rom.5.Cum inimici eſſemus reconciliati ſumus per ſanguinem filij eius.Secundo dedit nobis exēplum humilitatis in eo ꝙ unicus Dei filius humiliauit ſe coram inimico ſuo,& diſcipulis,lauando eorum pedes.Ideo Aug.Si ſe ita diuina maieſtas humiliat, quid faciet humana infirmitas?q.d.Multo amplius deberemus nos humiliare.Sed heu plerique ſunt dicents:Ego ſum tantæ generoſitatis ſicut ipſe eſt,nō attendētes illud Bernardi: Humilitas eſt mater omnium uirtutū,& neceſſaria ad uitā æternā; ſicut panis quotidianus ad uitam corporalem.Ideo Grego.Qui alias uirtutes ſine humilitate congregat,eſt quaſi qui pulueres in uentum ſpargit.Tertiò dedit nobis exemplum puritatis in eo ꝙ lauit diſcipulos.Pro quo nota, ꝙ debemus lauare oīa mēbra,ſi uolumus accedere digne ad ſacramētū euchariſtię.Primò pedes,i.affectiones cordis,ꝙ figuratur Gen.18.in Abrahā qui dixit: Afferā pauxillū aquę,ut lauētur pedes noſtri,& requieſcite ſub arbore. Et ponā buccellā panis,ut cōfortetur cor ueſtrū.Spūaliter ꝑ Abrahā,intelligitur Chriſtus pater multarū gētiū,qui per paſsionē attulit pauxillū aquę,i.gratiā ſalutarē ad lauādū pedes,i.cogitationes cordis,iuxt. illud Hier.7.Laua à malitia cor tuū Hieruſalē ut ſalua fias.Arbor eſt crux dominica, ſub qua

eſt

eſt quieſcendũ cõtra ęſtum carnalis dilectionis. Danle.4. Sub ea habitabāt aĩalia,&c.Buccella panis eſt corpus Xp̃i quod habẽtes munditiã cordis digni ſunt ſuſcipere. Aug. Et habetur de cõſe.di.2.quotidie.Si mẽs in affectu peccãdi eſt,grauari magis dico euchariſtię perceptione,q̃ purificari.Et figuratur Exo.12.Per baculum quẽ habere debemus in manibus ne cadamus, intelliguntur bona opera. Sed heu multi in baculo arundineo,i. prauis operibus, & uita lubrica,i.in conſuetudine, & occaſionibus peccatorum accedunt ad illud ſacramentum,ſed quid prodeſt pedes lauare, ſi non ſeruentur mundi? ideo dicitur Cant.5. Laui pedes meos,qũo inquinabo illos? Qui.n.illotis pedibus intrauerit ſancta ſanctorũ ad recipiẽdũ corpus Xp̃i, ipſe ſibi iudiciũ mãducat,& bibit.Quod figuratur.2.Reg. 19.per Miphiboſeth, qui uenit ad Dauid illotis pedibus, & intonſa barba,ueſtesq́; ſuas nõ lauerat; & ideo incidit in iudicium,ut partẽ hęreditatis amitteret. Spiritualiter, quilibet prçſumptuoſus illotos habet pedes, dũ in corde gerit irã uel odiũ,uel barbã intõſam,qui peccata nõ cõfitetur:confeſsio.n.eſt ſicut raſorum peccatorum, ueſte illota,i.inhoneſta cõuerſatione,ſi talis uenerit ad Dauid,i. ad Chriſtum,amittit partem hęreditatis,De quo Pſal.15. Pars hęreditatis meę dominus, & ſic incidit in iudicium ęternę damnationis. Secundo debemus lauare manus,i. opera ad tractandum diuinum ſacramentũ.Ad hanc munditiam hortatur nos Iac.4.Emundate manus pc̃tores, & purificate corda duplices animo.Quid eſt emundare manus,niſi reddere aliena,ſi iiuſte detines? Nõ rapinã & uſurã,ſed opera bona facere: iſta uero munditia maxime eſt neceſſaria uolentibus accedere ad ſumendum agnum immaculatum:ſicut dicit Pſal. 25. Lauabo inter innocentes manus meas.Tertio totum corpus lauare debemus per caſtitatem,ut digni apparere poſsimus coram deo,ſicut dicitur de conſ.diſt.4.nõ põt. ubi dicit Chryſo. Nõn poteſt quiſquã gratiam uitę cœleſtis accipere, niſi purgatus fuerit ab omni ſorde peccati.Figuratum eſt Iudith.10. quę lauit corpus ſuum,et unxit ſe myrrha optima,et diſcriminauit crinẽ capitis ſui.Corpus lauat,q̃ ſe mũdat à pc̃tõ luxu

rix,

[.]æ,quæ munditia eſt neceſſaria uolentibus cõicare,ſecũdum quod figuratũ eſt 1.Reg.21.Si mundi ſunt pueri maxime a mulieribus manducent:hoc dicitur omnibus fidelibus.Bene ergo ſe ungit myrrha optima qui ſe affligit ie iunãdo,uigiliis inſiſtẽdo.Capitis crinem diſcriminat,qui ſcit examinare & excutere cogitationes mẽtis. Quarto debemus lauare oculos mentis ad contẽplandum cœleſtia; quod fecit ille cęcus illuminatus.Ioan.9.Abiit & lauit,& uenit uidens.Ideo Cant.5.Oculi eius ſicut columbæ lacte lotæ,ſunt ſuper riuos aquarum, &c. Dicit ergo Ieſus lauans diſcipulorum pedes:Exemplum dedi uobis,&c.

De eodem, *Surgit à cœna, & ponit ueſtimenta ſua. Ioan. 12.* Enarratio IIII.

QVia iſta p̃ſens dies,dies cœnæ uocatur,ideo de cœna aĩæ eſt dicendum.Amb.in hexameron,Tã grandis uia reſtat homini decedenti, ut ſit uæ illi hoĩ; qui in ſuo obitu ſacramẽto euchariſtiæ dignus nõ fuerit, & meruit priuari.Et ideo notãdum ꝙ eſt cœna laudanda, & amãda,& eſt cœna deteſtabilis,& uituperanda. Eſt.n. quadruplex cœna bona. Fecit.n. Chriſtus cœnã in corde iuſti uiri ſpirituali quadã conſolatione hodie ſpecialiter, & quotidie in altari de ſuo corpore proprio,die craſtina ĩ ligno crucis mortẽ ſuſtinẽdo, ultimã fecit in cœlo bonos glorificando.Primã ergo cœnã fecit in corde uiri iuſti ſpirituali quadã conſolatione:tunc.n.mentem uiri iuſti reficit ueſpere deſcendente,ſ.Sole,i.deficiente ſole in corde, claritate,& calore.Pſal.64.Exitus matutini,& ueſpere delectabis.Attende ꝙ ortus gratiæ mane dicitur propter gratiam,quæ oritur ueſpere,quando in corde ſumitur. Hæc cęna figuratur Iudith 6.ubi dicitur ꝙ Ozias p̃cepit Achor uocari ad conſilium, finitoq; conſilio fecit cœnam magnam. Et de hac cœna dicitur Apoca.3.Ego ſto ad oſtium & pulſo,ſi quis audierit uocẽ meã, & aperuerit mihi, intrabo ad illum,& cœnbo cum illo,& ipſe mecum.Cœnabo cum illo; quia fide & opere delector, & ipſe delectabitur de opere meo.Pſal.91.Delectaſti me domine i factura

tua,

tua & in his quæ tuipſe in me facies, ſicut uult gloſa. Secundā cœnam fecit hodie & quotidie in altari de proprio corpore de hac cœna. Luc. 14. Quidā homo fecit cœnam magnā, quæ dicitur magna propter magna cibaria quæ præparat. Et ideo cū magna reuerētia eſt ad ipſam accedēdum. Apoſt. 1. Cor. 11. Conuenientibus nobis in unū iam non eſt Dominicā cœnam mādncare: unuſquiſque enim ſuam cœnā præſumit, &c. Nota quod primo inſtituit qūo ad corpus domini ſit accedendū. ſ. cōcorditer, ibi: Conuenientibus uobis in unum. Secundo arguit eos qui nō mā ducant reuerenter, ibi: Iam non eſt dominicam cœnā mā ducare. Non. n. uidetur quod ſit conueniens, ut ſic conueniant ad manducandum, ac ſi poſſent melius & dulcius manducare in menſa domini, cum dicatur. Eccl. 24. Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Quia ergo taliter ueniunt pleni & ſatiati delectatione peccati: ideo non ſentiunt illius panis dulcedinem & delectationem, in quo eſt omnis ſuauitas Prou. 17. Anima ſaturata calcabit fauum mellis. Sicut. n. fauus mellis eſt cera: ſic mel ſub cera Chriſtum ſignificat ſub ſpecie panis & uini. Tertiā cœnam fecit in die craſtina in ligno crucis moriendo. De qua cœna dicit gloſſ. ſuper illa uerba. Ioan. 13. Surgit à cœna. Cęna Chriſti ſignificat paſsionē. Sicut. n poſt cœnam non fit prandium: ſic etiā Chriſtus poſtquam ſemel paſſus eſt iterum non patitur. hæc glo. O quàm inæqualis fuit illa cœna cœnis uoluptuoſorū. Illi nanq; in cęnis ſuis utuntur cibo & potu delicioſo. Chriſtus aūt dicit Pſ. 68. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Huius cibi recordentur delicioſi & cōfundātur pauperes, recordētur & ſuſtētentur, & ad omnia ſuſtinēda animantur. Ambr. Quantūcunque ſint grauia, quæ pateris, leuia tibi uidētur ſi cōſideras eū qui pro te fel bibit, & ꝙ ad patibulum iuit, qui te inuitat ad cœlum. Ideo dicit dominus Thr. 3. Recordare paupertatis & trāſgreſsionis meæ abſinthii & fellis. Mar. 15 Dabant ei bibere myrrhatū uinū, ubi dicit glo. Hoc accepto ſuccus lætalis pomi abſtergitur. Attēde ꝙ Chriſtus in hac cœna mortis ſuæ nuptias fecit: tūc. n. fęminā formauit. i.

eccleſiam,& eā ſibi cōiunxit,ut dicit gl.ſuper illud Gene. 2.Quāobrem relinquet homo patrem & matrem, i.ſynagogæ carnalem obſeruantiam.de qua natus eſt in carnē, & adhærebit uxori ſuę,i.eccleſiæ,ut ſint duo ī carne una: eſt.n.caput eccleſiæ,& ipſa corpus eius:qui ſoporatus eſt ſomno paſsionis,& eā ſibi cōiunxit, ut eccleſia formaretur.hæc glo.Iſtę fuerunt mirabiles nuptię, quia ſunt in ipſius ſponſi morte celebratę.De his intelligitur illud quod dicitur in Apoc. 16. Beati qui ad cœnā agni uocati ſunt. Hanc uocē ſancti martyres audierunt per paſsionis Chriſti imitationem, qui.n.ad has nuptias peruenerunt multas tribulationes ſuſtinendo,huius cœnæ uolunt eſſe participes.Et qui fuerunt ſocij paſsionis, erunt & conſolationis. 1. Cor.1.Scientes quoniam ſicut ſocij paſsionū eſtis, ſic eritis & conſolationum. Quartā cœnā fecit dominus in cœlo,& hoc erit quando congregabit diſperſiones Iſrael. Hęc cœna ſignificatur per cęnā, quam fecit Aſſuerus rex, ſicut legitur Heſt. 1. ꝙ Aſſuerus fecit cęnam magnam maioribus,& magiſtratibus,potentatibus,cōſulibus ſuis, & præfectis. Ad illā cenā quicūq; domino fideliter ſeruierūt,uocati ſunt. Illi, inquā,ſerui de quibus dicitur Eſa.65. Serui mei comedent,& uos eſurietis: ſerui mei bibent, & uos ſitietis: ſerui mei honorabuntur,& uos confundemini: ſerui mei lętabuntur præ exultatione cordis,& uos clamabitis præ dolore cordis,& præ contritione ſpiritus ululabitis. Et hæc oīa ponuntur ſecundum gloſ.de malis,qui præmuntur in inferno,& de bonis qui lætantur in cœlo. Itē nota ꝙ alia eſt cœna deteſtabilis, & uituperanda, & hæc eſt quadruplex. Eſt.n.cœna luxurioſorum,auarorum, ſuperborū,& dānatorū. Prima eſt luxurioſorum,& hæc ſignificatur per cęnā illā quā fecit Holofernes. Iudith. 12. ubi dicitur,ꝙ Holofernes dixit ad Vagao eunuchū: Vade & ſuade Hebręam hanc ut ſpōte cōſentiat habitare mecū. Et ſequitur poſtea ꝙ mulier decepit eū dum eſſet ebrius. Secunda cœna eſt auarorum, ſiue cupidorum: hi ſunt qui inter alios peccatores reputantur quaſi infideles. Vnde et Apoſt. uocat eos idolorū ſeruitores,et iſta fugiēda eſt, ut dicit glo. Ambr. Sicut idololatria uni deo nititur auferre

gloriam

gloriam,ne ſolus nomẽ diuinitatis habeat : ita et auarus in dei res ſe extẽdit,ut ſolus uſurpet qđ deus oĩbus fecit. Ideo qui uerã fidẽ habet,nõ q̃rit in his miſeriis diues fieri cum talibus infidelibus,ſ. auaris. Et hinc eſt quod dicit Apoſt.1.Cor.10.Si quis infidelium uos uocat ad cœnam, et uultis ire,oĩa quę uobis apponuntur,manducate,nihil interrogantes propter conſcientiã. Tertia cęna eſt ſuperborum,et cũ talibus non eſt cęnãdum,aut cęnare ſecurũ : Pſ.100.Superbo oculo,et inſatiabili corde, cũ hoc nõ edebã. De hac cœna dicitur Mat.24.de phariſæis qui primos amant recubitus in cęna, et ſignificata eſt ĩ cęna illa quã fecit Herodes.Marc.6. Vbi dicitur, quòd Herodes,i.gloriãs,fecit cęnã magnã principibus. In qua cęna Ioannes decollatur,et interimitur per ſaltatricem, i. per inanẽ mũdi gloriam.Quarta cęna eſt dominatorũ.Apoc.19.Venite cõgregamini ad cęnã dei magnam, ut manducetis carnes regũ,tribunorum,etc. In iſta cęna panis quotidianus erit mors æterna.Pſal.Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos,Apoc.16. Manducauerunt linguas ſuas præ dolore.De potu eorũ dicitur in Pſ.Ignis et ſulphur et ſpiritus procellarum,pars calicis eorum.Deut.32. Fel draconum uinum eorum,et uenenum aſpidum inſanabile etc. Et Iſa.34. Amara erit potio bibentibus eam.

De eodem, *Homo quidam fecit cœnam magnam*. *Luc.* 13.

Enarratio V.

AVguſtinus ĩ libro de Moribus eccleſię dicit, ꝙ panis materialis hominem alit corporaliter, & necat accipitrem. Spiritualiter, ſic panis ſacramentalis alit hominẽ ſpiritualiter in anima,et necat accipitrẽ, i.hominẽ uiuentem ſuo intellectu et ratione.De quo Iob 20. Panis eius ĩ utero uertetur in fel aſpidũ intrinſecus.Nam dicunt Philoſophi naturales,ꝙ de una et eadem herba accipit ſerpẽs uenenum,et auis et mel ſicut dicit Bern.in ſermone.Sane in menſa una de uno pane in cęna domini conſecrato Petrus et Iudas acceperunt,unus in beneficium, alter in ſupplicium.Petrus in ſalutem,Iudas in mortem.Idcirco requiritur diſcutio conſcientiæ ad uolentem accedere ad

cœnā uitæ. De quo thema: *Homo quidam fecit cœnam magnā.* Pro quo ſciendum, hæc cœna figurata eſt in Exod. 12. in agno paſchali quē iudæi comederunt in liberatione ſua de terra Aegypti. Nam ſicut illi per agnum paſchalē liberati fuerunt de Aegypto: ſic nos per Chriſtū de inferno. Nota hiſtoriam Exo. 12. Cumq; uellet dominus liberare filios Iſrael de poteſtate Pharaonis, præcepit ut tollerent agnum qui eſſet ſine macula, & illum deberent comedere aſſum igni, non crudum nec coctum aqua. Et ſanguinem eius deberent ſignare ſuper luminaria domorum ſuarū. Per filios Iſrael qui captiui fuerunt in Aegypto ſub poteſtate Pharaonis, nota totum genus humanum quod erat ſub poteſtate regis Aegypti. i. tenebrarum pluſquā quinque millia annorū, & per nullum liberari potuit. Tādem miſertus eſt dominus noſtri, & emiſit nobis agnum. i. filiū ſuum. De quo Iſaias clamauerat cū deſiderio ad Deū patrē, di. Emitte agnum domine dominatorē terræ de petra deſerti ad montē filiæ Sion. Iſa. 16. Et per ſanguinem huius agni liberati ſumus de poteſtate diaboli. 1. Pet. 1. Nō corruptibilibus auro, &c. De illo agno dicitur. Hier. 11. Quaſi agnus manſuetus qui portatur ad uictimam, id eſt ad mortē: ſic fuit Chriſtus manſuetus in paſsione, & patienter ſuſtinuit mortē nobis. Nam cum male tractaretur uerbis & uerberibus, non ſe uindicabat nec contradicebat. Iſa. 53. Quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit. Iſtū agnum dedit nobis pater cœleſtis in cibū. Hunc hortatur Apoſt. nos ad comedendum cum dicit: Itaque epulemur. Quō aūt debemus comedere agnum iſtum patet in illo ꝙ filii Iſrael comederunt ſine fermento. ſ. peccati. 1. Cor. 5. Modicum fermenti totam maſſam corrumpit, &c. De illo ēt, quod. ſ. debet eſſe ſine macula peccati dicitur 1. Cor. 11. Probet autē ſemetipſum homo utrum ſit mūdus de peccato, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui. n. manducat indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: & reus erit corporis & ſanguinis domini ac ſi Chriſtū occideret. Ambr. Qui indignè Chriſtū ſumit idem eſt, ac ſi Chriſtum occideret. Auguſt. Magis peccat qui Chriſtū tradit peccantibus mēbris, quàm Iudas qui tradidit Chriſtum

ſtum crucifixoribus. De Iuda dicit dominus: Væ illi per quem tradetur filius hominis. Væ illi qui ad menſam domini accedit indignè. Iudas tradidit Chriſtum iudæis: ille tradit eum dæmonibus quem in locum dæmonum ſumit: ille uendidit pro argento, iſte uēdit pro modico peccato. De Iuda dicit dominus: Qui intingit manum mecū in parapſidem, hic me tradet. Ille manum cum domino in parapſidem mittit, qui cum peccato ad menſam domini accedit. Et quamuis dominicū corpus ſumat, nō tamē ad uitam æternam, ſed ad damnationem. Aug. De uno pane Petrus accepit & Iudas, Petrus ad uitam, Iudas ad mortem. Vnde cantat eccleſia in quadam ſequentia: Sumunt boni, ſumunt mali ſorte tamen inæquali uitæ uel interitus. Mors eſt malis, uita qonis: uide paris ſumptionis quā ſit diſpar exitus. Bern. ponit exemplum in flore. Idem flos dat mel in apibus, uenenū in aranea: ſic idem corpus domini uita eſt bonis, & malis interitus Ioā. 20. Panis eius, id eſt corpus Chriſti in utero eius, i. peccatoris uertetur in fel aſpidum. Quantū diſpliceat deo ꝙ immundi accedant patet in Oza, qui cum tetigiſſet arca in qua erat manna: ſtatim cecidit & expirauit: eo ꝙ illa nocte cum uxore ſua dormierat. Quod uidēs Dauid timuit arcā inducere in domum ſuam. 2. Reg. 6. Greg. Intuendum quantū delinquat qui ad corpus domini reus accedit. Si ille morte multatur qui arcam dominici corporis figurā geſtantem minori q̄ debuit reuerentia tetigit. Si Dauid tunc timuit figurā dominici corporis inducere in domum ſuam, qui adeo bonus erat ꝙ dominus de eo dixit: Inueni uirū ſecundū cor meum. Multò magis debet Chriſtianus in peccatis exiſtēs timere corpus Chriſti in os ſuum ſumere. Si Centurio dixit: Domine nō ſum dignus ut intres ſub tectum meum: quō tu peccator præſumis eum ſumere in os tuum? Ioan. Baptiſta ſanctiſsimus inter omnes natos mulierū contremuit & nō audebat tāgere uerticem Chriſti: quō tu peccator ſciens te eſſe in peccatis audes corpus Chriſti manducare? Et tamen licet nullus poſſet ſe reputare dignū, nemo propter hoc tamen communionē prætermittere debet. Si in dolet de peccatis & cōfeſſus fuerit: dominus im-

plebit, qđ in nobis deficit. Exemplum. Monachus quidam qui ſe præparauerat in quantũ poterat ad cõionẽ. Cumq; poſt Agnus dei in oratione iaceret, uidit in manibus ſacerdotis puerum Ieſum quaſi in cruce pendentem, & oĩa uulnera eius ſanguine fluebant. Turbatus ergo reputabat ſe indignum, & non cõmunicauit cum aliis. Dicta autem miſſa cũ eſſet in oratione, apparuit ei beata Virgo di. Cur hodie non ſumpſiſti corpus filij mei, reſpondit ſe eſſe indignum. Virgo ait: Tu cogitas te indignũ, & quis poteſt dignus? roga eũ ut faciat te dignum: & uide ne ſimile de cętero facias. Secundo nota, ꝙ agnus ille comedebatur igne aſſatus, ꝑ qđ notatur, ꝙ illi quo uolũt dignè accedere, debẽt eẽ igne charitatis accenſi ad deũ, & ad proximũ. Leui. 6. Ignis in altari meo ſemꝑ ardebit: quẽ nutriet ſacerdos ſubijciens ligna manè & ueſpere ꝑ ſingulos dies. Greg. Altare dei eſt cor noſtrum, in quo debet ſemꝑ ardere ignis charitatis, quẽ mane nutrimus, dũ Chriſtũ mane iudicatum, & ueſpere crucifixũ recolimus. Bern. Suꝑ oĩa te mihi reddit amabilẽ calix quẽ bibiſti in ara crucis. Videat autem quilibet noſtrum quomodo nutriat ignem in altari cordis, ſic ꝙ non ponat ignẽ alienũ, i. ignẽ luxurię, inuidiæ, malæ concupiſcentiæ, ne ei contingat ſicut Nadab, & Abiud, qui ignẽ alienum obtulerant coram deo in thuribulis ſuis. Et egreſſus ignis de cœlo extinxit eos. Nota bene illam hiſtoriam, quæ ponitur in Leui. 10. Et ſicut dicitur Num. 16. ꝙ Chore & ſui complices ducenti quinquaginta, qui inuidebant Moyſi & Aaron de principatu, cum ſtarent coram domino, & haberent thuribula in manibus: egreſſus eſt ignis de thuribulis, & deuorauit eos. Sic contingit illis qui habent ignem inuidiæ in cordibus ſuis. Ideo quilibet probet ſe ipſum antequam accedat, an habeat charitatem ad deum: quia qui non diligit deum, excommunicatur ab ipſo. Apoſt. 1. Cor. 16. Qui non diligit dominum ſit anathema, i. excommunicatus. Vnde talibus conſulendum eſt, qui non habent charitatem deuotionis ꝙ abſtineant quouſque poſsint cum charitate accedere, dummodo uidelicet ſine aliquo ſcandalo poſsint ſuperſedere. Et ſi non inſtat neceſsitas uel ſcandalum, nõ

debet

debet eum quis cōpellere,ut in mortali cōicet. Debet.n. habere dilectionem ad proximum ut prius eos reconciliet,quibus improperauit ſi quo modo poteſt, & dimittat omnem rancorē.Mat.5.Si offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris, ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſum te:relinque ibi munus tuum ante altare,& uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc uenies offeres munus tuum. Exēplū de quodā epiſcopo,qui rogauit deū, ꝙ qui dignè cōicarent ei reuelaretur &c. Tertio,pceptū fuit eis ut baculū in manu tenerēt. Sic qui manducare uoluerit de illo agno,debet habere baculū,i.fidem catholicā. Sicut.n.baculus iuuat,& tenet hominē,ne cadat: ſic fides tenet hominē ne cadat in infernum,ſed perueniat ad uitā æternā: quia ſine fide nemo poteſt ſaluari.Apoſt.Heb.11.Credere oportet accedentem ad deū. Gloſ. ꝙ ſit unus deus,& non alius in cęlo,& in terra. Debemus ergo in hoc ſacramento ſimpliciter credere, quæ nobis dicuntur, & nihil inde ſcrutari,quia humanus intellectus nō pōt apprehendere uirtutem huius ſacramenti. Eccl.3.Altiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi dominus,cogita illa ſemper. Nā ibi omnes ſenſus decipiuntur,ut patet intuenti dempto ſenſu auditus, ut figuratur Gen.27.Iſaac quādo benedixit Iacob, fuit deceptus in omnibus ſenſibus pręter in ſenſu auditus:quia audiuit uocem Iacob. Et ſic oēs fideles quando audiunt Hoc eſt corpus meum,ueraciter credere debent. Sunt autem multa quæ ſimpliciter credere debemus. Primum eſt, quòd ille panis quē offert ſacerdos poſt conſecrationē nō eſt panis,ſed corpus Chriſti,et uinum ſanguis Chriſti.Exēplū: Sanctus Greg.,quandam matronam cum communicaret, et in porrigendo diceret:Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat te in uitā æternam: illa incępit ridere. Tunc ſanctus Greg.manum retrahens in cōicatione requiſiuit cauſam ſui riſus. Dicit mulier: Heri hunc panē manibus meis paraui,et nunc miror quomodo poteſtis dicere, ꝙ ſit corpus Chriſti.Tunc flens Beatus Gregorius una cum populo cęperunt deum rogare,ut dignaretur ſuam perſonam monſtrare. Statim ſpecies panis mutauit ſe in ſpe-

ciem ſanguinis & carnis. Quod uidēs mulier cōuerſa cognouit peccatum ſuum. Secundo oportet credere ꝙ in ſingulis partibus hoſtiæ totus & tantus ſit, & in una parte hoſtiæ tātus quantus in integra. Exemplū: Quidam in die paſchæ expectauerat donec omnes cōicauerant, tunc ſacerdos defectum uidens, dubitare cœpit utrum Chriſtus tantus eſſet in particula quantus eſt in integra. Et cum accepiſſet hoſtiam in ore eius mutata eſt in carnē, & extraxit in magnitudinē pollicis: ita ꝙ deglutire nequiret. Vnde nimiū turbatus flexis genibus flere cœpit: rogans Deū ut errori ſuo parceret, & ſic corpus in formam priorem redegit, & ſic deglutiuit. Tertio oportet credere ꝙ tātum ualet corpus Chriſti a malo ſacerdote conſecratum ſicut à bono. Vnde Aug. dicit ꝙ difformitas medici non impedit effectum medicinæ. Greg. Vim ſacramenti non mutat uita miniſtri. Sicut enim deterius non fit de deteriore: ſic non fit melius de meliore. Quarto ille agnus comedebatur cum lactucis agreſtibus, i. cum contritione & amaritudine animæ noſtræ & omnium ſcelerum. Iob 3. Antequam comedam ſuſpiro, & quaſi inundanter aquæ, ſit rugitus meus. Et ſic fecit Ezechias. Iſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ, & ſic iſta lactuca debet conteri in mortariolo doloris, & cum ſucco fletus. Greg. in moralib. Carnes agni cum lactucis agreſtibus ſunt edendæ: ut cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus. Quinto ſanguis agni ſuper utrumque poſtem debet poni, i. nō tantum ſumendo corporis ore, ſed ore mentis. Nam ſumptio corporalis ſine ſumptione ſpirituali nihil prodeſt ut dicit Aug. quia ille eſt ſpiritualis cibus. Ideo dicit Auicenna: Cibus qui iratis cordibus ſumitur nihil nutrit. Ratio. Nam æſtus iræ calorem naturalem à ſua digeſtione impedit & reſtringit: Sic ſumere corpus dominicum immūdo ſpiritu nullum confert animæ nutrimentum. Nam uidemus ꝙ ignis non nutritur ab aqua, ſed magis corrumpitur: & ſic anima peccatrix non nutritur per ſumptionē huius cibi. Sexto edebant caput cum pedibus & inteſtinis. Spiritualiter, caput iſtius agni eſt diuinitas. 1. Cor. 11.

Caput

Caput Chriſti deus eſt. Pes eius caro ipſius eſt, quæ eſt infirma in ipſa natura, inteſtina eius eſt anima. Iſta omnia debemus comedere per ueram fidem & nobis incorporare. Fuerunt autem quidam hæretici qui dixerunt eum nō habuiſſe diuinitatem. Illi autem non comedebant caput, ideſt fidem diuinitatis ſibi non incorporabant. Alii dixerunt ipſum non habuiſſe animam rationalem, ſed diuinitatem loco animæ, iſti inteſtina non comedebant. Alii dixerunt ipſum non habuiſſe carnem humanam, ſed phantaſticam, uel de cœlo delatam, iſti pedes non comedebāt, id eſt eius carnem per fidem ueram non incorporabant. Nos uero caput cum inteſtinis & pedibus comedamus, i. de eius diuinitate, carne, & anima fideliter & catholicè ſentiamus. Septimo comedebant ſuccinctis renibus. Spiritualiter, ſic nos cum continentia carnis & mentis, iſte eſt cingulus renum. De quo Gregor. Lumbos præcingimus cum carnis luxuriam coarctamus. Figuratur 1. Reg. 21. Cum ſerui Dauid uoluerunt edere panes propoſitionis, ait Abimelech ſacerdos: Si mundi ſunt pueri maxime à mulieribus, manducent. In quo datur intelligi, ꝙ ad ſnmptionem illius cibi hodie nobis popoſiti requiritur caſtitas. Nam Exod. 19. dicitur, cum populus deberet recipere legem fuit præceptum ei: Eſtote parati uſque ad diē tertiam ne appropinquaris uxoribus ueſtris. Quantò magis hodie cum debemus recipere dominum & datorem legis. Octauo habebant calciamenta in pedibus: ſic nos ſecundum Greg. reſpicere debemus vitam patrum antiquorum. Cant. 7. quàm pulchri ſunt greſſus tui filia principis in calciamentis, ideſt in conſideratione paternæ uitæ. Vel ſit calciamenta in pedibus, ideſt bonum affectum & deſiderium non peccandi: ut calcemus terrena deſideria. Ideo in figuram illius ante dationem illius cibi Chriſtus lauit pedes diſcipulorum. Diceres, quare hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & uini datur? Reſpondetur propter quatuor. Primo propter meritum. Vnde Greg. Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Secundo propter peccatores: ſi enim eum in maieſtate ſua uiderēt, omnes qui eſſent in malo ſtatu perirent. Tertio pro-

pter

pter noſtram fragilitatem. Nemo enim poſſet eum uidere in ſua claritate, ex quo uidemus quòd nequimus inſpicere ſolem. Et hoc patet in filiis Iſrael qui non potuerũt inſpicere Moyſen niſi per uelamina. Quanto propter nauſeam, quia nauſea eſſet homini ſi uideret crudam carnẽ, & iudæi inſultarent, dicentes: Chriſtiani comedunt eorum deum, &c. Nota multa hodie ſunt in die cœnæ ab eccleſia. Primum hodie publicè pœnitentes reconciliantur. In capite enim ieiunii candelæ accenſæ publicè pœnitentibus dantur. Cilitium ab epiſcopo eis traditur & ſic ab eccleſia eiiciuntur. Per quod ſignificatur ꝙ cum Adam peccaſſet, poſitus eſt flammeus gladius ante oſtiũ paradiſi qui ſignificatur per candelas accenſas: & tunica pellicea indutus eſt, per quòd ſignificatur cilitium, & excluſus eſt à paradiſo: ſicut ille qui ab eccleſiæ ianuis excluditur. Hac uero die reconciliantur multiplici de cauſa. Primo quia hac nocte Chriſtus Petrum publicè peccantem ſibi reconciliauit: qui publicè pœnitentiam fecit, cũ publicè & amare fleuit. Secunda cauſa hodie fuit Chriſtus captus & ligatus: ut, ſ. ſua captiuatione captiui ſoluerentur. Ideo publicè pœnitentes debent ſolui: quia Chriſtus ꝓ eis hac nocte uoluit capi & ligari, ſicut ille qui eſt in carcere dimittitur quando ſufficiens obſes datur. Ioã. 18. Si me quęritis, ſinite hos abire. Tertia cauſa: quia Chriſtus hodie pro peccatoribus pœnitentiam facere incępit. 1. Pet. 2. Peccata noſtra ipſe pertulit ſuper lignum in corpore ſuo. Iſa. 53. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritos eſt propter ſcelera noſtra. Secundum, quia hodie inſtitutum eſt ſacramentum ſacramentorum, ſ. corporis Chriſti. Ideo conuenienter hodie conficitur chriſma, quod eſt materia multorum ſacramentorum ut unctionis, confirmationis, & ordinis ſacerdotalis. Tertium quia unus tantum celebrat hodie, quod ſeruatur in collegiis & conuentibus, ad ſignificandum primo ꝙ Chriſtum imitemur qui ſolus celebrauit quando corpus & ſanguinem conſecrauit, & omnes diſcipulos communicauit. Secundo, ad innuendum ꝙ iſtud eſt ſacramentum unitatis per quod fideles uniuntur. 1. Cor. 10. Vnus panis & unum

corpus multi ſumus omnes qui de uno pane & de uno ca lice participamus. Tertio ad innuendum ꝙ omnes debẽt obedire uni, ſ.uicario Chriſto ſancto pontifici. Geneſ.27. Seruiant tibi populi,i.laici inferiores: adorent te tribus, ideſt ſuperiores. Eſto dominus fratrum tuorum i. carnalium & aliorum. Quartum, hodie altaria denudantur ad ſignificandum ꝙ Chriſtus fuit multiplici ueſte denudatus. Primo materiali. Pſal.21. Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea,& ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Secũdo corporali,ſ.corpore quod fecit mater quia animam denudauerunt à corpore. Tertio ſpirituali,ſ.apoſtolorum. Iſa. 49. His omnibus uelut ueſtimenta ueſtieris. Mat.26. Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Quintum, quia altaria hodie abluuntur aqua & uino, & funditur in modum crucis: ad deſignandum quòd Chriſtus eccleſiam ſuam lauit per aquam & ſanguinem. Apoc.1. Lauit nos in ſanguine ſuo à peccatis noſtris. Et lumina quinque in modum crucis in altari comburuntur, ad deſignandum quinque uulnera quæ ardere hodie debent in noſtra memoria. Bernar. Si per omnia ſe mihi reddit amabilem bone Ieſu calix quem bibiſti. Hebr.12. Recogitate eum qui talẽ ſuſtinuit pro peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõtradictionem, ut non fatigemini animis ueſtris deficientes. Sextum, tribus diebus mors Chriſti plangitur,& meritò: Primo quia Sol mortem Chriſti tribus horis planxit obſcuratus. Secundo, quia tribus diebus & noctibus mortuos erat Chriſtus. Tertio, quia Chriſtus in tali paſsione ter potuiſſet mori. Primo in flagellatione: quia alius homo in tali flagellatione expiraſſet. Secundo in crucifixione. Tertio, in lanceatione, iam enim mortuum iterum occiderunt. Idcirco quolibet die tres lamentationes cantantur de libro Septimum, ſummus pontifex hodie largè dat eleemoſynas: quia Chriſtus hodie nobis extitit ualde liberalis. Bernardus: Dedit nobis carnem in cibum, & ſanguinem in potum, aquam in lauacrum, ſudorem ſanguinis in medicinam.

Sciens Ieſus, quia omnia iam conſummata ſunt, ut conſumaretur ſcripturas, dicit: Sitio. Ioan. 19. Enarratio I.

CHriſtus in uita ſua Iudæis multa ſalutifera documẽta dederat, & exhibuerat multa ſanctitatis exempla; contulerat multa beneficia & miracula. Sed hodie miſeri Iudæi pro documento dederunt Chriſto dura uerbera: pro beneficiis dederunt ſibi duriſsima crucis tormẽta. Non reſtabat autem niſi una pœna, ſcilicet ut ipſum felle & aceto potarent, ſicut in autoritate præpoſita dicitur. In qua quidem autoritate tria ponuntur ex parte Chriſti primo ponitur eius feruens charitas, cum dixit, *Sitio*, Secundo conſummata ueritas, cum ſubditur, *Conſummatum eſt*. Tertio magna pietas, cum dicitur: *Et inclinato capite tradidit ſpiritum*. Quarto ex parte Iudæorum magna crudelitas, in hoc ꝙ ſibi ad bibendum porrexerunt acetum. Circa primum notandum ꝙ in hoc quod Chriſtus dicit *Sitio*, eius feruens charitas denotatur. Non enim ſitiebat aquam, ſed ſalutem noſtram: non ſitiebat uinum, ſed profectum noſtrum. Non ſitiebat aliquem liquorem, ſed noſtrum amorem. Bern. Sitio ait Chriſtus non doleo. O domine quid ſitis? Fidem ueſtram, ſalutem ueſtram, gaudium ueſtrum, plus animarum ueſtrarum quàm corporis mei cruciatus me tenet, & ſi non mei ſaltem ueſtri miſeremini. Iſta enim charitas tam intenſa omnes alios mores ſperat & excellit. ſ. amorem naturalem, matrimonialem, ſocialem & animalem. Amor naturalis eſt qui eſt inter patrem & matrem, filium & filiam: iſtum amorem excellit amor Chriſti: nulla enim mater tantum filium dilexit quantum Chriſtus nos hodie amauit. Iſa. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mater infantem ſuum ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper. Nunquam enim fuit aliqua mater quæ filium ſuum in tantum diligeret ꝙ nomẽ ſuum in manibus pingi uel ſcribi faceret: ut ſic die ac no

cte memoriam eius haberet. Chriſtus autem in manibus ſuis nos ſcriptos die ac nocte portat, ut ſemper memoriã noſtri habeat. Et illa ſcriptura nõ fuit facta cum calamo, uel attramẽto, uel in pergameno. Sed calami fuerunt acutiſsimi claui. Attramentum eius ſanguis pretioſus, ſcriptores Iudæi peruerſi, pergamenum caro manuum. Secundo excellit amorem matrimonialem, qui eſt inter uirum & mulierem. Et hoc in duobus. Primo in hoc, quòd ſi uxor fornicatur ulterius, à uiro non recipitur. Sed ſi animæ noſtræ ſponſum Chriſtum deſerunt, & diabolo adultero conſentiunt: Chriſtus eas pœnitentes recipit. Et ideo in cruce manus extenſas tenet: ad innuendum, ꝙ peccatores ad ſe reuertentes protinus amplexatur. Hiere. 3. uulgo dicitur: Si dimiſerit uir uxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit uirum alterum: nunquid reuertetur ultra ad eum? Et infra. Nunquid non polluta & contaminata mulier illa: tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te dicit dominus. Secundo, amor Chriſti excellit amorem matrimonialem in hoc, quòd ſi eſſet aliqua uxor, quæ maculas in facie, uel in corpore ſuo haberet, & non poſſet ab iſtis maculis emundari, niſi ſe uir uulnerari faceret & in ſuo ſanguine uxor balnearet. Non eſt aliquis uir, qui uxorem ſuam tantum diligeret, quòd iſta ſuſtinere uellet. Animæ autem noſtræ, quæ erant Chriſti, maculis peccatorum erant plenæ: & ideo Chriſtus in quinque partibus corporis uulnerari ſe fecit, & ſanguinem ſuum fudit, in quo ſponſa ſua ſe balneauit, & ab omnibus maculis mundata fuit. Et hoc eſt, quod dicitur Ephe. quinto. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam ſuam, & tradidit ſemetipſum pro ea: ut illam ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta, & immaculata. Tertio, amor Chriſti amorem ſocialem excellit, qui eſt inter amicum & amicum: nullus homo inuenitur, qui uellet mori pro inimico: uix au-

tem inueniretur, qui uellet mori pro amico ſuo quantumcunque iuſto, ſed pro amico bono, id eſt, ſimplici, fideli, & innocenter decepto, forſitan aliquis morti ſe exponeret. Nos non eramus iuſti, nos non eramus boni, ſed eramus impij, & dei inimici, & tamen pro nobis Chriſtus mori uoluit. Et hoc eſt, quod dicitur Roma. 5. Cum adhuc infirmi eſſemus ſecundum tempus, Chriſtus pro impiis mortuus eſt, uix enim pro iuſto aliquis moritur. Nam pro bono quis audeat mori? Commendat autem Deus ſuam charitatem in nobis, quoniam cum peccatores eſſemus ſecundum tempus, pro nobis mortuus eſt. Poteſt tamen dici quòd Chriſtus habebat unum amicum, ſcilicet deum patrem: & unum inimicum, ſcilicet genus humanum, ut igitur Chriſtus inter nos pacem faceret, ſe mediatorem interpoſuit. 1. Timot. 2. Vnus mediator dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſe in redemptionem pro omnibus. Sæpe autem contingit, ꝙ unus quando ſe inter duos rixantes interponit ab utroq. uulneratur. Sic Chriſtus uulneratus fuit a patre. Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Vulneratus fuit ab homine. Zacha. 13 His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. Quarto, amor Chriſti excellit animalem amorem, qui eſt inter animam, & corpus. Anima enim intantum diligit corpus, quòd ab eo ſeparari renuit, & omnem læſionem corporis fugit, & uitat. Anima Chriſti intantum dilexit animas noſtras, quòd a corpore ſuo pro noſtra ſalute uoluit ſeparari. Ioan. 10. Animam meã pono ꝓ ouibus meis. Intantum dilexit, quòd paſſus eſt corpus ſuum in quinque partibus cum multa lætitia lacerari: ut ſic pretium noſtræ redemptionis abundanter efflueret. Vnde in perſona ſua dicit propheta. Pſalm. 29. Concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. Secundo ponitur conſummata ueritas, cum dicitur: *Conſummatum eſt*. Conſummata quidem & completa fuerunt omnia, quæ fuerunt ſcripta de ſua natiuitate, de ſua conuerſatione, & de ſua paſsione, & de ſua conſummatione. Hodie quoque conſummatum fuit corpus

ſuum,

ſuum, conſummatus fuit ſanguis ſuus. Corpus quidē ſuū ſic fuit conſummatum, & inſimul conſumptum, quòd omnia oſſa ſua apparebant, & numerari poterant. Pſalm. 21. Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Nec mirum ſi corpus eius ſic fuit conſumptum: quia fuit tribus diſciplinis groſsis flagellatum. Eſt.n. quædam diſciplina, quæ fit cū uirga: & iſta eſt fortis, quia carnem frangit. Et alia quæ fit cum ſpinis acutis, & iſta eſt fortior: quia uſque ad oſſa iſta perforatio pertingit. Et alia quæ fit ferreis inſtrumentis, & iſta eſt fortiſsima: quia animam a corpore excutit. Iſta triplici diſciplina corpus Chriſti fuit flagellatum, & ideo totaliter conſummatum. Primo.n. Chriſtus fuit flagellatus uirgis, ſiue funibus nodoſis, quando, ſ. Pilatus ipſum ad columnam fecit ligari, & flagellari. Et iſta flagellatio totum corpus uulnerauit. Secūdo fuit diſciplinatus cum ſpinis, quando, ſ. ſpinis acutiſsimis fuit coronatus, & illa flagellatio ſecundum Bern. Os capitis perforauit, & uſq; ad cerebrum peruenit. Secundum Chryſoſt. Mille punctis caput eius impleuit. Et ſi dicatur, ꝙ non uidetur, ꝙ ſpinæ os capitis tam durum potuerunt perforare. Dicendum ꝙ hoc non fuit factum ſecundum naturam: ſecundum uoluntatem diuinam, nec eſt contrarium ei quod dicitur: *Os non comminuetis ex eo*. Ioan. 19. & Exo. 12. quia os capitis eius non fuit comminutum, ſed perforatum. Tertio fuit diſciplinatus cum inſtrumentis ferreis, id eſt, cum clauis acutis. Et talis diſciplina animam à corpore excuſsit. Mat. 27. Ieſus clamās uoce magna præ nimio dolore clauorum emiſit ſpiritum. Secundo cōſummatus fuit eius ſanguis, quia totus à corpore euacuatus. Omnia.n. opera ſua fecit deus in numero, pondere, & mēſura: ut habetur Sap. 11. excepto opere receptionis noſtrę, ibi enim non ſeruauit numerum, ut ſ. unam, uel duas guttas ſanguinis ſui daret: cum tamen una ſola ſufficeret. Nō ſeruauit pōdus, ut ſ. unā libram, uel unam unciam effunderet. Non ſeruauit menſurā, ut ſ. unum calicē menſuraret: ſed totum effudit, & totum dedit. Pſal. 129. Copioſa apud eum redemptio. Bernar. Prorſus copioſa: quia non

gutta

gutta ſanguinis, ſed una fluminis per quinque corporis partes emanauit. Tertio oſtenditur magna compaſsio, & magna pietas in eo, quod dicitur: *Inclinato capite tradidit ſpiritum.* Magna enim pietas, quia iudæi ſpiritum Chriſti ab eius corpore uiolenter cum multis ſuppliciis expulerunt. Pſalm. 37. Vim faciebant qui quærebant animã meam. Ex hoc autem quod dicitur: *Et inlcinato capite tradidit ſpiritum*, quidam uoluerunt dicere animam principalem partem & ſedẽ habere in corpore, ſuper hoc quòd inter ſapientes quatuor fuerunt opiniones. Quidã enim dixerunt animam eſſe in capite. Et hoc propter illam authoritatem qua dicitur Geneſ. ſecundo cap. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ. Iſta enim inſpiratio nihil aliud fuit quàm animæ infuſio. Alij dixerunt ipſam eſſe in corde, & hoc propter illam authoritatem, quæ dicitur Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ. Cum igitur cogitationes exeant ab anima, ſi cogitationes in corde & anima eſt in corde. Hiero. in epiſtola ad Fabiolã: quia uitæ principium Plato poſuit in celebro: Chriſtus monſtrat in corde. Alij dixerunt ipſam eſſe in ſanguine. Et hoc propter illud quod dicitur Leuit. 17. Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Alij dixerunt ipſam eſſe in toto corpore, & in qualibet parte totam. Et hoc propter illud. 2. Reg. 1. Adhuc tota anima eſt in me ipſo, non dixit in capite meo, uel in corde meo, uel in ſangnine meo, ſed in me ipſo, hoc eſt in corpore meo. Iudæi igitur uolentes Chriſti animam cruciare, uidentur ſaltem iſtas quattuor opiniones ipſo facto ſciuiſſe. Primo enim ipſam animam cruciauerunt in capite, quando fuit ſpinis coronatus. Anſel. Coronatus incedit, ſed ipſe ſua corona cruciatus fuit. Quia mille puncti pretioſiſsimam uerticem eius uulucrauernut. Secundo ipſam cruciauerunt in corde, quando ſcilicet fuit iuxta cor in latere uulneratus, ut ſi forte ibi anima remanſiſſet cruciatum ſecum portaret. Vt cùm triplex ſit amor, ſcilicet ſermonis, cordis, & operis, Chriſtus oſtenderat nobis amorem ſermonis in ſapientiæ prædicatione: amorem operis in miraculorum

exhibitione,non reſtat niſi oſtēdat nobis amorem cordis quem oſtēdit in lateris apertione.Bern.Clauus penetrās, clauis reſerās factus eſt mihi.Quid.n. uideam per foramina,clamat clauus, clamat uulnus q; uerè deus ſit in Xp̄o inūdum reconciliās ſibi. Tertio cruciauerunt eius animā in ſanguine,quando, ſ.cū clauis acutis eius uenas aperuerunt,& totum ſanguinem cum doloribus extraxerunt:ita q; corpus eius in cruce remanſit aridum ſicut lignum. Pſ. Aruit tanquam feſta uirtus mea.Idem: Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Et aſſimilat Chriſtus corpus ſuum teſtę & cremio.Nam in teſta quæ prius fuit uiridis, poſtmodū ab igne fit arida:ſimiliter cremiū eſt lardi aduſtum à quo pinguedo oīs receſſit, corpus igitur Chriſti in cruce fuit teſta:quia ab omnibus humoribus fuit exſiccatum, & fuit ſicut cremium:quia toto ſanguine fuit euacuatū. Quarto afflixerunt eius animam in toto corpore quia à planta pedis uſque ad uerticem nō fuit in eo ſanitas. Cruciatus.n. fuit in toto corpore, ſ.in parte ſuprema media,& infima. Nā in parte ſuprema fuit ſpinis uulneratus. In media fuit ad columnā ligatus.In infima fuit in pedibus perforatus, ubi magnum dolorem ſenſit:quia locus erat neruoſus. Et quia unus ſuper aliū poſitus,& quia groſſis clauis perforatus, & quia innitebatur clauatis pedibus totum corpus.
Quarto ponitur ex parte iudæorum magna peruerſitas: quia os Chriſti aceto potauerunt.Duę.n.magnæ ruſticitates hodie ori Chriſti factæ fuerunt.Vna eſt quando acetū dederunt ſibi bibere.Scd̄a q̄n Iudas ore ſuo turpiſſimo os Chriſti ſanctiſſimū oſculari præſumpſit.Iſtas duas ruſtificitates adhuc multi faciunt ori Chriſti. Quidam.n.adhuc ſibi dant acetum,i.opera acerba.Pſ.9. Exacerbauit dominū peccator.Cùm.n.deberent dare ori Chriſti uinum ſuaue,i.opera bona & deo placita,dāt ſibi acetū, i.opera acerba.Eſa.5.Expectauit ut faceret uuas & fecit labruſcas.Secūdo ſunt quidàm qui adhuc cum Iuda os Chriſti oſculātur. Quatuor.n.perſonę oſculatę fuerunt Chriſtum, nam ipſum oſculata fuit mater eius, & hoc quando eum infantem in ſuis brachiis baiulauit:tūc.n.ipſum oſculabatur, &

hoc in ſignum amoris. Oſculatus etiam eum fuit Simeon quãdo, ſ. in vlnas ſuas eũ accepit, & illud oſculum fuit in ſignum reuerentiæ & deuotionis, ſicut quãdo quis manus uel pedes epiſcopi oſculatur. Oſculata eũ fuit Maria Magdalena in ſignum reconciliationis, ſicut quando inimici ad pacem ueniunt ſe mutuò oſculantur. Oſculatus eũ fuit Iudas, & hoc in ſignum proditionis, ſicut & Ioab oſculatus eſt Amaſam, ut habetur. 2. Reg. 20. Quicunq; igit hodie Xp̄m oſculatur, uideat quomodo oſculetur. Ille. n. qui nullum habet rancorem & ordium in corde, ſed ad deum & proximum ſincerum amorem oſculatur cum Maria: ille qui ad Chriſti paſſionem multa reuerentia & deuotione & lacrymarum effuſione afficitur, oſculatur cum Simeone. Ille qui prius domini inimicus erat, ſed in iſta quadrageſima eſt ſibi reconciliatus cum Maria Magdalena. Ille qui hodie crucifixum oſculatur, & in paſchate in menſa altaris cum Chriſto epulat, & poſt paſcha ad peccata reuertitur, oſculatur cum Iuda proditore. Magna. n. proditio eſt hodie Chriſto oſculum dare, & in paſchate in menſa xp̄i comedere, & poſtea de domo ſui cordis Chriſtum expellere & inimicum capitalem ibi, i. dæmonem in cor ſuum introducere. Talibus poteſt Chriſtus dicere quod dicitur in Pſal. 54. Tu uerò homo unanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum conſenſu: ueniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum uiuentes, &c.

IN VIGILIA PASCHAE,

Venit Maria Magdalene & altera Maria uidere ſepulchrum, Matth. vlt. Enarratio. I.

Videmus vbi hõ amittit rem charam valde triſtatur & ſollicitè quærit illã. Spiritualiter, ſic Maria Magdalena dilexit Chriſtum. Luc. 7. Qm̄ dilexit multum. Et hunc amiſit per mortis amaritudinem. Ideo ſollicita de eius amiſſione dolenter ibat videre ſepulchrũ & eũ quęrere à quo plura cęperat beneficia, ſ. ſeptem dæmonũ expulſionem, fratris reſuſcitationem, multorum criminũ dimiſ-

ſionem;

ſionem: ut illum quem delexit in uita, poſſet amare & in morte: ut probaretur eius dilectio fore uera, iuxta illa Grego. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Et iō opus pietatis exhibere uoluit corpori Xp̄i ſpſum ungendo. Iō dicit: *Venit Maria Magdalene et altera Maria, uidere ſepulchrū*. Pro quo ſciendum, circa ſepulchrum Xp̄i tria ſunt uidenda. Primo quale fuit, ſcđo qualiter fuit ſepultus, tertio qualiter nos cum eo debemus ſpeliri. Circa primum notandū ꝙ ſepulchrū primo fuit nouū, ſicut dr̄ Mat. 27. Et hoc triplici de cauſa. Primo ne crederetur ꝙ non ipſe, ſed alius ſurrexiſſet. Iſtam rationem tangit Amb. in libro de uirginibus, di. Bene monumentū nouū dixit Matt. ne ex monumento ueteri alius ſurrexiſſe crederetur. Secundo pp̄ reuerentiā corporis Xp̄i. Iſtam rationē aſſignat Aug. di. Sicut in uetero Mariæ nemo ante eū & nemo poſt eum conceptus eſt; ita in hoc monumento nullus ſepultus eſt ante eum, nullus poſt eum. Tertio ad deſignandum ꝙ quī uult corpus Xp̄i ſumere debet habere nouitatē in corde. Corpus quidem noſtrū primo eſt nouū ut in iuuentute: modò putridū ut in morte, ſpiritus aūt noſter debet ſemper uariari, i. in melius renouari. Sūt tñ quidā quorum ſpiritus eſt uetus per peccati malitiam. Iō monet nos apoſtolus 1. Cor. 5. Expurgate uetus fermentū ut ſitis noua conſperſio. Alii ſunt quorū ſpiritus eſt putridus per longā cōſuetudinē. Ioel. 1. Cōputruerūt ut iumēta in ſtercore ſuo. Alii ſunt quorū ſpiritus ſemꝑ eſt purus atq; nouus interius per puritatē. Apoſt. 2. Cor. 4. Licet is ꝗ fortis eſt noſter hō corrumpatur, tñ is qui intus eſt renouatur de die in diē: talis; qui habet iſtam nouitatē dignus eſt recipere corpus Xp̄i 1. Cor. 5. Epulemur in azimis ſinceritatis & ueritatis. Scđo ſepulchrū Xp̄i nō fuit ſuū propriū, ſed alienū, & hoc tribus de cauſis. Primo ad oñdēdū ꝙ nō debebat decinerari & detineri à morte. Iſtā rationē ponit Amb. dicens in lib. de uirginib. Bene ſcđm literā alienum fuit monumentū Xp̄i, habent tumulos qui ſub leges ſūt mortis: uinctor aūt mortis tumulū ſuū nō habuit. Nō. n. ille ſepulchrū mortis deſiderabat ꝗ de morte triūphabat. Itē in lib. ſer-

monum.Vt quid illi ſepulchrũ qui triduo tẽporis ſpatio non tanquam in ſepulchro mortuus;ſed quaſi in lecto ual de dormiens requieuit. Secundò ad oſtendendum q̃ nõ pro ſua,ſed pro aliena ſalute moriebatur. Ambr. Ideo in aliena ſepultura dñs potiusq̃ in propria ſepeliri uoluit: quia pro aliena moriebatur ſalute. ut quid illi propria ſe pultura qui in ſe mortẽ nõ habuit propriã? Tertio ad oſtẽ dendũ ſuã paupertatẽ.Sicut.n. in aliena domo uoluit naſci & in aliena uoluit conuerſari,ſic in alieno monumẽto uoluit ſepeliri.Mat.8.Vulpes foueas habẽt & uolucres cœli nidos:filius aũt hominis non habet ubi caput ſuũ reclinet. Ac ſi dicat: In morte mea non habui foueam propriã, ut poſſem ſepeliri,nec in uita mea habui nidum,i.domum in qua poſſem commorari:nec in natiuitate mea habui lectum in quo aurẽ meam poſſem reclinare. Tertio monumentum Chriſti fuit grandi lapide clauſum.Cuius triplex eſt ratio,quarum primæ duę ſunt literales,tertia eſt myſtica.Primã eſt ne locus beſtiis peruius eſſet. Secũdam rationem tangit glo. Aduoluit magnũ ſaxum ad oſtium monumenti,ut non poſſet aperiri ſepulchrum ſine auxilio multorũ.Tertia ratio eſt myſtica:per hoc.n.inſinuatur, q̃ illi qui corpus Xp̃i ſuſcipere uolunt, debent eſſe clauſi.ne peccatũ poſſet ingredi,ut dicit Bern.ſ.pudore,dolore,timore & amore. Multi.n.ſunt qui pp̃ pudorem hoium dimittũt peccare,& pp̃ dolorem. Alii ſunt qui ceſſant peccare pp̃ timorem pœnæ æternæ ne ipſam incurrant. Alii pp̃ amorem gloriæ,ne ipſam amittant.Iſta ſunt quatuor ſaxa incidentia quæ debent monumentum cordis claudere, ne aliqua pct̃ã poſſent illuc intrare.Dicit tamẽ idẽ Bern. q̃ duo prima,ſ.pudor & dolor non ſunt multum fortia ad reſiſtẽ dum:quia ſæpe pudor ſolatium capit de peccantium multitudine. Dolor de aliquo huiuſmodi conſolationem capit.Validiſſimum autem ad reſiſtendum peccatis in uiris perfectis eſt amor dei:in imperfectis autẽ minor ſupplicii. Quarto monumentum Chriſti fuit monumentum iuſti, ſcilicet ipſius Ioſeph:qui erat uir bonus & iuſtus: ut dicit Luc.23.Voluit autem Chriſtus ſepeliri non in monumen

to

to impii ſed iuſti,ad oſtendendum ꝙ Chriſtus nõ requieſcit niſi in corde iuſti. Ambro. ſuper Lucam: dicit quòd Xp̃s in monumento iuſti ſepeliri uoluit ad innuẽdũ, ꝙ in aĩo iuſti filius hominis caput ſuũ reclinat. Chriſtus.n.non requieſcit in animo auari cùm ſit ſpinoſus, nec in aĩo luxurioſi cùm ſit lutoſus, nec in animo ſuperbi cùm ſit uentoſus, ſed in aĩo iuſti cùm iſte ſit floridus iuxta illud Cãt. 1. lectulus noſter floridus. Scd̃o ad innuendum quòd nõ debebat pro peccatoribus immolari. Natus.n. fuit in medio animalium: quia hoĩes beſtiales facturus erat ſpirituales: uixit inter hoĩes peccatores, ut ipſos iuſtificaret: mortuus eſt inter homines latrones, ut lucrifaceret unũ, ſed hodie requieuit in monumento iuſti: non.n.amplius uoluit intereſſe conſortiis pc̃orũ: quia amplius pro ipſis moriturus non erat. Roma. 6. Chriſtus reſurrexit ex mortuis, iã non moritur, &c. Tertio ad innuendum quòd licet in hac uita ſunt mixti boni & mali, poſt mortem tamen boni in cęlo erunt per ſe, & mali in inferno perſeuerabũt: mediocriter boni, & mediocriter mali, ſ. pueri erũt in limbo. Secundò uidendum eſt qualiter Chriſtus fuit tumulatus; nam ipſe fuit ſindone inuolutus: ut dicitur Matt. 27. fuit unguento confecto ex myrrha & aloe unctus, ut à putredine ſeruaretur: ut habetur Ioann. 19. fuit linteis cum aromatibus ligatus, ut habetur ibidem. Per iſta autẽ ſignãtur illa quæ debet habere ille qui corpus dñi uult recipere. Corpus.n. Xp̃i dicimus eſſe tanquam candorem æternum. Sap. 7. candor.n. eſt lucis æternę, &c. tanquã panẽ angelicum. Pſ. 77. Panẽ angelorum manducauit hõ. Tanquã carbonem diuinũ. Io. Damaſ. Diuinum carbonẽ aſſumamus: ut ignis eius qui eſt in nobis ſancti deſiderij aſſumẽtes eam quæ ex carbone ignitionẽ inflammat noſtra peccata & corda noſtra illuminet. Eſt etiam tanquam cœleſte electuarium, quod confecit cœleſtis unguẽtarius: de quo dicitur Eccl. 38. unguẽtarius faciet pigmenta ſuauitatis & unctiones cõficiet ſanitatis. Inquantum igitur corpus Chriſti eſt candor in hoc requirit magnam mẽtis puritatem & hoc ſignificatur per ſindonem mundam: ut dicit ibidem gloſa. Sindone mũ

da Xp̃m inuoluit qui pura mente eum ſuſcipit. Inquantum eſt panis angelicus dēt recipi cū deuota oratione. Et hoc ſignificaẽ ꝑ aromata Apoc. 8. Aſcẽdit fumus aromatū incẽſorum de orationibus ſanctorū de manu angeli corā deo. Inquantum eſt carbo diuinus debet recipi cū mẽte ab omni humore uitiorum deſiccata. Sicut.n. ignis nō inflammat ligna: humida, ſed tantùm deſiccata: ſic ignis diuinus nō inflammat corda, niſi qń inuenit ea ab humoribus uitiorum deſiccata. Et hoc ſignatur per aloen quę habet uirtutẽ deſiccatiuā. Inquantū eſt cœleſte electuariū requirit corda à cibis noxiis, i. peccatis euacuata. Et ſignatur per myrrham quæ eſt amara, & ſignificat contritionẽ quę oĩa peccata expellit & euacuat. Tertio uidendum eſt qualiter debeamus cum Chriſto ſpiritualiter ſepeliri. Dicit.n. Apoſt. Rom. 6. conſepulti.n. ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ. Sepulchrum aūt illud in quo debemus ſepeliri eſt ipſa religio, in qua ipſe religioſus ſpiritualiter modò debet mori & ſepeliri. Aſſimilari autem debet mortuo & ſepulto quātū ad plura. Primo quātum ad ſenſum rerum. Sicut.n. mortuus & ſepultus nihil habet proprium: ſic religioſus nihil debet retinere, ſed omnia in communi diuidere. Quilibet laicos pōt dicere illud. Iac. 1. Nudus egreſſus ſū de utero matris meę, &c. Religioſus plus debet dicere, quia debet eſſe nudus in ingreſſu, ut nihil ſibi retineat, & nūdus in ꝓgreſſu vt nihil poſſideat. Nudus in egreſſu vt in morte nihil relinquat: Secundo debet aſſimilari mortuo, quantum ad ſenſum carnis & motum. Sicut.n. mortuus priuatur ſenſu & motu: ſic & religioſus debet eſſe mortuus quantū ad delectationes, q̃ ad ſenſum carnis pertinent. Et ſicut mortuus nō moueẽ motu próprio ſed alieno: ſic verus religioſus nō debet duci motu propriæ voluntatis, ſed ad imperiū ſui rectoris. Et ſicut mortuus ſemouẽti nō contradicit: ſic & religioſus plato ſe regẽti nō debet contradicere, ſed in oĩbus obedire; vt dicat illud Eſa. 50. Dñs aperuit mihi aurẽ: ego aūt non contradico, retrorſum nō abii. Tertio debet aſſimilari quantū ad domiciliū: quia ſicut mortus clauditur in ſepulchro: ſic religioſus in clauſtro: & ſicut mortuus

tuus de monumento niſi ad iuſſionē dei nō exit,ſ.in die iu dicii qñ dicetur:Surgite mortui venite ad iudiciū:ſic ēt religioſi nō debēt exire de clauſtro ſine iuſſione prælati. Et ſicut mortuus nō murmurat, qñ trāsfertur de monumēto in monumentum: ſic ēt religioſus non debet murmurare quando transfertur de monaſterio ad monaſteriū. Quarto debet maximè aſſimilari morti Xpi:iuxta illud Rom.6. Si complātati ſimiles facti ſumus ſimilitudini mortis Xpi,ſimul & reſurrectionis erimus. In morte igitur Chriſti aīa fuit à corpore ſeparata: tñ anima & caro diuinitatis fuerunt unitæ: ſic in uerò religioſo aīa debet eſſe ſeparata carne,ſ.ne ei cōſentiat in aliquo amore carnali. Anima tñ tua & caro debēnt deo uniri:anima per amorē,caro per incorruptionē:ut poſſis dicere cum propheta: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum,&c.

DE PASSIONE DOMINI.

Secundum legem debet mori. Ioan. 19.

CVm conſidero ſtatum uniuerſum, reperio q̧ totū tēpus à principio mundi per totum tēpus uſq; modo fuit ſeruatum & rectum per tres leges, ſ.primo per legem naturæ & iſta lex durauit uſq; ad Noe & Moyſen. Secūdo per legem ſcriptam, & durauit uſq; ad aduentū dñi noſtri Ieſu Chriſti. Tertio per legē gratiæ, & iſta durabit ab aduentu domini uſq; ad iudicium generale:unde ſi conſideremus que & qualia fuerunt facta tempore iſtarum legū, poterimus clarè uidere qualiter in qualibet iſtarum triū legum facta eſt mentio de morte Chriſti,& paſſione eius. Et ideo ſecundum quamlibet poteſt dici quòd ſecundum legem debet mori. Primo in lege naturæ mors Chriſti fuit præfigurata. Secūdo in lege ſcripta mors Chriſti fuit prophetizata. Tertio in lege gratiæ mors Chriſti fuit finita:Dico primo quòd mors Chriſti & paſſio eius fuit in lege naturæ figurata, & ideo ſecundum iſtam legem debet mori. Et quòd hoc ſit uerum apparet ex eo, quòd quando

do quis ſecundum leges humanas & naturales adiudicatus eſt morti: in ſua defenſione eſt aſſignatus iudex & aduocatus pro utraq; parte. Modò ſunt hic plures uiri periti & ſapientes ut cognoſcant ſi talis debeat mori ſcd̃m rectã iuſtitiam, ut ſententia detur licita. Simili modo poſſumus uidere ꝙ ſecundum legem Ieſus debet mori. Aſſignemus ergo iudicem in ſua cauſa & aduocatum pro parte ſua, & ex alia parte, ſ. humani generis aſſignemus ſibi iudicẽ & aduocatum. Et inſuper aſſignemus conſiliarios & aduocatos & peritos. Nũc aũt ordinemus ſic iudices in cauſa iſta. Sunt quatuor patriarchæ in lege naturæ, ſ. Adam, Noe, Abraham, & Iacob: cõſiliarii aũt ſunt quatuor filii Iſrael, ſ. filii Iacob, & loquit̃ *Ioſeph* pro omnibus fratribus ſuis. Item aduocatus ex parte Chriſti eſt pura innocentia: & ex parte generis humani eſt charitas. His ſic ordinatis interrogentur iudices. Et primo Adam. O Adam quid dicis de Ieſu? Rñdet: In ligno debet mori. Secũdo, Noe quid dicis de Ieſu? Rñdet, Nudus debet mori. Tertio, Abraham quid dicis de Xpo? Reſpondet: ꝙ in cruce debet mori. Quarto, Iacob qd dicis de Chriſto Ieſu? Rñdet ꝙ in monte caluariæ debet mori. Primo igitur reſpondet Adam ꝙ in ligno debet mori, & probat ſic: Ego peccaui, & in ligno offendi deum patrẽ, in ligno uitæ per unicum peccatum: ergo debet fieri ſatisfactio in ligno, ut melius reſpondeat culpæ: unde Grego. in præfatione: Qui in ligno uincebat per lignum quoq; uinceretur, per Chriſtum dñm noſtrum. Noe autem reſpondit ꝙ totus nudus debet mori, & iõ eſt hæc figura: quia ergo fui figura Chriſti tempore quo plantaui uineam primam & bibi de eodem uino, & propter ardorẽ uini ego fui nudatus & ſpoliatus & deriſus à filio meo maiori. Cùm ergo Xp̃s cuius ego ſum figura, ſit ille q nimio ardore cordis & charitatis quã habet ad genus humanum ſit cõplementum huius figuræ, certè debet mori nudus in cruce poſitus. Tertio reſpondit Abraham ꝙ Chriſtus debet portare crucem in collo ad montem, & ſic ꝓbat per illud Gene. 10. cap. Tentauit deus Abraham, & dixit illi: Tolle filium tuum quem diligis Iſaac. Concludit Abraham,

ham, di. Sic nolui filio meo parcere propter nimium amo rem quem habeo cũ genere humano, imò potius tradere cum ad mortem & portare crucem ſuam pęnitentialẽ pro humano genere. Et hoc eſt quod Paulus dicit, ꝙ proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Quarto reſpondit Iacob: ꝙ in mõte Caluariæ debet mori, cuius ratio eſt. Quãdo fugiebã perſecutionẽ illius regis & Iezabelis, uxoris Agab regis Samariæ veni ad mõtem Sion circa montem Caluariæ & ibi poſui vnum lapidem capiti meo. & uidi ſcalã cuius ſummitas cęlos tangebat, & ibi ego prophetizaui de tẽplo, & ibi ædificaui altare domino deo: hæc n. ſcala quã vidi non eſt niſi crux Xp̃i ubi debet mori ꝓ genus humanum: quia ſicut per quandam ſcalam aſcendimus altè: ita peccatores aſcendunt ad gaudia paradiſi, quãdo aſcendunt ſcalã pęnitẽtiæ, & iſta eſt ratio de Iacob, ex iſtis quatuor rationibus concludunt iſti quatuor iudices dicentes, ꝙ Xp̃s debet mori. Nunc reſtat uidere q̃d dicat aduocatus Xp̃i utrũ debeat mori uel nõ. Et dicit ꝙ non debet, nec tantã iniuriã pati aſſignans rationẽ. Ille qui natus eſt innocens, & ſine peccato, nõ debet mori, nec ad mortẽ adiudicari. Xp̃s eſt huiuſmodi: ergo, &c. patet per Petrũ. 1. Pet. 2. c. Qui pc̃m̃ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Nunc autẽ rñdet ſecundus aduocatus, ſ. charitas ex parte generis humani ad iſtas rationes ſic di. Certè Xp̃s debet mori, ꝓbatur ſic, idq́; ſcd̃m legem charitatis: Quilibet debet facere proximo ſuo q̃d uellet ſibi fieri. Sed ſi Xp̃s eſſet peccator (quod eſt impoſſibile) uellet ſubueniri & iuuari & redimi; ergo alteri, ſ. humano generi debet ſubuenire: q̃m niſi per Chriſtum nõ poterat fieri ergo Chriſtus uerè debet mori. Sed reſpondeo & ueraciter ex alia parte ꝙ Chriſtus de proprio peccato eius non debet mori: quia nullum commiſit ut ſuprà Apoſtolus, ſed pro peccato alterius, ſ. ſui proximi, cùm ſua propria malitia peccauit debet mori: ſcd̃m ergo iſtã legem debet mori? aliter non. Poſt hæc inceperunt loqui quatuor iudices Xp̃i & inquiunt ſic: Ecce dñe Ieſu tu non debes mori. Noueris ꝙ aduocatus tuus uenit ad nos ꝙ ſumus

mus iudices dicens, ꝙ tu nõ debes mori. Vis audire q̃d dicunt conſiliarii: & loquitur unus pro oĩbus filiis Iacob, ſ. Ioſeph. Rn̄det Xp̄s mihi placet, & locutus eſt Ioſeph. Dimitte debet mori, & à diſcipulo ſuo pro triginta denariis uenudari. Ratio eſt hęc. Ego fui traditus à fratribus meis Iſmaelitis & uenditus triginta denariis argenteis. Vn̄ ſcribit. Vẽditur in ſeruũ Ioſeph liuore ſuorũ. Cùm igitur fuerim figura mortis eius ut figura finiatur & terminetur, ipſe capietur, uenundabitur & morietur eo ꝙ figura eſt poſita. His auditis uertit faciẽ ſuã ad matrẽ, di. Ecce mater q̃ & qualia opponuntur mihi, & ea habeo ſuſtinere propter primos parentes. O quali morti ſum ego adiudicatus: ecce Iudas cui tanta bona feci, q̃uo me tradet in manus peccatorum pretio triginta denariorum. Tunc uirgo Maria auditis his uerbis filii ſui uertit uerſus filium ſuum cor, & ſic parentibus ſuis loquitur: O Adam, ò Eua primi parentes uos eſtis. Eua, ſic ſpreuiſti præceptum dn̄i & tranſgreſſi eſtis, cùm ſit deus meus & hoc propter peccatum ueſtrũ. Heu filius meus morte turpiſſima moritur. O q̃ amarus fuit fructus ille. Peccatis & filius meus dilectus pœnã ſuſtinet. O arbor cuius fructus mors eſt pœna, utinam non fuiſſes q̃m ualde ſum turbata. O productio arboris doloroſa. Tunc audientes Mariam reſponderunt: O regna miſericordiæ miſerere noſtri: q̃m quinque millibus annorũ ſtetimus in tenebris, & in umbra mortis quaſi cæci, &c. & lumine priuati & hoc meritis nr̃is, & niſi filius tuus nos liberet ſua morte perimus. Eia ergo pia mater. Noſce unde deſcendiſti, & nobis compatieris. His uerbis reſpõdet Maria & uerſus Iudã uertit faciẽ ſuã, di. O Iuda ꝓditor, cur regẽ cęlorũ uendis? Cur ad me non uenis, procurator eius es. Maiores pecunias dediſſem, ò auaritia, ò lex amara & miſera, quæ ita cõdẽnauit filiũ meum morte tam turpiſſima. Nã appello ad legẽ ſcripturæ: conquerens utrum mori debeat uel non. Aſſignemus ergo iterũ unum aduocatum ut fecimus ſuprà, & unũ pro humano genere. Aduocatus Chriſti erit fidelitas, & humano generi erit ueritas & aſſignentur quatuor iudices in lege ſcripturæ, ſ. quatuor

tuor

tuor prophetæ,ſ.Dauid, Salomõ, Iſaias & Hieremias.Cõ ſiliarii erũt duodecim prophetę minores, & loquať unus per omnibus. ſ. Zacharias. Interrogatus autẽ aduocatus Xpi,ſ. fidelitas utrum debeat mori an nõ:reſpondet ꝙ nõ debet mori Chriſtus,nec capi,nec tormentari,& ratio eſt: Qui eſt creator cœli & terræ & dñs uniuerſalis omnium, non debet mori,ſed Chriſtus eſt huiuſmodi : ergo non debet mori.Minor patet in Apoc.Ipſe eſt rex regum,dñs dominantium:ergo non debet,&c. Tales. n. proditores non ſeruant domino fidelitatẽ. Ex parte aũt generis humani, reſpõdet aduocatus.ſ.ueritas ꝙ debet mori, & probat ſic. Ieſus promiſerat ſic mori ꝓ genus humanum & ipſemet teſtatur:cùm non dicat niſi ueritatẽ:ut Io.8.Ego ſum uia ueritas,& uita.Cùm ipſe ſit ueritas, ſequitur ꝙ debet mori,quia promiſerat mori pro populo ſuo, & ſic definit loqui.Dum autẽ iudices audierunt rationes humani generis,protulerunt ſentẽtiam ut ipſe moriatur. Et primo Dauid dixit:Ieſus debet mori crucifixus.quia ego prophetaui in perſona ſua:Foderunt manus meas & pedes meos dinumerauerunt q; oĩa oſſa mea. Secũdus iudex eſt Salomõ di.ꝙ uili morte debet mori & cõſpui: quia ſcribitur in libro ſapientis:Morte turpiſſima cõdẽnemus eum. Tertius iudex eſt Iſaias,di.ꝙ cũ iniquis deputatus eſt & ſceleratis & nõ eſt eius ſpecies neque decor. Quartus iudex eſt Hieremias,dicẽs quòd debet mori flagellari & cædi,& à multis improperium pati.Datur igitur ſententia ab iſtis quatuor iudicibus.Videamus quid dicunt conſiliarii,& loquitur unus pro omnibus.ſ.Zacharias,& dicit quòd Chriſtus cum multis inſultibus & opprobriis debet mori, & duci ad locum ubi malefactores duci ſolent. His peractis omnibus,uirgo Maria audiuit omnia iſta de filio ſuo dici & fieri: uidelicet quòd ſecundum duas leges debeat mori,ſcilicet ſecuudum legem naturę & ſcripturæ,nec poterat euadere.Et hæc audiens uertit faciem ſuam uerſus Iudæos: O Iudæi inimici filii mei.Cur innocentem condemnatis, quid uobis malefecit, an eſt latro, aut proditor?Nam iterum appello ad legem gratiæ, poſt quam lex naturę &

ſcripturę condemnant eum iniuſtè ad mortē. Et hoc quia lex gratiæ eſt maior aliis legibus. Videamus ergo ſi ſecundum legem gratiæ eſt mori an non. Aſſignētur iudices & ſcribæ:uidelicet quatuor euangeliſtæ,Ioānes, Matthęus, Marcus,& Lucas:cōſiliarii ſunt undecim apoſtoli. Et aſſignētur aduocati,ſ.humilitas, & ex parte gñis humani neceſſitas. Omnes iſti cōgregati ſunt una uoce ſimul cōcordantes,quia uerè debet mori pro ſalute generis humani: atque hunc in modum Chriſtum ſimul oēs allocuti ſunt: Domine para quæ ſunt paranda,nam & appellatio Marię Nullum debet habere locum: quia melius eſt quòd unus moriatur pro populo,ne tanta gēs pereat. Tu autem ille unus es de conſenſu iudicum,conſiliariorum & aduocatorum. Auditis his uerbis cœpit Ieſus contriſtari, di. Ecce morior cum nihil horum fecerim.

Sequitur nunc in paſſione:circa declarationē uidenda ſunt plura. Qūo per inuidiam fuit una praua cōgregatio cōtra Ieſum. Qūo per auaritiam fuit traditus Iudæis per unū de ſocietate ſua. Qūo fuit captus ꝑ peruerſam & ini quā gentē. Qūo fuit accuſatus falſo & maledictus. Qūo falſiſſimè ad mortē iudicatus. Qūo in cruce erubeſcenter fuit cōclauatus. Dico primo per inuidiam Iudæorū, fuit, &c.ubi notandū eſt ꝙ propter duo ſimpliciter Chriſto in uidebant. Primo quia opera uirtuoſa faciebat. Secundo quia populus eū honorabat.Cōtingit multoties, ꝙ illi ꝗ mala faciūt inuidēt illis qui bona faciūt. Et iō Iudęi no lētes bona facere,inuidebant Xp̄o bona facienti & opera uirtuoſa:quia talibus operibus trahebat populū ad ſe, & doctrina eius cōuertebat ad deum, punitio malorum eſt uidere bonos. Dicebant ergo:Opprimamus eū quia contrarius eſt operibus noſtris. Hodie multi ſunt tales. Si dimittimus eū,ſic oēs in eum credent: quia uidētes miracula cæcorum leproſorum,claudorum & mortuorum. Vnde Io.3. Nemo pōt facere hæc ſigna quæ tu facis,&c. Sed inter alia miracula inuidebant cæci illuminationem, & Lazari ſuſcitationē, & hoc fuit maximū miraculū & ita euidens,ut nō poſſent calumniari, cùm plures inter fuiſſent

illi.

illi miraculo;qa iã quatuor diebus fuerat ĩ tumulo.Erat aũt nobilis genere & bene notus ĩ Hieruſalẽ; iõ multi uenerunt ad eius obitũ in Bethaniã, & cũm uidiſſent tã grãde miraculũ turbati ſunt ualde & cõmoti, & ſic patet qũo inuidebant ei propter bona opera uirtuoſa.Inuidebãt aũt ei duplici inuidia, primo ex propria inuidia q̃ eſt diſplicentia de bono alterius & hoc modo inuidebant Chriſto in corde eorum;quia populus eum ualde diligebat,& pp opera ei reuerentiã portabat, unde inuidebant. Scđo alia inuidia inuidebãt.ſ.cupiditate,quia ualde cupiebant eum tenere,& ideo iuſſerunt ut ubicunq; poſſet inueniri duceret in Hieruſalẽ:& hæc eſt inuidia deceptoria . Vnde magiſter ſententiarũ lib.3. diſtinctio.1. Per te inuidia filius dei & Mariæ nunc quęritur & cõdemnatur ad morté,quæ inuidia maledicta ſemp regnauit & adhuc regnat fortius. Creſcebat eius fama multum propter miraculum eius : iõ commoti fecerunt conſilium ut morti traderent. Nam poſtquã ſuſcitauerat Lazarum , Iudæi aſſiſtentes abierũt Hieruſalem , & narrauerunt id principibus ſacerdotum: quo audito ſtatim ac ſubito ſabbatho ante dominicã de paſſione tenuerunt primam conſilium. Secundum cõſiliũ octo dies poſt,ſ.ſabbatho ante ramos.Tertium conſilium fuit feria quarta poſt ſequentis, & ſic ter conſilium tenuerunt:unde plus peccauerũt q̃ ſi ex abrupto interfeciſſent eum.Principes ergo põtifices & phariſęi aduerſus Ieſum cõſiliũ fecerunt,dicentes:Quid facimus, hic hõ multa ſigna facit.Si ſic dimittimus eum credẽt oẽs in eum,qui ſimul dixerunt,uidete qũo populus eum ſequitur. Venient .n.Romani & tollent locum noſtrum,& gentem, timẽtes temporalia perdere uitã ęternã nõ cognouerunt & utrãq; perdiderunt.Tunc unus nomine Caiphas põtifex anni illius.i.hoc anno quid facerent docuit eos , & ait:Neſcitis quid facitis. Expedit uobis ut unus hõ moriať pro populo,& nõ tota gens pereat. Vbi notandum eſt q Caiphas illa uerba ſic intellexerat.Expedit uobis , i expediẽs eſt uobis ut hic hõ occidatur, & nõ tota gens per eius doctrinã pereat.Vnde aliqui dicebant:Demus ei uenenum in cibo

&

& potu ut cito moriatur. Alii dicebant, quæramus perditum aliquem & profligatum hominem cui dabimus pecuniam ut eum occidat: quia expedit ut moriatur, aliter perdemus locum noſtrum & gentẽ. Vnde Chry. Iſte Caiphas prophetizabat mortẽ Chriſti utilẽ eſſe: nõ ꝙ intẽtio eius eſſet ꝙ morte Chriſti genus humanũ redimeretur, ſed intẽdebat ꝙ ipſe occideretur ne à populo honoraretur. *Alii* aũt dicebant, uenite occidamus eum ubicunque potuerimus eũ inuenire nec curemus. Vnde Ioan. 10. Tulerunt lapides ut iacerent in Ieſum. Ieſus aũt abſcondit ſe & exiuit de templo, & fecit ſe inuiſibilem: quia nõdum uenerat hora eius. Vnde Orig. ait, ꝙ ex uerbis Caiphæ erant concitati ad iram. Et ab illo die cogitauerunt qũo interficerẽt eum, quia erant in maxima ira contra eum & Lazarũ, eo ꝙ plures cõuertebantur ad Chriſtũ propter uerba quę dicebat Lazarus de pœnis inferni quas uiderat: & iõ Chriſtum interficere uolebãt. Sciens aũt Ieſus inuidiã illorum nõ palam ambulabat, ſed abiit retro in deſertum iuxta ciuitatẽ quæ dr̃ Ephren, ibiq; prædixit diſcipulis ſuis mortem ſuam. Et ſtetit à ſabbatho ante dñicam de paſſione uſque ad ſabbathũ ante ramos & circuiuit iſtam regionẽ prædicando & miracula faciẽdo. Vnde in itinere in exitu de Hierico duos cæcos illuminauit, & decẽ leproſos ſanauit. Dederant pontifices tale conſilium & præceptum illis qui ueniebat ad diem Scenopegię, quod eſt feſtum qđ Iudęi celebrabant in memoriam expeditionis Aegyptiorum. Et tale præceptum erat quòd ſi quis eum inueniret appreheuderet eum. Glo. ad occidendum. Et ſtatuerunt vt ſi quis confiteretur Chriſtum eſſe deum, extra ſynagogã poneretur, & ſic uidetur eorum inuidia. Sc̃do dico quòd hic notantur duo. Primo magna auaritia Iudæ & cupiditas. Secundo de Ieſu ſancta conditio. De primo ſciendũ eſt quòd in ſabbatho ante ramos uenit Ieſus i Bethaniã, ubi fuerat Lazarus ſuſcitatus, & fecerunt ei cœnã magnã in domo Simonis leproſi. Non quòd eſſet tunc leproſus, ſed fuerat à Chriſto curatus. Miniſtrabat autem Simon & credebat quòd iret penes matrem domini quæ tunc in

Bethania morabatur. Lazarus & alii diſcipuli Chriſti, quē Iudæi qui uenerāt Hieruſalē & Lazarum ſuſcitatū uiderant, qui tūc erat in cœna & narrabat de pœnis inferni & de ſtatu ſanctorum patrum qui erant in limbo ſuſtinebāt. Et ut ait Aug. Nunquam poſtea riſit cum ſuperuixerit decem annis poſt reſurrectionē domini: Cùm autem eſſet in cœna, ecce mulier habēs alabaſtrū unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput recumbentis unā partem, & aliā ſupra pedes eius & exterſit capillis ſuis: quia ſentiebat ꝙ patiebatur aliquando dolorem: ideo fecit ad confortandum. Quæritur quare ungebat Ieſum Chriſtū? Rńdeo ꝙ quatuor de cauſis. Prima Chriſtus feſſus erat ex itinere itinere intantum forte, ut æſtimabat quod comedere non poterat, quod uidens Magdalena unxit eum. Secunda cā eſt, quia terra erat calida & ſicca, & ideo talibus unguētis utebantur pauperes homines: & Chriſtus erat pauper, & Magdalena erat diues. Tertia cauſa eſt, cōſuetudo Iudæorum erat ungere caput & lauare pedes hominis ſolénis de longe uenientis. Cum igitur ſit rex & ſacerdos debebat ungi. Quarta cauſa eſt ut aduerſus diſcūbentes excuſaret q nouerant eam peccatricem. Vidés autē Iudas ꝙ ex odore unguēti domus repleta eſſet, turbatus eſt eo ꝙ tale unguētū non perueniſſet uſque ad manus eius ut ipſum uénderet ſicut ſolitus erat, & ut fur decimam partē reciperet; cogitauit ex auaritia uendere Chriſtum, ut recuperaretur exiſtimans in corde ſuo ualorem; non potuit ſe continere ſed ſub ſpecie charitatis pauperū dixit: Vt quid perditio hæc, poterat.n. hoc unguētū, &c. O Iudas proditor, fur, & latro portabat oīa uxori & filiis quæ Chriſto dabātur & murmurabat. Nā a peiori rota ſemper ſunt iurgia mota. Quæritur quara Chriſtus fecit Iudam procuratorem ſuū cum ipſe ſciret ipſum eſſe latronem? Reſpōdet Aug. Vt daret exéplum non reuelandi peccata occulta aliorū. Nullus ſciebat Iudā eſſet latronē niſi ipſe Chriſtus. Secūda ratio, ut daret occaſionē emendandi ſe: ſed uidens Chriſtus quòd contra Magdalenam murmurabat excuſauit eā quatuor modis. Primo dixit, qd moleſti eſtis huic mulieri?

Opus.n.bonum operata eſt in me. Nota quòd Magdalena bis unxit corpus D. N. Ieſu Chriſti. Et primo in domo Simonis phariſæi, qſi flens acceſſit ad pedes domini, & lauit eius pedes ex abundantia lachrymarũ, & capillis ſuis tergebat & oſculabatur, & in hoc confitebatur ſuam diuinitatem pro quanto acceſſit ad eum, & dimiſit ei tunc peccata ſua. Secundo vnxit corpus Chriſti ante dominicã de ramis ĩdomo Simonis leproſi, & ibi diſcipuli murmurabãt de unguẽto increpando de charitate, & profundens uſque ad pedes. Dixit ergo Ieſus. Opus.n.bonum operata eſt in me, &c. videlicet opus cõfeſſionis fidei. Per primã unctionẽ intelligit opus pietatis & deuotionis. Per ſecundã intelligitur cõpatiendo martyrio cõpunctionis meæ. Secũdo modo excuſauit Magdalenã dicẽs: Nã ſẽper pauperes habebitis, &c. q. d. Iuda ne murmures cõtra me ſub ſpecie pauperum: quia cito expedies te de me. Tertio modo excuſauit Magdalenã, dicens: Mittens.n. hoc unguẽtum in corpus meũ ad ſepeliendum me fecit. q. d. Cùm iſta mulier uoluerit ungere corpus meũ in ſepulchro, non poterit: quia non permittam in reſurrectione mea, ſed nunc põt: iõ nullum bonũ mihi facitis, ſinite aliis facere. Quarto modò excuſauit eam, dicens: Vbicunq; fuerit prędicatũ hoc euangeliũ in toto mundo dicetur ꝙ in memoriam mei fecit. q. d. Rationabile eſt vt interius factum propoſitum charitatis demonſtretur exterius: ut per totum mundum narretur laus ſuę ſanctitatis. Secundo uidendum eſt qũo ꝑ auaritiam, &c. Primo notandum eſt ꝙ tribus diebus non poterat Iudas adimplere illud qđ propoſuerat, ſ. die dñica & lunæ, & martis. Primo non potuit dñica in ramis, quia Chriſtus iuit de Bethania in Hieruſalẽ. & ibi fuit à vulgo honorificè receptus, dicẽs: Benedictus q uenit In noĩe domini. Nota ꝙ Xp̃s iuit in tẽplũ ut nobis præberet exemplum ita faciendi, iuxta illud: Primũ quærite regnum dei, & inuenit ementes & uẽdentes, & eiecit eos cum flagello de funiculis, dicens: Domus mea, domus orationis uocabitur. Nota cõtra malè agentes in eccleſia & qui uẽdunt aliquãdo panem, &c. Vnde ibi prędicauit, & magna mira

cula

cula fecit,& ſic Iudas nō potuit facere quod propoſuerat. Cùm aũt ſero eſſet factum non inuenit Chriſtus qui daret ei in Hieruſalē cyphũ aquæ, quia inhibitũ erat à principibus ſacerdotũ: ideo uenit cum diſcipulis in Bethaniam ad commedendum in domo Marthę ubi erat mater ſua. Die lunę reuertitur in Hieruſalem, & cùm eſſet in templo ut poſſent eum in aliquo reprehendere ſcribæ & phariſæi, adduxerunt ei mulierē in adulterio deprehenſam dicentes, quid de ea eſſet faciendum. Dicebat.n.intra ſe: Moyſes pręcepit talē lapidare: ſi eam dimitteret cōtra præceptum faceret: ſi uerò condãnaret contra miſericordiã quam prædicat faciet, & ſic euadere non poteſt de manibus noſtris. Ieſus aũt ſubridens ſcribebat digito in terra. Dicunt aliqui quod illud quod ſcribebat dixit eis. Qui ſine peccato eſt ueſtrum primus in eã lapidem mittat, i.proiiciat. Abeuntes aũt unus poſt alium exibant & remanſit Ieſus ſolus & dixit. Vbi ſunt qui te nunc accuſabant, quis te cōdẽnauit? Et illa ait: Nemo dñe: & ego te non condemnabo ait Xps, ſed uade & noli amplius peccare. Multa alia ſigna fecit in illa die: & iterũ famelicus reuerſus eſt in Bethaniã in domo matris ſuæ: & ſic Iudas non potuit aliquid facere. Dũ aũt fuit in Bethania obuiauit matri ſuæ quæ eum expectabat ad cœnã quã reuerenter ſalutauit: ſed rñdit mater cum lachrymis, dicens: Qualis mihi pōt dari cōſolatio fili mi, cum iã cogitē te mori: ſciens ꝙ iudæi conuenerunt de diē in diē interficere: iō fili mi digneris matrem tuam præſentia tui cōſolari. Cui Chriſtus reuerenter rñdit, & confortans eã dixit: Mater mea ego tanquam medicus ſum, & genus humanũ indiget medicina in hoc mundo: nunc ergo oportet mę eſſe contra morbum medicina, & ſic dum talia uerba loqueretur uocanť ad cœnã: quia iam ſerotina erat. Die martis iterum benè mane reuertitur Hieruſalem, & dum in templum intrauit tam ſacerdotes q̃ alii mouerũt ſibi tales quæſtiones, credentes eum in diſputatione uincere. Et primò à principibus ſacerdotum & ſenioribus populi quęrentibus, qua poteſtate eiecerat uendentes & emẽtes de templo, & menſas numularias euerterat. Secundo

ab Herodianis, quærentibus utrum liceret dare tributum Cæſari, an non. Tertiò à Saducæis, quærentibus de muliere quę habuerat ſeptem uiros, cuius deberét eſſe uxor in alio ſeculo. Quarto à Phariſæis, q̄rentibus de maiori præcepto legis. Quibus Chriſtus omnibus ex toto impoſuit ſilentiū per efficaciā ſummarum rōnum: & ſic reuerſus eſt cum diſcipulis ſuis ieiunus. Iudæis autē quærentibus eū cum lapidibus, &c. Nota quòd q̄n prędicator prædicát cōtra uitia & extirpat illa ſunt plures qui inſurgunt contra eum quia ſunt ſcabioſi. Et quia Xp̄s ꝑꝑ multas occupationes tardauerat more ſolito uenire ad domum Marthę, mr̄ eius Maria obuiam uenit ei ieiuna ſicut filius. Et quærit mater à diſcipulis q̄uo Chriſtus inſtiterat diſputationi ꝑ totam diem contra principes ſacerdotum & ſeniores populi. Q̄uo ſimiliter uoluerunt eum capere & cum lapidibus obruere: ſed ipſe abſcondit ſe ab eis, & exiuit de templo. Audiens mater Ieſus uerba, percuſſa corde fuit, & ad pedes Chriſti tanquā mortua cecidit, nec poterat quicquā loqui filio ſuo. Sed eā dulciter cōfortans promiſit ei Xp̄s per totum diē ſequentē ſecum manere. Ad cuius uerba mr̄ eius eſt reconciliata, & ſurrexit, & pariter uenerunt in Bethaniam, ubi erat parata cœna in domo Marthæ. Die mercurij ſic ait Chriſtus ſuam matrē confortans ſuper martyrio paſſionis ſuæ. Et dicit mater filio ſuo; Noſti fili mi, quia tu de me carnē tuā ſumpſiſti ut redimeres genus humanum, nec intendo fili mi impedire illam redemptionē, ſed unum peto. Non deneges fili mi. Ecce.n. uenter qui te portauit, pectus quod te lactauit, ecce mater quæ te cū diligētia cuſtodiuit, & multos labores ſuſtinuit propter dulcedinem tui amoris, ꝑꝑ Herodē fugi in Aegyptum, & in redeundo breuiter per totum tempus quod fuiſti in hoc mundo: abſit fili mi quòd in toto uariari permittas qđ de me ſcriptum eſt: Non eſt qui conſoletur eam ex oībus charis eius: ſic diſpenſa myſterium tuum fili mi ut ita facias generis humani redemptionem: & quod tn̄ ne ſuſtineas matri tuæ doloroſam afflictionē. Quęro igitur ut unum illorum quatuor facias fili mi. Primū ꝙ ſine tua paſſione

redimas

redimas genus humanum. Scd̄m quòd ſi mori te penitus oporteat, ꝙ mors ſit ſine dolore & afflictione. Tertium ſi uis mori in tantis doloribus, ſaltem me mori primo permittas. Quartum ſi mori prius nō permittas, fiat cor meū durum ut lapis, ita ut in me nulla ſit cognitio tuæ mortis. Rogo te fili mi unum iſtorum, adimple cū ſit apud te poſſibile. Rn̄dit filius matri ſuæ cum omni honore & reuerētia: Cōcedo mater ꝙ utrunque iſtorum ſit poſſibile mihi, ueruntamen non mihi conueniens eſt nec ſcripturæ. Hoc prædixit Iſaias 5. Tanquā ouis ad occiſionem ductus eſt, & non aperuit os ſuum. Peccata noſtra ipſe pertulit, & dolores noſtros ſuo corpore ipſe portauit. Id concedere nō poſſum. Præterea nec ſcd̄m Adā peccauit cum delectatione: quia oportet ꝙ moriar cum pęna & dolore. Nec tertium, qa uolo ſeruare honorem debitum matri meæ: oporteret.n. collocare ſpiritum tuū in limbo cum ſanctis patribus, & expectare uſq; ad diem aſcēſionis antequam intrares in regnum cęlorum. Abſit à me ut iſta permittam de aīa matris meæ: imo ſtatim atque aīa tua à corpore tuo ſeparabitur, reducam eam corpori, & cum utroq; ſimul in conſortio angelorum luſcipiam te iuxta dexteram meam, nec aliam tibi petitionē concedam ꝙ .ſ. mater tantæ dilectionis non cōpateretur filio in tantis pęnis, ſed conſortetis mater: quia dolores quos ſuſtinebis in morte mea, recompenſabuntur in morte tua: qa tunc dolorē, nec timorem ſenties, imo gaudiū & dulcorē. Tunc uerificabitur de te illud Apoc. 21. Iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, ſed nec ullus dolor. Multa & alia loquebatur mater & filius illa die. Quia autē ſicut conſuetus fuerat non uenerat tēpeſtiuè de mane in templum, crediderunt principes ſacerdotum ꝙ uellet fugere ad alias regiones, imo fecerunt conſilium quō Ieſum interficerēt. Dicebant aūt, Non in die feſto, ne forte tumultus, &c. Magna cæcitas Iudæorū, timebant tumultum populi, nec timebant diſplicētiā dei: & nihilominus furore repleti conſiliū inierunt, ut eum non in feſto occiderent: & per conſequens grauius peccauerunt. Vnde Leo papa: Dicebant nō in die feſto, nō

ut populus non peccaret, ſed ne Chriſtus euaderet qui diligebatur à populo. Sicut circunſtantię aggrauant peccata .ſ. tẽpus, locus, numerus, ſtatus, perſona & ætas. Feſta uerò ſunt inſtituta ut deum laudemus, ut confiteamur, ut eccleſias frequẽtemus, ſed optimum eſt hodie: quia maiora peccata diebus feſtiuis permittũtur, q̃ aliis diebus. Et tales ſunt peiores Iudæis qui dicebant non in die feſto, &c. Videns aũt Iudas ꝙ Ieſus nominabat Hieruſalẽ exiſtimãs forte tẽpus oportunũ, timens ne diutius expectaret & non poſſet propoſitum adimplere: uenit Hieruſalẽ, & inuenit principes ſacerdotũ in atriũ põtificis qui dicebatur Caiphas, & intrauit ad eos ſine uerecundia, & dixit. Scio qd dicitis, quid uultis mihi dare, &c. O nequiſſime mercator Iuda: tu puertis cõmunẽ modũ mercandi, tu nimis bonũ forũ facis. Dei.n. bonitas non poteſt imaginari imò eſt infinita: tu ponis pretium in uoluntate ementiũ: tu facis ad modũ latronũ qui deſiderant expediri de furto & dant pro nihilo: tu promittis id qđ nõ ẽ in poteſtate tua niſi ipſe uellet. O uerbũ totius nequitię q tradis dñm tuũ q dedit tibi põtatẽ ſuſcitandi mortuos & miracula faciẽdi, & ſuũ apoſtolũ fecit, & ipsũ tradis. Audiẽtes Iudæi cõſtituerũt ei 30. argentos & ſpopondit, i. promiſit: & poſtquã fecit quærebat opportunitatẽ ut eũ traderet: & hęc uenditio fuit in die mercurii, & multi ĩ tali die abſtinẽt ab eſcis carniũ in memoriã uẽditionis Xpi. Exẽplũ de trãſeũte ꝑ quodđã nemus, q tota uita ſua abſtinuerat à carnibus in die mercurii in memoriã uẽditionis Xpi, ibidẽ fuit interfectus à latronibus ipſo inuoluto in diuerſis peccatis, & abſciſſo capite caput ibat ꝑ nemos clamãdo cõfeſſionẽ: & ex diuina prouidentia aduenit ſacerdos qui tranſibat ꝑ iter ſuũ: & pctã oĩa cõfeſſus eſt. Cui dictũ eſt ꝙ deus talibus nõ permittit ut ſine cõfeſſione moriantur, &c. Sed o.ſ. in die iouis de mane diſcipuli ad Xpm dixerunt: Vbi uis paremus tibi comedere paſca? Et ait Chriſtus ſecretariis ſuis: ſ. Petro, Iacobo & Ioãni: Ibitis ad ciuitatẽ, ſ. Hieruſalẽ, & ſtatim habebitis hoiem obuiã portantẽ uas aquę plenũ, ſequimini eũ, & intrantes domũ dño illius hoſpitii, di-

çetis:

tetis:Magiſter dicit ꝙ oſtendatis nobis locum ſecretum. quia in domo ueſtra uult manducare paſchalē agnū cum diſcipulis ſuis;& ipſe oſtendet uobis cœnaculū grādè ſtratū & ibi parate cœnam.Et ecce tūc ad ueſperā Ieſus uenit Hieruſalem de Bethania cū diſcipulis ſuis, & intrauerūt domum ſecretè & ſederunt ad menſam,& in principio cęnæ dixit Ieſus:Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum antequā patiar.Comeſto agno antequā cibaria deponerentur,ſurrexit à cœna & lauit pedes diſcipulorū ſuorū in ſignū puritatis & innocētiæ:quibus lotis iterū recubuit & conſecrauit corpus ſuū de pane & ſāguinē ſuū de uino,& conuocauit diſcipulos ſuos & Iudā:& illis cōuocatis dixit:Dico uobis unus ueſtrū hodie me traditurus eſt,nō nominādo:ut daret nobis exēplū nō reuelandi pctā aliena.Tunc cœperunt ſinguli dicere & ſe excuſare, & ualde turbati ſunt dicentes:Nunquid ego ſum dñe?Petrus erat iuxta dñm & quęſiuit quis eſſet ille: & dixit Ioāni:Quæratis.ſ.quis eſt ille,& Ioannes dixit: Dñe quis eſt qui te tradet?Cui Xp̃s dixit:Cui intinctum panem porrexero me tradet.Timuit Ioānes ne Xp̃s ſibi traderet.Igit̃ recubuit ſupra pectus dñi:& Chriſtus tradidit Iudę,& cōtinuo exiuit de menſa,& dixit ei Ieſus.Quod facis fac citius.Putabant apoſtoli ꝙ loqueretur de aliquo ferculo ponendo ſuper menſam ; & tunc diabolus habuit maiorē poteſtatē in Iuda quàm antè,& ipſe abiit ad principes ſacerdotum ut clam haberent eū ad capiēdum. Tūc dixit Ieſus diſcipulis ſuis:Nūc clarificatus eſt filius hominis.Nūc eſt ſocietas magis clara & mūda.Ratio eſt, qa Iudas erat totus tenebroſus & obſcurabat totam ſocietatem Chriſti: & non expectauit gratias neque ſermonē quē fecit deus.

Nota de illis qui nolūt audire ſermones, &c. Qui etiā nō reddūt gratias de bonis à deo ſibi collatis,ſed recedūt ut porci ad lutum.Cùm igit̃ receſſiſſet Iudas cepit Ieſus dulciter loqui diſcipulis, dicens. Filii mei adhuc uobiſcum modicum ſum,ſed recedam in breui à uobis: & quo ego uado nō poteſtis uenire:nec me modò ſequi,ſequemini aūt poſtea.Intelligebat autem Ieſus de munere paſſionis.

nis. Et Petrus reſpondit: Dñe quare non poſſum te modò ſequi? Ecce aĩam & uitam pro te pono, & quia Petrus multum audacter loquebatur, nec ſciebat illa q̃ uẽtura erant. Dixit ei Ieſus: Amen dico tibi antequã gallus cantet bis, ter me negabis. Dixit ei Petrus: Domine ſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo, & nõ mentiebatur tunc Petrus: quia habebat propoſitum ſic faciẽdi. Notã qũo aliquis nõ debet eſſe præſumptuoſus. Quidam præſumunt non facere pc̃m uel feciſſe cùm omnes ſumus peccatores. Si. n. facis unum pc̃m potes aliud facere. Petrus uerò non fuit ſemper conſtans. Et uidetur Ieſus ipſum in ſpeciali uituperaſſe. Nam dicit diſcipulis ſuis: Amen dico uobis q̃ uos ſcandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptũ uerò eſt: Percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. Et quia Petrus erat audacior in amore Xp̃i quamuis poſtmodum inconſtans dixit Xp̃o: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, paratus ſum & in carcerẽ & mortẽ ire. Tunc dixit Ieſus Petro: Simon ecce Sathan expetiuit uos ut cribraret, id eſt uẽtilaret ut triticum, quaſi diceret: Non cõfidas tantùm de te: quia diabolus tentabit te & alios: & ille diabolus faciet uos exire à fide ſicut triticum de cribro excutitur. Et debemus ueraciter ſcire q̃ illa ſocietas apoſtolorum fuit taliter excuſſa à diabolo, q̃ ferè exierũt à fide: nec unquã reuerſi fuiſſent niſi Xp̃s oraſſet pro eis, & orauit ad exẽplũ noſtrum qũo debemus orare pro chriſtianis, ut ipſi uiuãt in fide catholica & mali cõuertantur ad fidem, unde dicit Petro: *Rogaui pro te ut non deficiat fides tua, et tu aliquando cõuerſus confirma fratres tuos.* Rñdit ei Ieſus, Et ego dico tibi antequã gallus cantet bis, ter me negabis. Cùm prædixiſſet Ieſus Petro q̃ cum negaturus erat, iterum aggreditur communitatẽ apoſtolorum & dixit eis, q̃n fui uobiſcum corporaliter & miſi uos ſine pera, id eſt ſine onere portationis & ſacculo, & baculo, nunquã aliquid defuit vobis. Dixerunt non. Et tunc ſcitote quòd ſuperueniet perſecutio: quia qui habet tunicam uendat eam, & emat gladium, ſed qualiter Chriſtus dixerat eis quòd haberent gladium cùm prohibuerat eis ne afferrent? Ratio eſt ſecundum Chryſ.

Ad innuendum ꝙ cohors ſacerdotum & clientum armato rum debebãt uenire ſuper ſe ad capiendum eum,ꝙ qui uellet ſe defendere haberet homines armatos ad reſiſtẽdum. Rñderunt diſcipuli:Dñe ecce duo gladii.Quæreretur hic ubi acceperunt diſcipuli, reſpondetur ſcd̃m Chryſ.ꝙ Petrus audierat quòd iudæi machinabantur malum aduerſus Ieſum, ſcd̃m Hierony. erant cultelli cum quibus Petrus diuiſerat agnum paſchalem.Finitis his uerbis ſurrexit Xp̃s de mẽſa & orauit pro collegio ſuo & eis omnibus bona facientibus, de quo dr̃, & hymno dicto exierunt in montem oliuarum, & hoc de ſecundo puncto principali. De tertio autem quõ fuit captus, &c.ſciendum eſt, quòd poſt hæc egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron,& Iudas qui nõ erat in ſocietate Xp̄i, ſed abierat ad principes ſacerdotum locum ſciebat ubi Xp̃s uenerat cum diſcipulis ſuis,&c.quare Chr̃s uoluit intrare campum & ibi capi,triplex eſt ratio.Prima qui uoluit ſatisfacere peccato primorum parentum qui in paradiſo terreſtri peccauerant.Scd̃a ratio ad oſtendendum ꝙ nos non poſſumus uenire ad delicias paradiſi, niſi trãſeamus per torrentem præſentis uitæ.Tertia ratio ut nos doceret,q ſicut ĩ horto fuit captus, ſic & nos in hortis deliciarum huius mundi ſumus ſæpè capti. Cùm aũt ad hortum cõueniſſet cum diſcipulis ſuis aſſumpto Petro,Iacobo & Ioanne,alios dimiſit per ſpatiũ modicum retro,& ait illis:*Sedete hic donec uadã illic et orẽ, et auulſus eſt ab eis quaſi iactu lapidis*. Ad oſtendendũ quòd debemus orare ſecrete.Modus orandi fuit talis.Primo flexit genua,ſcd̃o faciem ſuam inclinauit. ad oſtendendum humilitatẽ uolentibus orare.quid aũt ſic orauit, rñdetur, quòd patrem, dicens: *Si poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte*, ideſt tormentũ iſtud. Inquantum hõ orabat timens mortem,uidetur quòd iſto modo, dicendo: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte:quòd Chriſtus habuerit uoluntatem contrariam uoluntati patris ſui:ſciendum eſt quòd quantum ad naturam humanam oratio Chriſti fuit,quia omnes ſenſus Chriſti exteriores paſſi ſunt. Nam hæc oratio,Pater mi,non ſufficiebat ad redemptionẽm.Ideo re-

ſpondit non ſufficit fili mi: quia ſicut Adã in ſuo peccato delectationem accepit: ſic oportet te ſuſtinere pęnam pro eo. Vnde filius rñdit: Pater uolo pati famem, ſitim, laborẽ, paupertatem, ſed recuſo mortem, pater rñdit: fili mi, tu ſcis ꝙ Adam per pc̃m̃ ſuum condamnatus eſt in fine ad mortem cũ tota eius poſteritate. ſi ergo uis redimere genus humanum oportet te mori: ut uitam ęternam homini bus acquiras: tunc filius rñdit: Ex quo uis ut moriar nunquid ſufficit ut moriar morte naturali? Pater reſpondit, ꝙ ſi abſque morbo corpus deponas & iterum reſumas & te uiuentem oſtendas, nõ credetur tibi de reſurrectione. quõ de tua morte uictoriam habueris niſi paſſus fueris illam? Filius rñdet patri: Ex quo uis, fiat uoluntas tua. reſpõdet pater: Non refutes in hac ætate, ut delectatio maior appareat. Filius autem dicebat patri: Pater ſi uis non patiar in Hieruſalem in conſpectu tanti populi. Sed in Nazareth ubi fui conceptus: uel in Bethleem ubi fui natus, uel in Ebron ubi Adã fuit ſepultus. reſpondet pater: Fili mi imò patieris in Hieruſalem & extra ciuitatem in loco qui dr̃ Caluariæ, quia uirtus iſtius paſſionis eſt ad totũ mundũ diffundenda. Ideo debes mori in medio mundi iuxta illud: Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Filius reſpõdit patri: Fiat uoluntas tua. Sed rogo ut habeam milites compatientes mihi, ſcilicet diſcipulos meos aſſiſtentes & conſentientes, tunc pater: fili mi quia paſſio tua debet eſſe in remedio mulierum, ideo ab omnibus hominibus patieris, uidelicet à ſacerdotibus, à principibus, à Iudęis maſculis, à fœminis, ab amicis, ab inimicis, à Iuda traditore, à Petro negaberis & ab oĩbus diſcipulis tuis relinqueris, Sed ſolùm à duobus latronibus aſſociaberis & in medio collocaberis tanquã particeps in eodem crimine de maleficiis, & taliter relinqueris quòd nõ habebis qui det tibi unam guttam aquæ ut impleantur ſcripturæ: Ego ſum uermis & non habeo opprobrium, &c. & ſi ſimiliter relinquẽt me ꝓximi mei & qui me nouerunt receſſerunt à me. Pater mi ex quo omnes me relinquẽt, relinquet me mater mea? Nequaquam, ſed fortiter mori tecũ erit uolũtaria & parata.

Ait Xp̄s patri: Rogo te pater ipſam non eſſe præſentem, ſufficit pro redemptione generis humani paſſio mea. Pater loquitur filio: Fili mi conuenit ut mater tua nō ſit abſens à tui paſſione & morte p̄p ſex rationes. Prima quia ſi ſibi narretur paſſio tua morietur præ dolore: ſc̄da ratio eſt ut ea præſente diſponas & eam alicui recōmendes: tertia ratio eſt ut tua paſſio corporaliter uiſa cordi ſuo perpetuò maneat fixa: quarta ratio ut illi qui p̄ſentes nō erunt, poſſint ab ea informari citius de tua paſſione: quinta quia de ſua tua caro eſt. Iō non cōuenit unā ſine alia pati: ſexta ratio eſt in augmētum tuæ paſſionis quæ dr̄ omnium maxima. Loquitur filius poſtea: Pater mi fiat uolūtas tua nō mea. Cùm Xp̄s oraſſet reuerſus eſt ad diſcipulos & inuenit eos dormientes, quia oculi eorum erant grauati, & dicit Petro: *Simon dormis.* Quæritur quare citius redarguit Petrum q̄ alios. Ratio eſt, quia ipſum futurum paſtorem prænuntiabat. Et qui deberet uigilare paſtor ſuper gregē ſuum, tunc hortatus eſt ipſos, dicens; *Vigilate et orate, &c.* Et ſequitur; *Spiritus promptus eſt, &c.* ſecundo iuit ad orādum, & facta oratione redijt ad ipſos & inuenit eos dormiētes, ſed nihil dixit eis: tertio reuerſus ad orationem factus eſt in agonia prolixius orans, & factus eſt ſanguis ſudor ut aqua. Et tunc ſcd̄m Lucam; Angelus de cœlo apparuit cōfortās eum quamuis non indigeret, ſed ad demonſtrandū quod perſonam in oratione ſtantem ante uiſitat. Quæritur quare ter orauit. Reſpondetur ad oſtendendum quod debemus orare pro peccatis præteritis, præſentibus & futuris; ut habeamus cōtra ea cautelam. Poſteà uenit ad dīſcipulos & dicit illis; *Dormite iam et requieſcite*, quaſi dicat; ſi eſſetis fideles amici non deberetis dormire. Dico aūt uobis q̄ Iudas non dormit. *Ecce appropinquat qui me tradit, adhuc eo loquente, Ecce Iudas Scarioth & cum eo clientes & Herodiani, &c.*

Nota q̄ Iudas adduxit ſecum clientes brachii ſecularis & eccleſię ne Chriſtus poſſet euadere, timebat enim Iudas quòd ſi ſolùm unam iuſtitiam cępiſſet, alia Xp̄m iuuaret. Ideo ne poſſet euadere utranque iuſtitiam adduxit. Dede

dat aūt ſignum, dicens: *Quecunque oſculatus fuero, &c. Ieſus aūt ſciens omnia quæ uentura erant ſuper eum proceſſit & dixit eis. Quē queritis? Ieſum Nazarenum, & audito hoc nomine ceciderunt retrorſum. Dixit Ieſus, ego ſum. Iterum eos interrogauit: Quē quæritis? Ieſum Nazarenum, &c. Dixi uobis quia ego ſum, ſi ergo me quæritis ſinite hos abire:* & tunc Iudas ſalutauit eū, di. Aue rabbi, & oſculatus eſt eum, dicens: Amice ad quid uenisti? Dicunt aliqui ꝙ ratio quare Iudas dedit ſigna eis fuit, ne caperetur Iacobus minor: quia ſimilis erat Xp̄o: & dicit Ieſus: Iuda oſculo filiū hominis tradis? Tunc acceperunt & manus iniecerunt in Ieſum. Petrus aūt eos uidens exemit gladium & amputauit auriculā ſerui pontificis cuius nomē Malchus. Nota ꝙ Petrus pcuſſit, i. papa epiſcopus & cæteri prælati eccleſiæ habent iuriſdictionē quantum ad hoc, quia percutiunt Malchū, i. rebelles, inobediētes, incorrigibiles, & poſſunt, quia data eſt eis poteſtas ſeparare eos ab eccleſia ꝙ ipſi nō poſſunt audire diuinū ſeruitium quod pertinet ad aurē dextram, ſ. animæ: quia hō primo quo ad fructum & ſuffragia generalia ſeparatur ſiue in uita ſiue poſt mortē, 11.q.3. quicunque, excommunicatio ſeparat à deo 24.q.3. Certum. Excommunicatio dr̄ extra cōmunionē eccleſiæ ſeparatio, 11.q.3. Nihil excommunicato ad ſalutē & correctionē ordinatur. 24.q.3. Notādum eſt, tūc Ieſus dixit Petro: Mitte glaudium in locū: omnis. n. qui accipit gladiū, gladio peribit: hoc eſt intelligendum iniuſtè capiendo, & ſanauit auriculam Malchi & dixit Ieſus: Tanquā ad latronē, &c. tunc diſcipuli relicto, eo, &c. Heu non dimiſerant eum in cena in proſperitate, ſed in neceſſitate: erant. n. amici in menſa: & ſic fides extincta eſt in eis: quare hodie in officio oēs candelæ extinguūtur præter unā, ad oſtendendū ꝙ ſola fides remanſit in uirgine Maria. Poſtquā aūt fuit captus primo duxerunt ad Annā qui fuerat pōtifex in anno præcedenti, vnde ex cupiditate officium pōtificis annuatim vendebatur & emebat̄. Videns aūt Ioannes ꝙ Xp̄s ducebatur ad domū Annæ, ipſe cùm Petro ſequebatur eū à longe vt viderent finem. Iō cū Io. eſſet notus pōtifici intrauit domum. Et qūo erat Io.

notus

notus cum ita pauper eſſet? Rñdetur ꝙ pater Ioannis erat piſcator, ut ait Chryſ. & cùm Io. eſſet puer pater eius mittebat piſces per Ioan. Iō ancilla quando vidit Ioannē dixit: Vis intrare? Qui dixit ita, ſed rogo te ut dimittas intrare ſocium meum, ſ. Petrum. Quem videns ancilla dixit Nunquid ex diſcipulis es hominis iſtius? Ipſe timuit ne caperetur, di. Non ſum. Chryſo. O Petre nunquid dixiſti: Et ſi oportuerit me mori tecum, &c. Si uir interrogaſſet te, tu debuiſſes aliquo modo excuſari: ſed quia vna ancilla, nō es excuſatus. O qualis pugil tu eſſes, cū ad interrogationē vnius mulieris tu miſerrimè negas magiſtrū tuū: Sed uide te q̄uo ſæpe ab utroque patiebatur. Iterum poſt modicum vidit Petrum quędam alia ancilla, & dixit aſtātibus: Nōne hic cum Ieſu Nazareno erat? Et ille negauit cum iuramento: quia non nouit hominem, & erat iuxta ignem calefaciens ſe. Et tunc Annas interrogauit Ieſum de duobus, ſ. de doctrina & diſcipulis ſuis. Primo de doctrina: quia nō ſuffeciſſet de doctrina Moyſi, di. Videtur tibi ꝙ ſis ſapientior deo & Moyſe, tu prædicas nouas leges. Secundo tu facis te capitaneum gentium: uoluiſti habere duodecim apoſtolos ſicut duodecim patriarchas. 72. diſcipulos ſicut mundus fuit diuiſus in ſeptuaginta duabus linguis, quare hoc facis? Dicas mihi ad primam quęſtionem. Reſpondet Chriſtus cū humilitate de doctrina ſua. Ego palam locutus ſum mundo: interroga eos qui me, &c. Et cum dixiſſet vnus miniſtrorum pontificis. Dicunt quidā ꝙ fuit Malchus, cui Chriſtus aurem ſanauerat, dedit alapam Ieſu, di. Sic reſpondes pontifici? & proiecit eum ad terram, qui erectus dulciter dixit: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, cur me cędis? Videns autem Petrus ꝙ Chriſtus ſic patiebatur incępit flere. Tunc dixerunt illi, & tu ex illis es. Tunc Petrus non ſolùm negauit, ſed anathematizauit & iurauit, di. Ad malam damnationem veniam, ſi ego vnquam noui eū: & ſtatim gallus cantauit. & Chriſtus uertens ſe ad Petrum reſpexit, q. d. Petre tu me negaſti, & recordatus eſt Petrus uerbi Ieſu quod dixerat, & egręſſus foras fleuit amarè. Di-

cit maigſter ſententiarum q intrauit in quoddã monumẽtum; di.ſe nunquã exiturum, donec Xp̄s parceret ei. Iõ reuelauit ſibi angelus in die reſurrectionis, q Xp̄s remiſerat ſibi peccatum. Ab illa hora tunc portauit ſemper ſudariũ cum quo ſibi tergeret oculos: quia ſemper flebat qñ audiebat gallum cantare. Videns igitur Annas q nihil contra Xp̄m inueniebat miſit eũ ad Caiphã. Dicit Bæda q poſuerunt cathenã in collo eius & trahebant eum cum impetu magno: & tamen repererunt eũ innocentẽ, & adduxerũt eum uinctũ: & dũ eſſet in domo Caiphæ vbi erant oẽs pharisæi nobiles legis ſacerdotes clamauerunt ſimul dicẽtes: Quoties diffamaſti nos in ſermonibus tuis corã populo? O deceptor populi qui tanta mala feciſti nobis: modò tenemus te. Et q̃rebant aduerſus eum falſum teſtimonium, ut eũ morti traderent, & nõ inuenerunt. Nouiſſimè autem venerũt duo falſi teſtes dicentes: Hic dixit, Poſsũ deſtruere tẽplum dei, & in triduo reędificare illud. Et bene falſi erant, quia hoc dicebat de templo corporis ſui, & q debe-ret tertia die reſurgere: & Ieſus non reſpondit vt audiuit. Tũc dixit Caiphas: non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia, & non reſpondit vt admiraretur præſes vehementer. Et dixit ei: Adiuro te per deũ vt dicas nobis ſi tu es, &c. Et tunc propter reuerentiam nominis reſpõdit: Tu dixiſti: verùm eſt quia ego Meſſias ſum: filius dei & Saluator mundi. Amodo videbitis filium hominis venientẽ in nubibus cœli & ſedẽs à dextris dei, ſ. in extermo iudicio. Quo audito Caiphas in ſignũ triſtitiæ ſcidit ueſtimenta ſua, di. Audiſtis blaſphemiã: quid adhuc egemus teſtibus, quid uobis uidetur? Et dixerunt. Reus eſt mortis: Quẽ apprehenderunt Leuitę & ſacerdotes, & eum ſuper cathedrã ſedere fecerunt, & in facie ſua dulciſſima expuerunt: ita q vix eum uidere quis poterat. Secundo velauerunt faciem eius percutientes eũ, dicẽtes: Quis eſt qui te percuſſit? Tertio alii trahebant ſibi barbã: & dicunt quidã q nunquã fecerat radere. Poſtquã aũt ſic fuit tractus tota nocte: quia erãt fatigati magnis doloribus quos ei fecerãt, voluerunt modicũ q̃eſcere in aurora. Idcirco ligatis manibus retror-

ſum poſuerunt eũ in foueã quandã vbi fæces coquinæ de ſcendebant,& ibi fuit uſq; ad primã:& hæc de tertio principali. Quarto dixi. Quõ accuſatus falſiter, &c. Vbi notandum ꝗ mane tanquã latronẽ duxerunt eũ ad Pilatũ & dixerunt Pilato: Ecce ponimus hominẽ iſtum in manibus tuis tanquã reũ crudeliſſimę mortis: quẽ apprehenderunt ſacerdotes legis & Leuitæ, & oẽs ſeniores populi dicẽtes: Moriatur morte turpiſſimã hõ iſte. Videns aũt Iudas qualiter ſic tractabatur triginta argenteos, di. Peccaui tradẽs ſanguinẽ iuſtũ. Nota de pœnitentia Iudæ, nõ fuit ex contritione: quia fuiſſet ſibi ſalutifera; ſed fuit ex erubeſcentia & cõfuſione. Qui dixerunt, Quid ad nos ſi tu feciſti fatuitatẽ tuã bibe illã. Ille autẽ videns ſe deriſum proiecit triginta argẽteos ante cõſpectũ principũ, abiit & laqueo ſe ſuſpendit. Et in hoc plus offendit Chriſtum ꝙ quando eum uendidit, & tunc crepuit medius & diffuſa ſunt viſcera eius. Non.n.erat digna anima exire per os quod tetigerat Chriſtum. O ſi Iudas reſtituit pecuniam malè acquiſitã: qũo uſurarius tenet uſuram & ſymoniacus præbendã? Certę peiores ſunt Iuda. Et quando Xps ad inferos deſcẽdit, infernus & diabolus ea quę iniuſtè detinebant, reddiderunt, quod tamen nolunt iſti facere. Tunc Iudæi accipiẽtes pecuniã dixerunt: Nõ licet eos mittere in corbonã quia pretiũ ſanguinis eſt. Sed erit in repoſitorio oblationũ. Et de iſta pecunia emerunt agrum figuli cuiuſdã hominis ſic nominati ut facerent ſepulturam peregrinorũ: quia nõ habebãt ſepulchrũ. Et uocatur ager ille Alchedemac; hoc eſt ager ſanguinis. Ieſus autẽ ſtabat ante præſidem ligatus. Videns autẽ Pilatus Chriſtum ſic ligatum qđ erat ſignum homini condemnati ſecundum ritum & uſum Romanorũ, ait: Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Dixerũt, Si nõ eſſet maleſactor nõ tibi tradidiſſemus eum. Credebat Pilatus ꝙ Chriſtus feciſſet aliquid contra legem Moyſi propter quod deberet uerberari: Ideo dixit: Accipite eum uos & ſecundum legem, &c. Et dixerunt: Non licet nobis interficere quenquam, ſcilicet in die feſto: quia in poteſtate Romanorum erant oẽs:

sd propter

ba ſicut fatuum,& remiſit illum ad Pilatum,& die illa fa cti ſunt amici Herodes & Pilatus. Pilatus aũt conuocatis principibus ſacerdotum dixit ad illos: Vos obtuliſtis mihi hominem hunc quaſi ſubuertentem legẽ. Interrogaui eum,ſed nullam cauſam mortis inuenio neq; Herodes. Et uolens eum liberare de manibus eorũ emendatum illum dimiſit tradidit militibus qui propter hoc recipiebãt pecuniam,& exuentes eum & ligauerunt ad columnã & funiculis nodoſis uſque ad ſanguinis effuſionem flagellauerunt,& poſtea ueſte purpurea eum circũdederunt. Et plectentes coronam ſpineã impoſuerũt capiti eius, & in manu baculum arundinem pro ſceptro,& deriſoriè ante eũ flexis genibus ueniebant,dicentes: Aue rex Iudæorum: dabant ei alapas expuentes in eum. Cùm aũt ſic eũ uerberaſſent crudeliter. Pilatus fecit eũ adducere foras & dixit. Ecce hõ: credo ꝙ regem ueſtrum non ſe præſumet facere ſicut uolebat. Quærebat aũt Pilatus eũ liberare. Tunc oẽs clamauerunt cum impetu, Tolle tolle crucifigẽ eum. Dixit eis Pilatus, Regem ueſtrum crucifigam? O generatio praua & peruerſa es quæ non habes compaſſionem de rege tuo: unde dicit Aug. ꝙ cor Pilati non poterat euelli quin Chriſtus eſſet rex Iudæorum: tunc dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem; ſi hunc dimittis nõ es amicus Cæſaris. i. ſi tu nõ condemnes eum ad mortem mandabimus Cæſari. Timens aũt Pilatus perdere officium ſuũ uidens quòd eũ liberare non poterat, fecit apportare aquã & lauit manus ſuas, di. Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti: tunc dixerunt: Sanguis ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et ſedit pro tribunali & dixit; Ego Pilatus præpoſitus in Hieruſalem iudico te Ieſum Nazarenum, quia regem te feciſti, filiẽ dei te nominaſti, ſeditionem in populo concitaſti; ideo iuxta decreta principum Romanorũ te præcipio cruci affigi & eleuati ut moriaris. Et data ſẽtẽtia à Pilato. Baiulãs ſibi crucem. Non dicit baiulantes quia crux erat quindecim pedum, ipſe recepit & uexatus non poterat pedem pedi præponere, quia nec comederat nec biberat, ſed die ac nocte innumerabilia tormẽta ſuſti

nuerat,

runt ex infirmitate,& tales iterum ſunt pœnitentes de in firmitate,ſ.animæ reſurgentes.Tertii ſunt in itinere cõſtituti,quales iterũ ſunt pẽnitẽs, qui in hoc ſeculo quaſi in itinere conſtituti peregrinãt & tẽdunt ad cęleſtẽ patriã; quapropter indigent cibo ſpirituali.Et de eis põt dici illud 3.Regum 19.Surge & comede, grandis. n. tibi reſtat uia:aliàs impleret in eis illud Mar. 8. Si dimiſero eos in domũ ſuã ieiunos deficiẽt in uia,dicit Glo. Perit qui ſine pane cœleſti ad patriã tendit.De quo Pſ.106. Eſurientes & ſitientes,anima eorũ in ipſis defecit,in peccatis. ſ.& iterũ.101.Aruit cor meũ quia oblitus ſum,&c.Octauò,oportet paſſionis dominicæ recordari,& tangit notãter in textu cum dicit,*oſtendit eis manus & latus*,i. cicatrices vulnerũ reſeruatas. Nam Chriſtus reſeruat cicatrices uulnerũ nõ ad defectum,ſed pp noſtrum multiplicẽ profectum . Primò,ad probandum reſurrectionẽ q idẽ ſurrexit de ſepulchro qui pependit in ligno , de quo Lucæ 24.Videte manus meas & pedes meos,qm̃ ego ſum, ſ.ille de quo ſcribit Eſa.63.Ego qui loquor iuſtitiam & propugnator ſum ad ſaluandum.Eodem modo dicit Aug.Indicia martyrii remanebunt in corporibus glorificatis.Scdò, ad comedandum eius dilectionẽ, de quo Apoc. 1. Dilexit nos,lauit nos à peccatis noſtris ĩ ſanguine ſuo, &c. vbi Ber.In quo illuxit clarius q nos dilexit Dñs, q̃ in ſuis vulneribus. Tertiò,ad impiorum cõfuſionẽ,vnde Zach.12.Aſpicient ad me quẽ cõfixerunt,ſ.iudæi & gentiles, vt Apocal.1.Videbit eũ omnis oculus,& qui eũ pupugerunt, non ſolùm iudæi,ſed & noui crucifixores de quibus.Hebræo . 6.Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei & oſtentui habentes.O q̃ dura querela,durior ſententia,duriſſima uindicta erit talibus ingratis peccatoribus . De quo Apoſt. Hebræ.10.Irritam quis faciens legẽ Moyſi ſine ulla miſeratione duobus uel tribus teſtibus moritur, quãtò magis putatiuis deteriora mereri ſimplicia qui Dei filiũ conculcauerit & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt. ſpiritui grãæ contumeliã fecerit?Quartò, pp bonorũ exaltationẽ.nam dicit Beda:Magnũ erit gau-

diū uidere cicatrices vulnerū:nā ibi eſt fortitudo marty-rū,& ſalus oīum noſtrum, tunc implebitur illud.Ioā.16. Iterum uidebo vos & gaudebit cor ueſtrū. Quintò,ſeruabit cicatrices uulnerū pp noſtrā informationem, ut nos doceret mēte portare cū Apoſt.ad Gala.6. Ego ſtigmata Dñi Ieſu in corpore meo porto & Philip. 2. Hoc ſentite in uobis quod in Xp̄o Ieſu, ſ.eius paſſionē. nā meditatio dominicæ paſſionis eſt remediū cōtra oīa peccata ut dicit Ber.Nihil ita efficax ad ſanandum peccatorum vulnera ſicut meditatio paſſionis Xp̄i ſedula,ideo ſi quis eſt frigidus in amando, uideat latus Chriſti iuxta cor perforatū & inflammabitur ad amorem. Vnde Canon. 8. Pone me ut ſignaculū ſuper cor tuum:ſi aūt tepidus quis eſt in operando,uideat eius manus perforatas & incitabitur ad laborē.nam ipſe dicit Eſa.49.Ecce in manibus meis deſcripſi te, ſi quis eſt timidus in aduerſis ſuſtinendo reſpiciat pedes perforatos,& armabitur ad ſupportandum,quia di. Greg. Si paſſio Xp̄i intuetur nil tā graue quod nō æquo animo ſuſtinetur, & ſic meditatio Chriſti retrahit à malo & trahit ad bonum, unde Bern.Homo ſi uis de uirtute in uirtutem prouehi,ſi uis de gratia in gratiam promoueri,de amore in amorē,de luce ad lucem,de bono in melius proficere,paſſionis Chriſti recordare. Nā talibus dicetur pax uobis. Pro quo ſciendūm dicit Hugo de clauſtro animæ ꝙ quadruplex eſt pax,ſ.inordinata, ſimulata, inquinata,& imperata Prima eſt pax inordinata, ſ.cum ſuperior obedit inferiori, ut ratio ſenſualitati. De quo Pro.19.Nō decet ſeruum dominari principibus, i.carnē ſpiritui,& ſic Adam obediuit Euæ, de quo omnis noſtra orta eſt miſeria ut hr̄ Geneſi.3.Ex eo quòd obediſti uoci uxoris & comediſti,&c.maledicta terra. Ideo Grego.Nazanzenus:Melior eſt pugna quę nos Deo proximos facit, quàm pax quæ à Deo ſeparat. qualis eſt iſta ubi ſenſualitas dominatur rationi & caro ſpiritui, de qua Apoſtolus ad Roma.8.Si ſecundum carnem uixeritis moriemini. Secunda eſt pax ſimulata ut pax Iudæ qui oſculo pacem ſimulabat quam in pectore nō habebat,cui ſaluator Lu.27.
Iuda

Iuda oſculo filiũ hominis tradis; Et talem exhibuit Ioab Amaſæ,2.Reg.20.Salue mi frater, & effudit īteſtina eius ex uulnere quo percuſſit eũ in inguine. O quàm plures ſunt hodie tales.De quibus Pſ. 27. Loquuntur pacẽ cum proximo,mala autem in corde eorum. Tertia eſt pax in quinata, ſcilicet eorum qui ſunt concordes in mala.De quo Greg.in paſtoral.Sicut multum nocet ſi unitas deeſt bonis:ſic noxium eſt ſi adeſt malis, & ſicut optandum eſt ꝙ boni pacem habeant,ita deſiderandum eſt ualde quòd mali concordes non ſint:eo ꝙ dicit Iſid. Concordia malorum deſolatio eſt bonorum. Ideo Pſ. 72. Zelaui ſuper inimicos pacem peccatorum uidens. Quarta eſt pax imperata, de qua Apoſto.ad Epheſ.4.Solliciti ſitis ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, & hæc pax habẽda eſt cum tribus,ſ.cum hominibus,cum nobiſipſis,& cum Deo. Primò,cum hominibus.De quo Apoſt.ad.Rom.12:Quãtum in uobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes.dicit notanter,quantum in uobis eſt: nam qui uerè pacificus eſt belligerando eſt pacificus,unde ſecundum Aug. Pacem debet habere uoluntas,bellum neceſſitas, hoſtem pugnantem neceſſitas perimat & nõ uolũtas, ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem uincendo perducas, & ſicut rebellanti uiolentia redditur,ita uicto uel capto hoſti iã miſericordia debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur.Sic fecit Dauid Sauli.1.Reg.24. hinc in Pſ. 119.dicit:Cùm his qui oderunt pacem eram pacificus.Secundo,pacem debemus habere cum nobiſipſis. de qua Pſ. 129.Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem,& 2.Macha. 1.Adaperiat dominus cor ueſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis,&c.De qua pace dicit Caſſio.Pax uera eſt concordiam habere cum bonis moribus, & litigare cum malis & cum uitiis, & hæc pax pertinet ad electos Dei, quã Chriſtus reliquit diſcipulis in teſtamento. Ioan.14.Pacem meam do uobis,ſcilicet pacem cordis. Nam ſecundũ Fulgent. ſapientes maiorem pugnam gerunt cum uitiis quàm cum uiris:de hac pace dicit Pſalm. 33. Inquire pacem & perſequere eam, & ad Hebr.12. Pacem ſequimini,

 ſcilicet

ſcilicet cordis ſine qua nemo uidebit deum. Pro quo *ſciē*dum, ad habendum pacem cordis multa requiruntur. Primò. peccatorum uitatio non .n. poteſt habere cordis pacē qui male uiuit. Vnde Pſ. 37. Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum: quia ſcribitur Eccl. 33. Præcordia fatui quaſi rota currus: quia eſt in continuo murmure conſcientia peccatoris. Iſa. 57. Nō eſt pax impiis dicit dominus: quia tales iacent in ſpinis uitiorum & portant onus diaboli. Et uermis conſcientiæ mordet eos, & carēt pace cordis. Secundum quod cauſat pacem cordis, eſt confeſſionis frequentatio. Vnde Iſ. 57. Creaui fructum labiorum pacem. Et ſic acquiſiuit pacem cordis Dauid per confeſſionem delicti. 2. Reg. 12. Peccaui domino. Cui ait Nathan. Tranſtulit dominus peccatum tuum. Ideo Aug. O q̄ ſalubre uerbum, Peccaui: ſunt tres ſyllabæ, & facit dimittere peccata triplicia, ſ. cordis, oris, & operis. Tertium eſt iuſtitiæ operatio. Vnde Iſ. 32: Et erit opus iuſtitiæ pax. Et pſ. 84. Iuſtitia & pax oſculatę ſunt. Nam opera iuſtitiæ faciunt pacem conſcientię, ſ. cùm homo facit quod debet: tunc operæ iuſtitię conſcientiam excuſant. Vnde Iſ. 60. Ponam uiſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam. Quartum eſt terrenorum moderata occupatio. Nam multa occupatio aufert pacem. de qua Luc. 10. Martha Martha ſollicita es & turbaris erga plurima. Dicit nanque Bern. Sicut puluis iniectus oculis: ſic occupatio temporalium facit perturbationem mentis: nam occupatio temporalium cauſat ſolicitudinē. Ideo Grego. Quid labioſus quàm terrenis deſideriis inſiſtere? & quid quietius quàm nihil in hoc mundo appetere? Quintò, quòd homo non intromittat ſe de non pœnitentibus ad ſe. nā dilatatio nimia ſolet habere ſciſſuram; ut dicit Bern. & Prouer. 18. Qui ſe iactat & dilatat iurgia concitat. De dilatione tali reprehenditur Petrus, Ioan. ulti. dicente ſibi domino: Quid ad te? tu me ſequere. Et diſcipulis Act. 1. dixit: Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta. nam habetur Luc. 11. Qui non colligit mecum diſpergit. ubi Augu. Quantò homo cordi ſuo uicinior, tantò fit deo

proximior.

proximior. Sextum eſt ſacræ ſcripturæ dilectio, de qua Pſ.118.Pax multa diligentibus legem tuam. Nam ſicut piſcis in aqua pacem habet & quietem, extra aquam uerò palpitat: ut habetur Tob.6.Sic cor humanum in aqua ſapientiæ ſalutaris quieſcit, extra uerò inquietatur. Ideo Hier.Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis uitia non amabis.Tertiò,debemus habere pacem cum Deo, ſcilicet per obedientiam mandatorum. Nam per inobedientiam oritur diſcordia:ſicut habetur Iob 9 Quis reſiſtit ei,& pacẽ habuit?quaſi dicat,nullus.Nam de talibus Pſalm.dicit 13.Contritio & infelicitas in uiis eorum & uiam pacis non cognouerunt.Nam ſecundum Aug.Pax cum Deo eſt à uoluntate Dei non diuidi,& in eis quæ ſolius Dei ſunt delectari.Et qui hanc pacem habent, ſcilicet cum Deo, tales triplex pax cõſequitur,ſcilicet in extremo iudicio, & in cęlo.Primò in extremo: ob id.n. Tobias ut habetur 3.c.orauit,dicens:Et nunc domine ſecundum uoluntatẽ tuam fac mecum & pręcipe in pace recipi ſpiritum meũ. pro hac pace orauit Simeon. Luc.2. Nunc dimittis, &c. Hanc impii non habebunt.Vnde 2.Paralipom.15.In tempore illo non erit pax egredienti & ingrediẽti: ſed terrores in cunctis habitatoribus terrarum. Ratio Augu. quia unaquęque culpa eſt ſibi ipſi pœna. Secundò, tales habebunt pacem in iudicio.Vnde Iſa.26. Ignis hoſtes tuos deuoret domine,dabis pacem nobis.Ratio Bernard.Nil ſecurius tranquilla conſcientia trahat mundus,doleat corpus,terreat diabolus,illa ſemper eſt ſecura.Ideo Auguſtinus;Si times iudicium corrige conſcientiam. Talem pacem impii non habebunt, quia dicit Ambroſ. O quantę anguſtiæ erunt reprobis:ſi uident ſurſum,uident iudicem iratum.ſi deorſum,uident pœnam præparatam: ſi introrſum,tunc inſpiciunt conſcientiam urgentem ſi extrorſum,uident diabolum eos accuſantem:Tertiò, habebunt pacem in cęlo: de quo Iſa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis quæ pax nulla rũpitur diſcordia, de qua Leuit.25.Dabo pacem in cunctis finibus ueſtris,i.in cunctis potentiis dormietis,& non erit qui exterreat: hãc

pacem

pacem Dei filius carè emere uoluit, ut dicit Chryſ. Nam pro ea filius Dei paſſus eſt, crucifixus, & ſepultus. Pro illa pace habenda uoluit quaſi matrimonium contrahere cũ ſorore noſtra, ſ. natura humana ut pacem cœleſtẽ haberemus. Hæc eſt pax de qua dicit Aug. Quis non deſiderat illam pacem ubi amicus non exit, inimicus non intrat, nullus tentator, nullus ſeditioſus, nullus fatigans exiſtit: hæc pax cęleſtis ciuitatis eſt ornatiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo: hanc pacem impii non habebũt, quia de eis dicit Apoſtol. 1. Theſſal. 5. Cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Ideo hortatur nos 2. ad Corinthios 13. Pacem habere, & Deus pacis & dilectionis erit uobiſcum, ad quem nos perducat, &c.

FINIS.

REGISTRVM.

a B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy.

Omnes ſunt Quaterniones, præter a Y y. qui eſt Duernio.

Venetijs Apud Camillum Franciſchinum.
M. D. LXXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE